Solyeo Molto Romi

R

Recettario Medicinale Quadragesimale

marullo ... come molto corretto Como

A

[illegible]

Ludovici de Sancto Andrea de Bratislava

FORMVLARIVM

Variarum Commiſsionum,

ARTICVLORVM, EXCEPTIONVM,
Interrogatoriorum, & Petitionum ſententiarum, & Appellationum.

Cui adiectus eſt tractatus de deuolutione cauſarum, ac ordinis iudiciarij.

Item Practica Signaturæ Iuſtitiæ, circa Commiſſiones cauſarum quæ in Romana Curia committuntur.

Ex formulis ANTONII Maſſæ de Galleſio Ciuis Roman. Iuriſconſul. in Rom. Curia verſatiſsimi ſelecta.

Omnia ſumma cura, & diligentia nuperrimè caſtigata,

Aduocatis, & Procuratoribus in Eccleſiaſtico Foro verſantibus maximè neceſſaria.



ROMÆ, Apud Hæredes Nicolai Mutij MDCII.
Expenſis Ioan. Angeli Ruffinelli.

SVPERIORVM PERMISSV.

INDEX RERVM OMNIVM, QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR.

Secundus tractatus.

Sequuntur articuli varij diuersorum negociorum.

Sequuntur variæ exceptiones diuersarum formarum.

Exceptio-

Sequuntur Petitiones variæ.

Sequuntur sententiæ.

Sequuntur cedulæ designationis, expensarum.

Sequuntur appellationes.

Finis Tabulæ.

Festa Palatij require in fine Operis.

SE-

SEQVVNTVR TERMINI ROTÆ.

PRIMO præsentatur commissio Domino Auditori, vel Iudici, & Commissario, & deinde seruantur termini infrascripti per ordinem.

In causis nullitatis sententiæ, vel processus seu actis Iudicialibus vbi constat ex eisdem actis de nullitate.

Ad dicendum contra commissionem ad primam diem.
Ad dicendum contra vltimò producta, scilicet contra processum vel alium actum iudicialem, de cuius nullitate agitur ad primam diem.

In causis grauaminum in qualibet instantia.

Ad dicendum contra commissionem ad primam diem.
Ad dicendum contra appellationem ad primam diem.
Ad impugnandum, & iustificandum ad primam diem.
Quibus terminis seruatis potest pars citari statim ad videndum inhiberi coauditori.

In causis desertion. appellation. vel in processu pro reo ad habendum sententiam absolutoriam ab instantia iudicij, & obseruatione terminorum.

Ad dicendum contra commissionem ad primam diem.
Ad docendum de diligentia prosecution. appellationis primò, & pro prima dilatione ad primam diem.
Ad idem secundò, & pro secunda dilatione ad primam diem.
Ad idem tertiò, & pro tertia dilatione, ad primam diem.
Ad idem quartò, & pro quarta dilatione ex suprabundanti alioquin, &c. ad primã diem.

In facto remissionis ad partes in qualibet instantia decernendæ.

Ad dicendum contra commissionem ad primam diem.
Ad videndum decerni remissionem ad statim.
Ad concordandum de loco, & loco loci, & iudice ad statim.
Ad dandum interrogatoria ad hodie, & cras.
Ad videndum includi articulos ad statim.
Ad videndum iurare portitorem ad statim.

In facto compulsoriæ specialis cum præfixione termini ad partes.

Ad audiendum decerni compulsoriam ad statim.
Ad concordandum de loco, & loco loci, & iudice ad statim.

In notorijs factis rebus, & causis, seu casibus vel criminibus.

Ad dicendum contra commissionem ad primam diem.
Ad dicendum contra articulos quos non oportet admitti, nec probari, quia notorij, sicut in causis attentatorum, & restitutione ad primam diem.

Nouæ reformationes de terminorum substantialium obseruatione Martini Papæ Quinti.

Ordo terminorum substantialium, & obseruantia eorumdem iuxta stylum sacri palatij causarum apostolici obseruari solitorum.
Et primò in causis beneficialibus.

In prima instantia.

Ad dicendum contra commissionem ad primam diem.
Ad libellandum ad primam diem.
Ad articulandum ad duodecimam diem.
Ad dicendum contra articulos ad ij. diem.
Ad producendum omnia ad ij. diem.
Ad dicendum contra producta ad ij. diem.
Ad declarandum ad i. diem.
Ad iurandum de calumnia ad i. diem.
Omnes isti termini proximo loco positi sunt de substantia iudicij, ergo omissio alicuius eorum reddit processum nullum eo ipso,

sed

ſed aliorum terminorum omiſſio non vitiat proceſſum, dum tamen malitiosè non fiat, ſed cauſa contingente.

In ſecunda inſtantia omnes termini prædicti ſeruantur ad primam diem, excepto termino ad articulandum, qui ſeruatur ad octauam diem.

In tertia inſtantia ijdem termini ſeruantur etiam ad primam diem, excepto dicto termino ad articulandum, qui ſeruatur ad ſextam diem.

Ordo terminorum ſubſtantialium in cauſis prophanis iuxta ſtylum palatij Apoſtolici.

Ad dicendum contra commiſſionem ad primam diem.

Ad libellandum ad octauam diem.

Ad reſpondendum libello, litem conteſtandum, & de calumnia iurandum ad primam, & requiritur, quòd quatuor vicibus citetur pars. Primò ſimpliciter. Secundò ad primam diem. Tertiò ad idem ſub excommunicationis pœna. Quartò ad idem ex ſuperabundanti, alioquin ad videndum ſe declarari ſemper ad primam diem.

Ad articulandum ad quintam decimam diem.

Ad dicendum contra articulos ad ſecundam diem.

Ad producendum omnia ad ſecundam diem.

Ad dicendom contra producta ad ij. diem.

Ad declarandum, & ad iurandum de calumnia ad primam diem.

Ad dicendum contra declarationes ad primam, ſi declarationes dantur facto, & in ſcriptis, ſecus ſi verbo tantum cum repetitione actis, & non eſt ſubſtantialis, ſed accidentalis terminus.

In ſecunda inſtantia in prophanis.

Ad dicendum contra commiſſionem ad primam diem iuridicam.

Ad libellandum ad primam diem.

Ad articulandum ad octauam diem.

Ad dicendum contra articulos ad primam diem.

Ad producendum omnia ad primam diem.

Ad ducendum contra producta ad primam diem.

Ad declarandum, & iurandum de calumnia ad primam diem.

Ad dicendum contra declarationes ad primam diem, ſi dantur declarationes.

In tertia inſtantia omnes termini ſeruantur ad primam diem iuridicam, præterquam ad articulandum, qui ſeruatur ad ſextam diem.

Nota quòd, quando vna ſententia abſolutoria lata eſt pro reo, & duæ ſententiæ pro actore in cauſa appellationis committitur, tunc ſeruantur termini ſicut in tertia inſtantia.

DE

DE DEVOLVTIONE CAVSARVM AD ROMANAM CVRIAM SECVNDVM IVRA COMMVNIA ET VERAM PRACTICAM

TRACTATVS.

DVPLEX est modus deuoluēdi, siue trahendi causas ad curiā Romanam, vt in ipsa curia tractētur. Vnus per commissionem factam in cu. cum potestate citandi extra cu. Sed isto modo inter beneficiales & nō beneficiales nulla est differentia postquam cōmissæ sunt nisi in diuersitate modi procedēdi, & obseruationibus terminorum, prout infra dicetur, licet leuius & facilius causæ beneficiales etiam non deuolutæ per appellationem committantur in cur. quàm aliæ, & inter alias citius causæ spirituales & ecclesiasticæ quàm profanæ, & inter profanas citius illæ quæ vertuntur inter clericos quàm inter laicos. Sed postquam placet Papæ nulla est differentia, nisi in modo procedendi, & obseruatione terminorum vt infra.

Alius est modus deuoluēdi per appellationem. Et isto modo magna est differentia inter beneficiales, & nō beneficiales, quia beneficiales per quamcunque appellationem interpositam ad sedē Apostolicā deuoluuntur ad Ro. cur. dummodo dicta appellatio interponatur, juxta formā cle. causam. de elec. §. quando interponitur in præsētia appellati, vel eius procuratoris specialiter in causa illa constituti, aut eorum alteri infra mēsem ab interpositione ipsius, vel posteaquàm cito potest commodè intimetur appellato, vel procuratori prędicto data sibi scriptura autentica, vel publicato sibi tenore appellationis cum copia sibi tradita si petita fuerit: alioquin in absentia appellati, vel procuratoris talis appellatio intimanda est in domo habitationis illius appellati, vel si domus est in remotis in ecclesia cathedrali, in cuius ciuitate, vel diœcesi situm est beneficium de quo agitur. Et vtroque casu nihilominus est intimanda in ecclesia, vel beneficio de quo agitur, & semper est danda copia appellationis quandocunque petita fuerit. Et hoc est verum quod sic debet intimari nisi esset metus appellati vel suorum; tunc enim sufficit ꝙ intimatio fiat in aliquo loco publico, vbi in absētia appellati, vel citādi debeat fieri intimatio appellationis, seu citationis de quo verisimile sit ꝙ veniat ad notitiam appellati.

Item est sciendum ꝙ si aliena appellatio debet intimari alicui habēti parochialem ecclesiam, vel aliud beneficium curatum, requirens residentiam de iure, tunc in absentia appellati, vel citandi sufficit ꝙ intimatio vel citatio fiat in ecclesia cathedrali, & in ecclesia siue beneficio curato, & non in aliqua alia domo habitationis. Vide ad præmissa decis. Rom. de commiss. quæ incipit. Item voluerunt. & de citati. quæ incipit. Item in causa beneficiali. de appellatio. in no.

Aliæ verò causæ non beneficiales, siue sint spirituales, siue ecclesiasticę, vt de vsuris, decimis, de matrimonio, & de similibus, siue merè profanæ, & tūc siue sint inter clericos siue inter laicos via appellationis dumtaxat non deuoluuntur ad Ro. cur., nisi secundum formam distinctionis infrascriptæ. Nam aut appellatur ante sententiā diffinitiuā, aut post. Si ante, aut appellatio est recepta à iudice vel approbata à parte: aut non est recepta à iudice vel approbata à parte. Primò casu, aut nullus terminus fuit statutus ab homine. §. à iudice vel appellāte: & tūc sufficit ꝙ appellatus mittat procuratorem ad agendū, & defendēdum in curia. nec in tali causa virtute appellationis talis procedi posset, nisi de speciali mandato domini nostri Papæ committeretur in curia extra eam, & ad partes & decreta citatione, & executione reproducta non vi appellationis, sed vi citationis proceditur in hujusmodi causa. Aut terminus fuit statutus ab homine, & tunc iterum dico idem ꝙ in casu supra proximo. Si autem appellatio fuit recepta à iudice, vel ap-

præsente vel vocata, & contumaciter absente possunt recipi. Factis aūt probationibus si est actor, vel si est reus & actor probauit, factis defensionibus contrarijs reuelantibus. vel si nihil probat actor. etiam si reus non probauerit, & certus sit de absolutoria sententia potest peti concludi ad statim in eadem audiētia. Postmodum autem cum iudex deliberatus fuerit potest ferre sententiam. Et licèt conclusio in beneficialibus non sit de substantia, tamen stilus curiæ habet ꝙ semper concludit etiam in beneficialibus & in alijs summarijs causis. Tenet tamen sententia sine tali conclusione, nec in hoc stilus contradicit. Et quo ad istam materiam, videlicet admissionem articulorū, exceptionū vel aliarum materiarum prætérquā de conclusione. Deinde cū illa in causis pecuniarijs siue profanis sit de substantia. Idē in talibus causis ordinarijs siue profanis seruetur.

In secunda & tertia instantijs. 3

Item in secunda instantia omnes supradicti termini seruantur ad primam diem, excepto termino ad articulandùm, qui seruatur ad octauum diem, & eodem modo in tertia instantia dempto termino ad articulandum, qui seruatur ad sextam diem.

In causis beneficialibus deuolutis. per commissionem. 4

Item eodem modo seruantur termini in causa beneficiali quando est deuoluta per cōmissionem cum potestate citandi in curia vel extra. Et executione citationis facta in partibus, quæ executio fienda est eodem modo quo appellatio interponenda secundū formam cle. causam. de elec. hoc dempto ꝙ tunc non oportet producere iura pro deuolutione facienda, sed reproducitur citatio cum eius executione facto vel verbo. deinde citatur pars ad dicendum contra illā, vt puta contra commissionē, citationem, & eius executionem ad primam diem. Deinde ad libellandum ad primā diem vt supra, & exinde procedunt taliter, ꝙ si sint ambæ partes præsentes sufficienter fundatæ per se vel suos procuratores, tunc procedendum est inter eas per cursorem, alioquin pars præsens procedat per audientiam contradictarum contra absentem si causa est deuoluta vt supra. Et hoc idem seruetur in causis non beneficialibus, de quibus supradictum est.

In causis non beneficialibus. 5

In causis verò non beneficialibus, aut illæ sunt de decimis matrimonijs, vel vsuris & in illis procedendum est vt in causis beneficialibus modo quo supra dictum est quoad terminos, sed quò ad deuolutionem, vt etiā prædictum est. Aut illæ causæ sunt profanæ & tūc si per appellationem sunt deuolutæ modo quo supradictum est commissa causa producatur appellatio facto vel verbo, & citabitur pars ad dicendum contra commissionem & iura pro deuolutione causæ faciētia ad primam diem. Si verò est deuoluta per citationem executā, tunc illa citatione & eius executione facto vel verbo reproducta citabitur pars ad dicendum contra commissionem & eius executionem ad primam diem. Et deinde vtroque casu deuolutionis huiusmodi primo termino seruato ad dicendum contra iura deuoluentia vel executionem citationis citabitur pars secundùm antiquam practicam ad libellandum ad octauam diem. Secundùm modernam verò quæ iuxta antiquam seruatur ad libellandum, ad litem cōtestandum, & iurandum de calumnia ad primam diem, in quo termino dabitur libellus, & citabitur pars ad respondendum libello, & super eo litem contestandam, necnon ad iurandum de calumnia primò ad primam diem: ac deinde secundò ad idem etiam ad primam diem. Sin autem, tunc ista facit, citetur ad idem tertiò sub pœna excommunicationis ad primam diem. si, nec tunc facit, citetur ex superabundanti quartò ad idem ad primam diem, & si tunc libellans affirmat narrata in libello suo fore vera, & petita in eodem fieri debere animo litem contestandi, & nisi tunc aduersarius dederit exceptiones releuantes, aut nisi libellus de se sit ineptus, compellatur pars respondere, aliàs excommunicetur. Exceptiones autem quæ opponi possunt ad impediendum litis contestationem sunt tantum tres, scilicet de re iudicata, de re transacta, & de re finita. Etiam exceptio solutio quæ reputatur anormala opponi posset ad impediendum litis contestationem. De exceptionibus autem dilatorijs quæ opponi possunt, vt excommunicatio, pactum de non petendo ad tempus, & similes. Si verò iudex causæ compellit te ad respondendum libello cui de iure non est respondendum quia est ineptus, & tunc quia vel aliquæ obstant exceptiones tuæ, & tunc non respondeas nisi metu excommunicationis, & simili metu durante iures de calumnia, & deinde appelles ab illa compulsione metu excommunicationis ad respondendum libello facta, & in casu quo exceptiones datæ fuerint, & non admissæ petita admissione exceptionum à non admissione, & repulsione dictarum exceptionum, & coniunctim & di-

uisim appellari potest etiam ante,& post com pulsionem talem, & si tibi placet prosequi grauamen,quia iustum est quando libellus est ineptus, vel quando exceptiones datæ sunt pertinentes, vel forsan appellatio est minus legitima, vel alia de causa legitima recedere velis à iudice, quia forsan tibi suspectus est, vel alia de causa, tunc facias committi causam appellationis ab illo grauamine vnà cum toto negotio principali in forma quæ infra. Et licèt appellatio quando est legitima committatur vnà cum negotio principali, non tamen venit negotium principale, nisi in euentum grauaminis: tamen leuius sæpè obtinentur commissiones quando processum est coram iudice q in omnē euentū maneat iudex.

Commissa verò causa grauaminis huiusmodi termini seruentur sicut in alijs quorumcūque grauaminum, scilicet, primò ad dicendum contra commissionem ad primam, & ad dicendum contra appellationem etiam ad primam diem, quæ repetenda est in termino quo accusatur contumacia nihil dicentis contra commissionem, & deinde ad impugnandum,& iustificandum ad primam diem,in quo termino debet dari petitio ad minus verbo, scilicet,si est appellans, petendo pronunciari benè appellatum,& malè processum.Si appellatus econtra,scilicet,benè processum & malè appellatum, sed cautius est & vtilius, quòd in illo termino ad impugnandum, & iustificandum detur petitio facto,& priora in grauaminibus,quò ad terminos procedunt quando appellans prosequitur causam appellationis, sed si appellatus eā prosequitur,ille poterit quando citatus est ad dicendum cōtra commissionem consentire in iurisdictionem iudicis si sibi placet, vel de surreptione commissionis obijcere, & ipsius iudicis iurisdictionem impugnare casu quo posit.Si autem voluit iudicem & eius iurisdictionem consensum præstare tacitè, vel expresè, tunc debet in illo termino repetere appellationem partis aduersæ in quantum facit pro parte sua, & contra partem aduersam: & inquantum facit contra se excipere generaliter contra eam obtineat ad impugnandum, & iustificandum ad primam diem, quem terminum seruet, vt supra.

De prima instantia in profanis. 6

Deinde continuando terminos in negotio principali si grauamen non iustificetur,vel iustificatum est, & per sententiam interlocutoriam expeditum quæ transiuit in rem iudicatam,quia ab ea nō est appellatum si latæ sunt sententiæ conformes super grauamine, tunc obtineatur, & citetur pars aduersa ad articulandum in prima instantia ad xv.diem. Ad dicendum contra articulos ad viij.diem. Ad producendum omnia ad octauam diem. Ad dicendum contra producta ad octauam diem. Ad declarandum ad octauam diem. Et ad dicenndum contra declarationes si quæ danutr ad octauam diem:aliàs non. Deinde potest peti concludi, & hoc si est reus, & aduersarius actor non probat, vel si est actor & probauit & in istis causis pecuniarijs, siue profanis præsertim quando quis timet commissionem, vel futuros testes, tunc instet pro conclusione, & deinde beliberato iudice petat pronunciari.

De secunda instantia. 7

In secunda instantia postquàm à prima sententia appellatum est, & causa appellationis commissa, citabitur pars ad dicendum contra commissionem ad primam diem, & si placet appellatio statim appellatus potest facere citari partem aduersam ad libellandum ad primam diem,aliàs poterit excipere contra commissionem, vel non excipere, & permittere currere litem marte suo. Quo termino adueniente quælibet partium potest dare libellū, scilicet appellatus appellatorium petendo cōfirmari sententiam,& petendo pronunciari benè processum & sententiatum, & malè appellatum, vel si aliquid deest ita quòd iudex plenè non pronunciauit iuxta petitionem suam illud potest nunc addere in suo libello. Appellans verò poterit petere contrarium & dare petitionem illam quam dedit in prima instantia. Et deinde citabitur pars ad respondēdum libello & litem contest.etiam ad primam diē, & in illo termino accusabitur contumacia nō respondentis libello. & hanc cautelam teneat volens prosequi iudicium: quia si altera pars est absens à iudicio non requiritur litis contest. in secunda instantia, vbi facta est in prima.secus si est præsens.Teneat ergo talem ordinem volens continuare iudicium & accelerare quod in illo tempore vadat quando alia pars non est præsens, & seruet terminum, & tunc citetur pars ad iurandum de calumnia ad primam diem. vel seruet illum terminum ad iurandum in eodem termino, vt supra dictum est. Deinde ad articulandum ad duodecimam. Ad dicendum contra articulos ad secundam. Ad producendum omnia ad secundam.Ad dicendum contra producta ad secundam. Ad declarandum ad primam. Ad dicendum contra declarationes si quæ fuerint productæ etiam ad primam.

De tertia instantia. 8

In tertia instantia omnes termini seruentur ad primam. dempto termino ad articulandum qui seruetur ad sextam, & teneatur etiã cautela in termino ad libellandum & respondendum libello, vt dictum est in secunda instantia.

In causis nullitatum. 9

In causis nullitatum, scilicet quando committitur & petitur annullari aliquis processus, vel scietia, vel alius actus extraiudicialis: tunc si est actus iudicialis, aut nullitas constet ex eisdem actis, & tunc causa commissa, & citata parte ad dicendum contra commissionem & producto processu, siue actu iudiciali qui annullari petitur, & parte citata ad dicendum contra, non requiritur alia obseruatio terminorum quàm sententia. In alijs verò nullitatibus, siue extraiudicialibus, siue iudicialibus, quando non constat ex eisdem actis de nullitate requiritur plenus ordo iuris & plena obseruatio terminorum secundum causæ naturam, vt si causa est beneficialis, vel alia summaria de quibus supra, proceditur vt in illis in quibus supra declaratum est. Si est profana ordinariè proceditur, vt supra dictum est. Et est notandum quòd iudex, vel auditor cui commissa est causa appellationis à diffinitiua potest cognoscere de nullitate sententiæ, licèt hoc non exprimatur in commissione sibi facta, secus in iudice appellationis à grauamine vel interlocutoria. cautum tamen non est quòd semper exprimatur in cõmissione, licèt ex post facto in iudice appellationis à diffinitiua sustineatur, vt supra.

In causis restitutionis. 10

In causis restitutionis quæ de iure peti debet infra quadriennium. aut petitur restitutio ad appellandum ab aliqua sententia, vel grauaminé, vel petitur restitutio in integrum aduersus aliquem contractum, vel actum, & hoc principaliter, vel incidentaliter. Si petitur restitutio ad appellandum ab aliqua sententia, vel grauamine, vel petitur restitutio aduersus sententiam, & intentetur iudicium rescindens, & non resciforium, & tunc citetur pars ad dicendũ contra cõmissionẽ dentur articuli secũdùm viã iuris cõmmunis deducentes casũ esse: quæ restitutio de iure conceditur per viã cõmissionis de gratia petitis & concessis, tũc deducãtur articuli faciẽtes ꝓ verificatione cõmissionis & citetur pars ad dicendũ cõtra articulos ad primã diẽ deinde accusata contumacia in illo termino petãtur admitti articuli & producantur iura, vel testes secundùm materiam subiectam. Et est sciendum circa hoc quòd petens restitutionem semper antequam restituatur, debet docere de aliquo suo iure, vel interesse vel satim summarie de læsione. Item deinde factis probationibus super articulis petatur restitutio. si verò petitur restitutio in integrum principaliter & intentetur resciforium simul idest articulus restitutionis & negotij principalis quod fieri potest de iure, & vtile est fieri, tunc seruandi sunt termini ad longum. vide ad ista cle. i. de resti. in inte. secundum naturam causæ si est summaria & ordinaria, vt supra dictum est.

In causis desertionum. 11

In causis desertionum. s. quando appellatio à diffinitiua sententia vel interlocutoria dicitur deserta. & tunc si sit deserta in manibus domini auditoris cui commissa est causa appellationis cum incidentib. &c. tunc requiritur noua commissio, qua facta & præsentata citatur pars ad dicendum contra ad primam diem, & elapso illo termino citetur pars ad docendum & fidem faciendum de diligentia persecutionis appellationis primò ad primam diem. Deinde si non docuerit de diligentia prædicta citetur ad idem secundò pro secunda dilatione: & similiter ad idem tertiò. & si iterum non docuerit de diligentia prosecutionis appellationis citetur ad idem quartò & ex superabundanti, & tunc iudex habet optionem an velit confirmare primam sententiam, si constat in actis, & termini sunt seruati vel pronuntiare tantùm super desertione.

In causis attentatorum. 12

In causis attentatorum quæ fiunt post appellationem vel illa pendente semper requiritur noua commissio si occurrunt talia attentata post primam commissionem, quia regulariter commissiones & rescripta se non extendunt ad actiones & ius creatum, siue post appellationem & lapso termino ad dicendũ contra commissionem qui est ad primam diem dantur articuli super attẽtatis. Et citetur pars ad dicendum contra articulos & in termino ad dicendum contra, vel post petantur & obtineantur admitti & fiant probationes per testes vel per instrumenta, & deinde illis factis non requiritur obseruatio terminorum nisi quòd petitio detur & sententia proferatur.

In causis reductionum. 13

In causis vbi petitur reductio contra aliquod laudum latum per aliquos arbitros vel arbitratores ad arbitrium boni viri. si est causa beneficialis vel summaria seruandi sunt termini vt in illis supra dictum est. Et nihilominus vltra hoc dandus est libellus concludēs iniquitatem & reductionem secundum dispositionem iuris. Si verò causa vel negotium in qua petitur reductio non est beneficialis vel summaria, tunc seruandi sunt termini sicut in causa ordinaria vel profana, & est lis contestanda.

Remissio ad partes. 14

In causis remissionum vbi petitur remissio ad partes decerni si habetur cōmissio quòd decernatur & decreta expediatur sub sigillo, tunc fiet littera sub sigillo, aliàs fieret sub plūbo. Et quādo decreta est remissio, citatur pars ad primam ad concordandū de loco in quo, iudice coram quo & termino intra quem remissio debeat expediri in partibus & remitti. & fiat concordia de vno vel duobus iudicibus prout occurrit, deinde citetur ad dandum interrogatoria per illam & totam diem sequentē vel ad primam diē. & tunc in illo petantur includi articuli parte vocata & si portitor habetur paratus, iuret tunc vel aliàs quando occurrerit.

Nota quòd semper secundum stilum curiæ dantur tres menses pro expeditione remissionis in partibus, videlicet duo obtinenti remissionem ad probandum intentum suum & vnus mensis parti aduersæ ad reprobandum. & vltra istos tres menses datur terminus competens secundùm distantiam loci ad eundum ad partes & redeundum, super quo termino partes debent concordare.

Practica circa remissionem. 15

Item circa istas remissiones notandū quòd practicatum est in curia & habetur vna decisio ad hoc quòd iudex potest remissionem decretam sub sigillo expedire vigore nouæ commissionis, aliàs non sine commissione, & etiā cōmissarius suus in partibus non potest subdelegare. Quando verò remissio expeditur sub plumbo Papali, tunc ille cōmissarius benè potest subdelegare alteri vices suas. & tūc reportata remissione iudex qui decernit non potest de ea cognoscere, nisi fiat commissio noua, & illa fiat sub forma huiusmodi. Pater sancte tali causa pendente inter tales iudex decreuit remissionem propter appositionem manus V. S. iudex sine noua commissione S. V. de causa ipsa se intromittere non potest. dignetur igitur S.V. eidē priori iudici vel surrogato suo committere, vt remissionem recipiat, aperiat & vlterius in causa procedat.

Item nota si remissio est decreta sub plumbo & expedita, licet articuli non sint inclusi & partes renuncient commissioni: tamen auditor non potest vlterius procedere sine noua commissione propter appositionem manus Papæ, & desuper habetur decisio Rotæ.

Pro interesse. 16

Item alius est modus veniendi ad causam, scilicet, pro suo interesse, & tunc tertius qui vult interuenire pro suo interesse videat an sibi hoc expediat, quod considerare potest. si enim iura producta & probationes in causa factæ plus sibi prosunt quàm nocent, tunc est bonum vt veniat pro suo interesse: aliàs melius est vt inchoet nouam litem siue nouum iudicium coram eodem vel alio Auditore. & si expediat sibi venire pro interesse videat an ipse sit comprehensus in prima commissione data iudici nominatim. vel sub clausula generali scilicet alios sua interesse putantes. & tunc veniat coram iudice cū iuribus, & articulis suis & dicat quòd sua intersit, producat ea petens partem citari ad dicendum contra ad primam diem. & tunc in illo termino petat se admitti pro interesse in eo statu in quo est causa. & hoc procedit in causa beneficiali.

Si verò non sit comprehensus in prima cōmissione, tunc obtineat nouā cōmissionem in qua petat se admitti pro suo interesse & producat iura & articulos suos & obtineat citari partem ad dicendum contra, & petat se admitti, vt suprà.

Quid autem operatur generalis clausula quæ ponitur in commissione. Et alios sua interesse putantes. an sententia præiudicat eis contra quos fertur. dic quòd sua interesse putans non tenetur venire, licèt posiit venire ad causam nisi sit citatus in specie, & nominatim secundùm formam cle. causam, & tūc præiudicat sibi sententia. Et circa hoc nota quòd quando, vna vel duæ sententiæ contra possessorē latæ sunt & alius venit pro suo interesse, nō propterea impeditur causa si sit expedibilis inter priores partes quin expediatur, & etiam fiat executio nisi possessor fuisset vocatus, vel ille qui veniret pro suo interesse diceret se posidere, vel in cōmissione per quam quis venit pro interesse, sit clausula quòd causa inter oēs partes simul & semel ac vnico cōtextu eademque sententia terminetur, & tunc

etiam

etiam requiritur signatura correspondens, scilicet, quòd admittat & procedat vt petitur & simile, & sis cautus iudicando & retinendo commissionem tali forma.

Etiam circa hoc nota quòd sine illa clausula & alios sua interesse putantes, in principio originalis commissionis siue primò ponatur puta contra & aduersus a.b. & alios sua interesse putantes siue ponatur dumtaxat in fine circa illud cum potestate citandi a. & b.aliosque sua interesse putantes.tenet modo practica Rotæ quòd vtroque casu datur iurisdictio quod tamen creditur esse contra.§.in cle. appellanti. de appella. & ad tollendum dubium ponas clausulam in principio.

In causis criminalibus. 17

In causis criminalibus quæ deducuntur per quadruplicem viam, scilicet accusationis, inquisitionis,denunciationis,& exceptionis. Si per viam accusationis si talis est causa quòd veniat aliqua pœna corporalis imponenda, illa non potest tractari per procuratorem, sed tractanda est per principales personas,nisi illæ principales personæ,vel earum aliquæ sint in carceribus iudicis.

Si verò aliqua alia pœna sit imponenda, tunc tractari potest per procuratores & dandus est libellus ac in eo specificanda sunt crimina & excessus exprimendus etiam locus loci annus & mensis, sed non requiritur dies in quo ponenda est inscriptio actoris libellantis ad pœnam talionis si actor illam pati potest, alias ad pœnam ordinariam ad arbitrium boni iudicis & ante inscriptionem non tenetur reus conuentus respondere libello, & in talibus causis per accusationem etiam si agitur ad priuationem beneficij seruandi sunt termini, vt in profana secundùm ordinem prout supradictum est, quia tunc talis causa non dicitur beneficialis. Si per viam inquisitionis & hoc fit dupliciter. Aliquando est ad instantiã partis, & tunc procedendum est sicut in accusatione. Aliquando ex officio iudicis,& tunc iudex habet deputare aliquã instigationem vel promotorem officij. Et tunc primò inquirendum est de infamia quæ si probatur,tunc procedendũ est vlterius ad cognitionẽ veritatis omnium criminum & danda est copia capitulorum & iudiciorũ & nomina testium & pars citanda est ad dicendũ contra. Et in istis causis inquisitionũ ex officio proceditur summariè non obseruando aliquem ordinẽ terminorũ causarum, siue beneficialiũ, siue profanarũ.

Si per viam denunciationis iudicialis,quia de his nõ est ad propositum, tũc illa est præparatoria ad inquisitionem quæ fieri potest dupliciter vt suprà. Si per viam exceptionum quæ fit quando agitur de cõfirmando electum vel instituendo præsentatum, vel admittendo prouisum in possessionem,tunc per modũ exceptionis danda sunt crimina & non requiritur inscriptio, requiritur tamẽ specificatio,vt supradictum est in libello accusatorio. Et etiã tamen sciendum quòd contra prouisum ne mittatur in possessionem non possunt opponi crimina cum infamia. Et ideo sit cautus procurator excipiens vel in tali materia articulans aut articulet crimina & quòd addat quod illa erant notoriè, & quòd petens possessionem beneficij de illis erat notoriè infamatus vel diffamatus.

Super notorio. 18

In causis vbi tanquam super notorio proceditur post citationem ad dicendum contra commissionem dandi sunt articuli super notorio, & pars citabitur ad dicendum contra articulos & deinde ferenda est sententia. nec alia obseruatio terminorum requiritur.

In causis appellationum. 19

Item notandum est quòd vbi prima vel secunda sentẽtia in partibus vel per auditorem cameræ lata est tunc in causa appellationis quæ committitur in Rota vel extra Rotam alicui commissario Apostolico seruandi sunt termini sicut in prima instantia.

De inhibitione quando fieri debeat & post quos terminos. 20

Item quando à grauamine vel interlocutoria sententia vel per viam inquisitionis causa commissa est alicui auditori, tunc ille auditor statim inhibere potest auditori cameræ vel alteri commissario in curia vel extra eam, sed non coauditori suo vel alicui ex dominis Cardinalibus, quia illis non inhibetur nisi seruatis terminis in appellatione in grauamine, vel interlocutoria seruari solitis,de quibus supra, & tunc in termino ad impugnandum, & iustificandum citari potest pars illo termino seruato ad videndum inhiberi ad statim, & tunc parte vocata debet decerni inhibitio.

Taxatio expensarum. 21

Item nota quòd Expensæ nunquã petuntur taxari nisi quãdo sunt tres sententiæ latæ vel quando prima vel secunda transiuit in rẽ iu-

dicatam, & tunc iudex qui tulit sententiã vel surrogatus eius debet taxare expensas parte vocata ad statim vel ad primam, & non taxantur expensæ in Ro.cur.nisi pro commissionibus simplicibus non consistorialibus, pro cursoribus, pro aduocatis si aduocatus est in causa, & cautũ est quòd aduocatus scribat aliquã scripturã quæ producitur in iudicio, aliàs nõ taxarentur expensæ pro eo nisi hoc probaretur & deduceretur,& expẽsæ pro procuratore, & pro notario. Et istæ expensæ peti debent,& taxari per cedulas secundùm ordinationem Rom. Pont. secundùm tamen reformationem Martini Papæ V. in cedulis porrigendis iudicibus, & quando vna vel duæ sententiæ sunt latæ in partibus, vel ꝙ pars vult ꝙ vnus auditor taxet omnes expensas hoc obtineat & coloret per commissionem, quia aliàs auditor siue iudex non potest taxare nisi expensas factas in instantia coram ipso habita.

De terminis substantialibus. 22

Item sciendum est ꝙ in causis beneficialibus,& summarijs non sunt nisi quatuor termini substantiales,scilicet, Ad articulandum, Ad dicendum contra articulos, Ad producendum omnia, & ad dicendum contra producta aliorum terminorum omissio non reddit processum nullum. In profanis tamen siue pecuniaris causis multi alij termini sunt substantiales vltra prædictos quatuor, scilicet, ad libellandum,ad respondendum libello, ad litem contestandum. Item ad concludendum qui tamen pro nunc etiam in beneficialibus omnes attentè seruantur excepto termino ad respondendum libello.

De grauamine. 23

Item nota quòd quando in Rom. cu. alicui auditori commissum est aliquod grauamen, & negotium principale principaliter,non autem in euentum,puta quia appellatum est in partibus vel ab auditore cameræ ad curiam. & cõmissa est in causa appellationis grauaminis vel interlocutoriæ vnà cũ negocio principali, qa tunc de more curiȩ est,licèt sit cõtra ius ꝙ iudex appellationis in curia etiam si pronunciat malè appellatum & benè processum: non tamen remittit causam ad priorem iudicẽ sed retinet eã determinando in curia. vel quando causa grauaminis, & negocij principalis est auocata ab vno,& commissa alteri vel quando appellatũ est à grauamine & interlocutoria & diffinitiua simul,& vni cõmissæ sunt causæ huiusmodi. tunc nisi grauamen sit incompatibile siue contrarium processui & negocio principali seruari possunt termini simul & semel in grauamine & negocio principali de stylo curiæ. secus est de iure.

De materijs obiectiuis. 24

Item nota quòd materiæ obiectiuæ quãdo dantur principaliter per viam positionũ & articulorum,semper dandȩ sunt in termino substantiali ad dicendum contra producta ad tardius, licèt bene dari possint per viam exceptionum contra iura partis alterius: semper dari possunt in termino ac hoc statuto. & tales materiæ obiectiuæ quales sunt quæ impugnãt ius partis aduersæ & impugnãt ius proprium sunt specificandæ in tẽpore & loco & in alijs circunstantijs, sicut supra dictum est in libello accusationum.

Appellatio à diffinitiua. 25

Item nota quòd quando appellatur à diffinitiua non est necesse exprimere aliquã causam in appellatione, nec quando appellatur à sententia habente vim diffinitiuæ, vt est sententia super attentatis, super desertione, super nullitate,& plures similes quæ nõ spectãt aliã diffinitiuã post se respectu desertionis suȩ licet ordinatũ & cautum sit ꝙ in illis si procurator velit aliquã causã exprimat saltim in genere.

Circa dilationes probatorias. 26

Item circa dilationes probatorias & alias quæ dantur in causa, est sciendum quòd si aliquis conueniretur in Rom.cur.tunc nisi causa prius sit deuoluta ad curiam per appellationẽ aut si ipse est Legatus aut Nũtius alicuius domini,tunc habet ius reuocandi domũ nisi conueniretur super cõtractu facto illo tẽpore quo nuncius fuit. aliàs datur sibi tempus siue induciæ ad habendum iura siue defensiones de partibus,& interim supersedetur in causa,& illud tempus datur magnum, & paruum secundùm distantiam loci à cur. Ro. ad locum domicilij illius qui conuenitur. Et nota quòd ista dilatio ad habendum iura non solùm datur ad habendum iura ipsius rei qui conuenitur, sed etiam ipsi reo datur ad habendum informationem, & defensionem contra iura partis sibi aduersæ, & ideo sæpius viget practica non obstante quòd actor dicebat se velle confiteri gratiam,processum,acceptationem, & prouisionem vel alia iura rei. Nihilominus reo dabuntur induciæ si ipse allegabat se velle habere informationẽ & defensionẽ contra iura partis aduersæ, & in hoc sit cautus procurator vt sic petat. Itẽ nota circa dilationes probatorias ꝙ omnes dilationes probatoriæ iudiciales sũt arbitrariæ ꝑ auditorẽ vel iudicẽ præterquàm quãdo excipitur de excommunicatione. ibi. n.

iura dant terminum octo dierum ad probandum, qui terminus incipit currere postquam exceptiones admissæ sunt ad probandũ. etiam communiter super articulis de iure in prima instantia ad probandum dantur xvi. dies. in secunda instantia octo vel decem. in tertia similiter sex vel octo. aliquando decem aliquando plures aliquando pauciores dies, secundùm quòd placet auditori vel iudici.

Occasione hæreditatis. 27

Item est notandum quod si vis aliquẽ conuenire occasione hæreditatis: antequàm porrigas libellum facias vnam paruam petitionẽ in qua sine interrogatione contineatur quod iudex interroget reum an sit hæres defuncti cuius nomine conuenitur. an sit solus vel pro parte & pro qua parte. Item quando aliquis conuenitur rei vendicatione vel quacunque actione reali semper. si pars res vel eius procuratorem præsens in cur. facias eam interrogari an possideat & tenebitur respondere. & istud multum releuabit te, aliàs. n. si quis conuenitur possessor alicuius rei. s. beneficij siue alterius licèt ipse patiatur iudicium: ex hoc non posset condemnari. vt possessor ad dimittendum possessionem nec in fructibus condẽnari nisi probetur possessor. Et illud nota, quia sæpissimè venit in practica, & multi in hoc errare solent. Et hoc idem tenet Spe. in tit. de interr. quæ fiunt ante lit. contest. in §. ergo pone.

Super spolio. 28

Item nota quod quando aliquis super spolio beneficij siue possessorio siue iudicio recuperandæ possessionis agit, aut agit in causa profana, & tunc nõ est necessarium quòd producat aliquem titulum siue aliquod ius; sed sufficit ibi quòd probet se possedisse: & alium nunc possidere. In causa verò beneficiali siue matrimoniali vel aliqua alia non potest haberi possessio iusta sine titulo, ideo in iudicio recuperandæ possessionis oportet quod agens producat titulum suum: vel saltem summariè verificet illum: secus si beneficiatus non dicat se spoliatum beneficio, sed fructibus beneficij in toto vel in parte aut aliqua pissessione vel iure beneficij: tunc enim non requiritur quòd producat titulum, sed sufficit quòd probet se possidere beneficium cuius nomine agit, & sic etiam talis causa non est beneficialis respectu processus & obseruationis terminorum, sed termini seruandi sunt sicut in causa profana. Et nota circa hoc etiam quòd in causa spolij siue possessionis recuperandæ, vbi ius commune facit pro reo & contrà actorem, licèt non sit causa beneficialis vel matrimonialis, oportet quòd agẽs producat titulum suum, vel præscriptionem tanti temporis quod in memoria hominum contrarium non existat & probet, & iste est casus in capitu. ad decimas. de restitutione spoliat. lib. 6.

Super titulo beneficij. 29

Item nota quòd licèt quando agitur super titulo beneficij siue petitorio siue possessorio proceditur summariè sine litis cõtest. vt supra dictum est. Secus quando agitur de proprietate beneficij, puta si vna ecclesia dicit sibi aliã ecclesiam vnitam. idem si agitur super aliqua re vt iure particulari spectante ad beneficium. Et circa hoc vidi dubitare. Quid si vnus dicit se habere titulum in beneficio, & alius beneficium beneficio suo incorporatum an procedatur summariè, vt in causa beneficiali vel plenariè, vt in profana. Istud sæpe occurrit in practica: quia ex alia parte causa beneficialis est, ex alia profana. Egidius de Bella. dicit in dictis suis quòd illa causa regulanda est secundũ naturam actionis actoris. vt si actor agit vt de titulo beneficij, erit summaria, si de proprietate erit cognitio plenaria. & hoc bene probat. Et si actor agit vt de proprietate beneficij, actio sua erit plenaria, & seruabuntur termini vt in profana, & recouẽtio rei poterit esse summaria se deducenti principaliter ius suum.

Cui commissum est procuratorium. 30

Item sit attentus procurator, habẽs causam aliquam in curia cui commissum est procuratorium generale ꝙ illud non producat in iudicio, nec cum protestatione, nec siue protestatione, sed tradat ipsum alicui amico suo qui eo præsente illud tradat notario, quia aliàs nõ reciperet illud notarius. & tũc ille procurator præsens dicat. Ego intelligo me constitutũ generaliter per talẽ ad multas causas & negotia, ego intendo solùm onus recipere in ista causa pendente coram illo domino Auditore & non alijs, & in ista solùm accepto onus, & substituo si vult substituere & vnà cum substituto agere A. B. & C. transfero onus in eos. & protestor quòd nihil fiat nisi & eis vocatis. Si solùm vult substituere dicat in publico. Ego solùm accepto onus ad substituẽdum & non aliàs. & substituo talẽ, &c. Et ista doctrina ideo datur, quia si procurator per se produceret procuratoriũ, videtur acceptasse onus quò ad omnia contenta in illo, nec postea posset se exonerare. iste est casus in cl. prima, ex literis. de procu.

Diffa-

Diffamatio procuratoris. 31

Item nota quòd nihil est quod tantum diffamat & inhonestat procuratores sicut quòd ipsi dimittunt appellationes deseri per negligentiam. & hoc contingit per duplicem viam in appellatione à diffinitiua. Primò auditores & iudices communiter dāt terminum decem dierum ad prosequendum. & tunc infra illos decem dies appellans debet facere committi causam alicui alteri iudici vel auditori & facere præsentare commissionem. quòd si hoc non poterit vel sibi non expedit, tunc vadat ad cancellariam cum notario & habeat commissionem duplicatam & vnam tradat ad manus vicecancellarij vel regentis cancellariam, quam tradat notario. vel in absentia vicecancellarij vel regentis ponat in causa vbi tales commissiones ponuntur. & aliam commissionem det notario prædicto & faciat fieri instrumentum diligentiæ prædictæ infra decem dies. quid si ista non facit procurator appellantis deseritur appellatio.

Sublata causa desertionis. 32

Item commissa causa & sic sublata dicta desertione infra decem dies. vel facta protestatione vt supra, tunc istud est commune quòd in appellatione à grauamine vel interlocutoria vbi nullus terminus præfigitur saltem in curia: tunc omnes termini debent seruari infra annum à die appellationis interpositæ, & debet dari petitio per procuratorem appellantis, vt in dec. Rotæ cccx. in antiquis: & hoc non sufficit nisi protestetur infra annum de diligentia sua. videat quod petat causam expediri in iustitia primò secundò tertiò, instanter instantius instantissimè. & quod non stat per eum quo minus expediatur & protestetur de diligentia sua. & hanc protestationem quia notarij sæpe sunt negligentes: scribat per se in domo & producat in iudicio: & per plures dies ante lapsum termini primi anni, producat eam, eodem modo faciat in secundo fatali & in tertio aliàs nisi in primo fatali omnes termini sint seruati data petitione & facta protestatione huiusmodi appellatio est deserta, & similiter nisi fiat protestatio in secunda instantia: non obstante diligentia præmissa primi fatalis etiam appellatio deseritur, & ista est maior verecundia quam procurator habere potest si deserit appellationem. Si verò procurator indiget remissione ad partes in secunda instantia: tunc seruet terminos. & super articulis exceptionibus datis in prima instantia vel etiam illis & nouis tunc datis si expedit petat sibi decerni remissionem citius quò potest: & illam petat in iudicio. & illam petitionem det in scriptis; quia notarij multoties indebitè scribunt & in eadem cedula in qua hoc petitur protestetur quòd non stat per eum quo minus remissio non decernatur & remittatur ad partes & expediatur, & reportet vt causa expediatur in primo fatali, & non deseratur appellatio sua, quòd si secus factum fuerit, protestatur quod non stat per eum, sed per iudicem vel partem aduersam.

De publicatione dictorum testium. 33

Item in publicatione dictorum testiū procurator teneat hanc cautelam quòd quando testes producuntur per partem aduersam nihil protestetur contra eos, sed taceat: aliàs si aliquid pro eo deponerent non prodesset sibi. Sed postquam sunt examinati si vellet eorum dicta facere publicari, tunc vocata parte ad audiendum voluntatem iudicis super publicatione prædicta primò antequam aliquid petat de publicatione præmittat protestationem quam scribi faciat per notarium vel secum portet cedulam in scriptis protestationis dicendo. Reu.p.d. auditor. Ego protestor quod intendo opponere contra personas & dicta testium per partem aduersam productorum in hac causa, qua protestatione præmissa peto mihi publicari dicta testium ex aduerso productorum & terminū statui ad dicendum contra, & si timet ne iudex concludat & sententiam ferat, habeat secum appellationem paratam à non publicatione & non præfixione termini huiusmodi.

Quando causa beneficialis deuoluitur, videndum est ne processus ruat. 34

Item nota quòd nisi bene aduertas multi processus ruent. quando autem causa beneficialis per appellationem deuoluitur ad Rom. cur. tunc ius dat vnum mensem appellato ad præparandum, deinde tempus arbitrarium.i. tempus quantum homo indiget veniendo ad curiam de illo loco vbi appellatum est, & deinde xx. dies: ita antequam procedi posset in causa oportet expectare per mensem per tempus arbitrarium & per xx. dies. Et si ante proceditur, processus est nullus, & illud notatur & probatur extra c. 1. de elect. li. vi. & c. cupientes, eo. li.

De

De materia obiectiua. 35

Item nota quod materiæ obiectiuæ debent dari in termino substãtiali ad dicendum contra producta, postea verò datæ non admittuntur. Sed si in illo termino non dederis, & postea velis dare, talem tenebis cautelam. scr. uabis articulos super gratia si neutri etiam si nullam habeas, & tunc ad omnes meliores fines & effectum deduces talem materiam & admittetur cum alijs si probari posset, vel dabis instrumenta probantia illam materiam, & postea articulos pro verificatione & repetere debes illa instrumenta.

Quando quis absoluitur ab instantia iudicij. 36

In causis vbi pars absoluitur ab instantia iudicij & obseruatione terminorum.

Nota quod quando aliquis causam aliquam committi obtinuerit & eiusdem commissionis vigore partem citare procurauerit, & post citationem huiusmodi pars impetrans causam huiusmodi prosequi non curauit, ex tunc pars rea & citata comparens faciat citari partem impetratam ad procedendum & procedi videndum prout de iure primò ad primam diem. deinde secundo ad idem etiam ad primam diem ac subsequenter ad idem tertiò & postremò ad idem, quartò & ex super abundanti ad idem etiam ad primam diem; alioquin ad videndum & audiendum se, videlicet partem contra quam commissio impetrata est absolui ab instantia iudicij atque obseruatione terminorum, in quo termino pars dabit petitionem suam & iudex iuxta formam eiusdem quando deliberatus fuerit potest pronunciare & condemnare partem aduersam in expensis.

Et quoniam lites super quibusuis causis beneficialibus profanis & alijs quæ pro tempore per quascunque personas ecclesiasticas vel seculares in Rom. cur. Apostolica commissione mouentur atque tractantur intendimus fieri breuiores, & vt litigantes ad ipsam curiam pro defensione suorum iurium venientes & huiusmodi causas prosequentes releuentur à laboribus & expensis. Statuimus & ordinamus quod in causis in quibus de iure vel aliàs per rescriptum siue commissionem proceditur summariè simpliciter & de plano ac sine strepitu & figura iudicij, talis ordo seruetur, videlicet quod fundata iurisdictione in prima instantia causæ principalis terminus seruetur ad libellandum ad primam diem ad iurandum de calumnia ad idem ceteri seruentur, prout in præcedenti tractatu plenius habetur tam in secunda quàm in tertia instantia: veruntamen termini ad articulandum dicendum contra articulos producendum omnia & dicendum contra producta de substãtia iudicij censeantur existimare, statuimus atque decernimus quod ipsorũ omissio reddat eo ipso processum nullum, aliorum verò terminorum omissio alicuius dum tamen malitiosè non fiat, sed tamen aliquo contingenti processum non vitiat. In alijs autem causis in quibus proceditur in figura iudicij seruentur etiam termini secundum modum in prædicto tractatu notatum.

De modo deuoluendi causam in partibus ad curiam per appellationem in partibus interpositam. 37

Sciendum est quòd quando appellatio interponitur in præsentia partis principalis, idest partis appellati vel eius legitimi procuratoris, tunc causa eo ipso est deuoluta, dummodo super hoc appareat præsens cum instrumento confecto & constet de mandato procuratoris. Sed si appellans præsentiam principalis partis. i. partis appellatæ commodè habere non potest circa appellationem interponendam, ac vt causa benè deuoluatur, seruabit appellans hunc modum; videlicet quod faciat appellationẽ suam in scriptis in bona forma, qua facta accedat ad notarium publicum in præsentia testium & legat appellationem huiusmodi de verbo ad verbum, & lecta petat apostolos instanter sibi dari; si est aliquis qui velit dare protestando quod si partis appellatæ præsentiam commodè habere posset, velit sibi legitimè intimare insinuare appellationẽ prædictam, & super hoc petat instrumentum publicum. Et hoc facto idem appellans tenetur intimare & insinuare huiusmodi appellationem parti appellatæ, seu eius procuratori si ipsorum aut alterius eorundem præsentia cõmodè haberi possit infra mensem post interpositionem dictæ appellationis, vel post mensem quanto citius potest. Circa quam insinuationem huiusmodi appellationis seruabit hũc modum, videlicet quia appellans assumet sibi notarium publicum & testes & accedat ad partẽ appellatam, vel ad ipsius procuratorem, si ipsorum vel alterius eorum præsentiam habere potest, alioquin protestando de ipsorum absentia huiusmodi appellationem per ipsum ante interpositã, vt præmittitur per notarium publicum legi & publicari parti appellatæ faciet, seu eius procuratori legitimo & copiam huius-

huiusmodi appellationis tradat requirẽdo notarium vt super præmissis publicum conficiat instrumẽtum, alioquin si illius partis vel procuratoris eiusdem præsẽtiam habere non poterit, tunc si causa fuerit beneficialis expedit ꝙ in loco beneficij super quo agitur vel, in loco vbi pars appellata beneficiata fuerit infra missarum solemnia vel quando dicuntur horæ diei in loco beneficij vel partis appellatæ in præsentia duorum beneficiatorum in ipsa ecclesia per partem appellantem vel eius procuratorem aut per notarium publicum legatur publicè, & pars appellans petat apostolos instanter nihilominus ꝙ si partis appellatæ præsentiæ haberet eidem appellationem huiusmodi insinuaret, & sic similiter faciet in domo appellati si commodè & tutè accedere poterit ad domum. Sin autem in ecclesia cathedrali in loco beneficij &, in ecclesia parochiali sub qua decet & morabitur, & bonum est affigere copias earum in valuis ecclesiæ & etiã in domo habitationis partis appellatæ, & aliàs adhibere talem diligentiam circa insinuationem huiusmodi appellationis qualis adhibenda est in executione citationis legitimè in partibus faciendæ. Si pars appellans prosequi noluerit appellationem suam, & pars appellata vellet prosequi eam in Rom. cur. expedit ꝙ pars appellata instet pro copia habẽdæ appellationis sub forma publica notarij. s. ipsius qui instrumentum appellationis confecit, quod si ille notarius negauerit sibi tradere copiam illius sub publica manu, accedat pars appellata ad officialem curiæ Episcopalis, vel ad alium iudicem super hoc potestatem habentem, vt compellet notarium ad tradendum copiam producendo instrumentum originale appellationis prædictæ, & citari faciat appellantem ad videndum dictam copiam apppellationis illius sub manu publica tradi., & dominus interponendo decretum dummodo præsentiam partis appellantis habere potest. Sin autem in ipsius notarij præsentia petat sibi decerni copiam appellationis illius sub manu publica, & dominus interponendo decretum suũ mandet notario præsenti quòd scribat copiam illius appellationis sub manu publica, qua habita pars appellata potest prosequi appellationem in curia, & causa censetur ad curiam deuoluta.

De commissionibus causarum ad partes. 38

Causis vt prædictum est ad Papam & Romanam curiam deuolutis plerumque remittuntur ad partes per rescripta desuper impetrata, per litteras in forma breuis, vel per bullam ex officio litterarum contradictarum plerumque committuntur in ipsa curia per speciales commissiones ab ipso Papa, vel à Cardinali qui pro tempore præest signaturę iustitiæ signatas. Circa commissiones autem faciendas ad partes, seruantur hæc quæ sequuntur.

Circa qualitatem personarum quibus possint committi causæ per rescripta apostolica est semper menti tenenda dispositio Bonifacij viij. videlicet, c. statutum. de rescri. lib. vj. nam illa est nunc in viridi & vigenti obseruantia Cancellariæ. Sed circa quædam dubia posita ibi per doctores stilus habet quæ dicentur. Archipresbytero rurali non committuntur causæ nec officiali Capituli expresso nomine Capituli, necnon Conseruatori, de quibus dubitarunt gloss. in cle. & si principalis. de rescrip. Inquisitoribus autem & prælatis mendicantium possunt committi cum clausula quæ est in quinterno iustitiæ, quamuis non soleant committi. vide c. cum olim. de maio. & obe. Plebanis autem Collegiatarum committuntur. Et in partibus Venetorum solet dici ecclesiæ. In Tuscia verò plebis. Præceptoribus autem maioribus sancti Antonij per constitutionem Sixti Papæ iiij. committuntur causæ. & aliquibus Canonicis collegiatarum in Alemania, & sancti Petronij Bononien. & alibi per constitutiones descriptas in quinterno Cancellariæ de gratia de quo fit mentio in prima regula Cancellariæ sub titul. de dispen. Monacis autem ecclesiarum cathedralium non solent committi de stilo hodie: vide quæ habentur in cap. causam quæ. de iudicijs.

Circa loca autem ad quæ trahuntur personæ in rescriptis est etiam obseruanda forma d. c. statutum. cum distinctione, aut actor & reus sunt eisdem diœcesis vel diuersarum, &c. Item an eligitur perhorrescentia, & dantur tunc litteræ extra cum clausula perhorrescẽtiæ. Dantur etiam litteræ extra si actor dicat quòd Ciuitatis & diœcesis rei intrare non audeat, vel quòd sufficiens persona cui causa committi possit in Ciuitate, seu diœcesi rei non residdat. Aut quòd vniuersitas, Episcopus, vel Capitulum. Et breuiter in his est seruanda forma d. c. statutum. & etiam ibi Abba. de rescrip. quæ disposuit quomodo superior impetrat rescriptum volens agere ratione membrorum sibi subiectorum quæ sunt in alia diœcesi quam dignitas principalis cui illud membrum subest. Ad cuius cle. intelligentiam lege quæ scribit Collec. & alij doctores Gallicani in c. nonnulli. de rescriptis.

& in

& in c. ex parte. de for. compe. vbi inter alia dicunt, quòd si quis Abbas ratione membri in alia diœcesi quam sit abbatia sua siti velit impetrare contra quemdam tertiæ diœcesis, & habere iudices in diœcesis abbatiæ tanquam in tertia non debent ei dare iudices in illa, ne fiat per fictam & indirectam viam contra dispositionem d. c. statutum.

7 Et nota quòd causæ appellationum matrimoniales sententiæ latæ ab ordinarijs possunt committi extra Ciuitatẽ vel diœcesim etiam si reus & actor sint eiusdem diœcesis de stilo, nec solent committi nisi Episcopis. Simplices autem commissiones causarum matrimonialium, hoc est, in quibus non est appellatum iudicialiter à iudice, licèt esset forte appellatum extraiudicialiter à parte cõmittuntur de stilo Episcopo diœcesano rei vel reę non dantur in tertia quamuis actor & reus sint diuersarum diœcesum nisi fuerit respectus diœcesanus impetranti, & tunc dantur extra cum clausula. Cum in Ciuitate, &c. non sit aliquis Episcopus qui de huiusmodi causa ad præsens tute cognoscere possit, fraternitati tuæ &c. Et debet prius narrari causa suspicionis. Sed si forte Episcopus diœcesanus agat in remotis, & hoc narretur, committitur de stilo causa matrimonialis simplex alteri Episcopo in diœces. commoranti, vel viciniori. ad quod facit clem. de foro competenti & cap. eos qui. de tempo. ordi. lib. vj. videtur tamen tunc posse committi maiorem dignitatem in ecclesia habenti, vt in c. litteras. de restitutione spol.

Præterea aduerte q̃ si aliqua vniuersitas impetret contra aliam vniuersitatem, possunt iudices dari extra de stilo si pars petat. vide Collect. de hoc in d. cap. nonnulli. si autem causa est profana includens matrimonialem non habetur constans stilus super commissione fienda. vide tamen no. per gl. in cle. dispendiosam, & per Lud. consil. cclxix. & per Oldra. consil. cccxx. de partium verò consensu causa etiam nõ matrimonialis trahitur extra, debet tamen fieri mentio in rescripto de dicto consensu. vide ad hoc decis. Egid. de Bella matre, siue Bellamere. & fit fides de consensu per Auditorem contradictarum Correctori si partes sint præsentes in curia.

Et aduerte, quòd actione rei immobilis super qua impetratur rescriptum, siue agatur actione reali, siue personali debent dari iudices in loco vbi est sita res illa, & ita obseruat cancellaria interpretando d. cap. statutum nihil immutasse quo ad immobilia de iure antiquo & sic remanet dispositio c. dilectus de rescr. & c. fin. de foro compet. nec tunc attenditur de stilo locus domicilij rei. licèt doct. communiter teneant, quòd sit in electione actoris cõuenire reum in loco rei sitæ, vel loco domicilij ipsius rei. & not. in l. fin. C. vbi in rem actio & sic immobilibus sequimur dispositionẽ. d. c. statutum, videlicèt. quòd non fiat differentia, an actor, & reus sint eiusdem diœcesis &c. sed semper dentur iudices in loco immobilium, non autem in loco domicilij rei etiam si pars peteret, adeo quòd si in eodẽ rescripto impetrẽtur iudices super immobilibus, & mobilibus, non dabuntur iudices, nisi in loco immobilium nè videantur etiam dari in loco seu domicilio, & si pars velit in loco mobilium, non dabuntur iudices per Cancellariã conta diuersas personas, nisi in diuersis rescriptis. nec etiã curat Cancellaria de loco vbi fuit appellatum, vel grauamen illatum quo ad hoc, vt non dentur in tertia, quia dari possunt in tertia si actor, & reus fuerint diuersarum diœcesum, nec etiam si reus originarius appellans velit iudices contra appellatum in loco eiusdem rei non dantur ei de stilo, licèt contrarium videantur voluisse doct. in d c. statutum. Contra eum autem qui interdum moratur in vna diœcesi interdum in alia dantur iudices in vtraque si in hoc exprimat impetrans. In laico autem qui iurisdictioni cuiuscunque iudicis ecclesiastici se submisit, non dantur iudices, nisi in diœcesi rei vel tertia, & aliàs iuxta formam c. statutum. formam supradictam in immobilibus & in causis profanis laicorum subiectorum ecclesiæ etiam seruatur forma d. c. statutum. de stilo. licèt aliqui videantur voluisse contrarium. vide eos in c. decernimus. de iudi. & c. sua nobis de appell. & Bellam. in d. c. statutum. In testibus autem ad perpetuam rei memoriam solent dari iudices in loco impetrantis. vide ad doct. in c. si quis contra. de for. compe. & c. significarunt. de test. in forma autem humilibus quæ plus taxatur, & habet in hoc aliquid gratiæ potest de stilo absque signatura Papæ causa committi extra diœcesim cum derogatione d. const. statutum. Et in rescriptis ea quæ de bonis super reuocãdis indebitè alienatis, & rescripto significauit. & post iter arreptum dantur iudices vbi pars petierit, quia non exprimuntur rei.

Item aduerte, quòd non solet Cancellaria dare iudices in loco contractus, vel destinatæ solutionis etiam si impetrans dixerit reum ibi inueniri nisi commoretur, vide ad hoc no. in c. dilecti, de foro comp. & in l. quæro. ff. de sol. præsertim cum non appareat de consensu ordinarij. vide etiam ad hoc Spe. ti. de compe. iudi. §. 1. vers. in clericis autem, qui videntur etiam in hac tacita prorogatione requirere consensum ordinarij. & vide text. iij. q. vj. non liceat.

liceat. & Ang. in l. 1. de iudi. Et nota quod si reus est vnius diœcesis, & commoratur in alia, Cancellaria non dat iudices, nisi in loco commorationis, etiam si impetrans petat in vtroque. In loco autem prædicto commorationis dantur iudices etiam si non dicatur reum habere ibi domiciliũ, & stilus iste facit pro opi. Inn. & aliquorum in cap. ex parte B. de for. competen. & vide doct. in c. quòd clericis eo. tit & tex. in l. est verum. C. de incol. lib. x. Cõtra hæredem autem alicuius defuncti non dat iudices Cancellaria, nisi in loco diœc. hęredis vel vbi ipse hæres conueniatur ratione legatorum soluendorum siue ratione debitorum defuncti, nam non dat iudices in loco vbi defunctus fuisset conueniendus, de quibus in l hęres absens. & l. si fide commissium. ff. de iud. & in c. fi. de for. comp. per doct. & ita stilus cãcellarię interpretatur d. c. statutũ. plura sustulisse de dispositis per iura antiqua saltẽ quo ad effectum commissionũ, quàm faciant interpretationes doct. qui in multis contrarium sentiunt, nec etiam dantur hodie litteræ per Cancellariam laico contra laicos raptores aliarũ rerum, quã ecclesiarum, nisi tales raptores, vel fures essent occulti, & tunc dantur litteræ excommunicationis generales ad satisfactionem in forma significauit. vide ad hoc not. in c. cum sit generale. d. for. comp. & fundantur dictę litterę generales excõmunicatorię ex multis iuribus, videlicet, ex c. 11. de off. ord. & v. q. 1. quidã. & cl. volentes. de hęreti & gl. in cl. maiorum. eo. tit. & ex not. per Host in c. nobis. de sent. excom. & per Io. An. in c. cũ in multis, in nouel. & no. xxxv. q. vj. Episcopus in synodo, & in c. ad nostrã. de iureiurand & c. cõstitutus. de test. & c. suæ. de pęnis per Collect. Et in prędictis litteris in forma significauit interdum denunciatur quis excõmunicatus ipso iure generaliter, & monetur ad satisfactionẽ, interdum monetur per aliquos terminos, & deinde excommunicatur: & hoc vltimum fit in casibus in quibus non est quis excommunicatus ipso iure.

Vlterius nota, quod non solet etiam cancell. dare iudices in loco delicti, & in summa non dat iudices, nisi in loco domicilij, seu cõmorationis & in laico rei immobilis sitæ, adeo quod ministris & general. ord. Comitibus & Baronibus, & huiusmodi non dat iudices, nisi in locis vbi commorantur, vel in loco vnde denominantur si illa prouincia concluditur vna diœcesi tantum, vide Abba. ad hoc in c. dilectus, de rescr. col. iij. & in. l. ij. vbi senator. & in c. omnes. de maio. & obe. & in c. quoniam. de offi. dele.

Nota etiam quòd si actor impetret contra plures reos diuersarum diœces. quamuis illi rei sint diuersarum prouinciarum, & etiam sit causa communis, dantur iudices in singulis diœcesibus, reorum, vel in terris si actor sit diuersæ diœcesis ab eis non sufficit dare in vna ex diœcesibus reorum in simplicibus commissionibus, secus in causa appellationum in quibus non est necesse accipere iudices, nisi in altera ex diœcesibus reorum. Neque actores computantur, nisi pro vno si dicant se esse litis consortes, vide ad hunc stilum not. in cap. dilectus. de rescript. & cap. ex parte. de for. cõp. & l. 1. 2. & 3. si vnus ex plur. ap. & in l. 1. de di. resc. C. & l. 1. & 2. si plur. vna sent & l. sæpe. de re iudi. & l. 1. si in commun. eademque caus. & in l. scire debemus, de verb. obl. ff. & l. de pupillo. §. si plurimi. de not. oper. nun. & clemen. idest, de appellat. Et dicit Ioan. Ganfredi cum alijs doctor. gallicanis, fuisse determinatum in cancellaria, quod si quis habet impetrare contra duos, quorum vnus est de diœcesi impetrantis, alius de alia, quod debet dari iudex in tertiam, cum minora sequantur inconuenientia, & addit longe minorem esse inconuenientiam, ꝙ vbi duo vel plures rei conuenti sunt in eadem caussa, ꝙ censeantur loco vnius, quam plurimum. arg. c. cum in multis, lib. vi. de rescr. & de iurepat. c. 1. eo. lib. de elect. scriptum, & vide ad hoc no. per Inno. & alios in c. pastoralis. de resc. hodie tamen fit vt supra dictum est. Dicunt etiam prædicti doct. gallicani in c. causam, de. off. deleg. & Bella. in d. c. statutum. Cancellariam committere causam matrimonialem etiam si sit super fœdere Episcopo, & alijs non Episcopis cum clausula, Tu frater Episcope. & quando appellatur à grauamine vel interlocutoria in matrimonialibus etiam committitur Episcopo vt ibi per eos, & ita seruatur hodie, facit contra c. constituit ii. de appell. Sed si maritus impetret litteras contra aliquem detinentem vxorem suam inuitam, potest tunc absque dubio committi alijs, quam Episcopo, cum talis cognitio sit mixti fori. vide Io. An. & alios in c. non est. de spon. & cap. illud. de præsump. & Ant. de Bul. in cap. tuam. de ord. cog. Et nota quod si priuilegiatus traxit me extra suam diœcesim, & ego appello à sententia committebantur olim causæ per Cancellariam extra diœcesim appellati per not. in cap. prudentiam. de mut. peti. Verum postea visum est obstare d. cap. statutum. & negata est commissio extra diœcesim, Et iterum postea Cancellaria in similibus casibus dedit extra tempore Clementis iiij. interpretando stilum per ius commune per not. in cap. cum dilectus. de consi. quare stilus in Cancellaria fuit in hoc inconstans & in his & pluribus

bus alijs indigeret declaratione Pontificis. d. cap. statutum. quod videtur confuse & generaliter tollere multas æquitates iuris antiqui. Et nota quòd si Episcopus impetret litteras vnà cum alio suæ diœcesis pro re communi contra eius subditum dantur iudices extra etiam in simplicibus, ar. d. cap. vnici. de iurepatro. lib. vj. & ff. de qui. re. ad eum. iud. ea. l. 1. & c. per tuas. de arb. & l. si ita. de liber. & post. & ff. si seruit. vend. l. si communem, & cap. de temp. in integ. resti. peten. & de concess. præbend. auctoritate. lib. vj. & l. 1. C. si in commu. eademque caus. in integ. resti. post. & l. inter. de mino. l. per fundum. ff. de seru. rusti. præd. de condi. & demon. l. pater. & faciunt dicta supra de litis consortibus.

Personæ autem quæ possunt impetrare litteras sunt laicus contra laicum in terris ecclesiæ. vide in cap. si duobus. de appe. Item laicus contra clericum, & clericus contra laicum etiam de antiquissimo stilo. & clericus cum laico contra laicum, si ad eos communiter respertineat, sed non econtra, sed in hoc vltimo casu contrarium videntur voluisse Doc. in l. præcipimus. §. eodem. C. de app. & in l. fin. de hono. non conti. C. Mathes. in quodam not. & Abb. recentior in quadam disput. de quo per Collect. post Fede in c. forus. de ver. signi. In causis autem feudalibus non dantur litteræ etiam clerico, vide c. cæterum. de iudi. & c. ex trāsmissa. & c. verum de for. comp. Dantur autem litteræ laicis contra laicos super vsuris vel contractibus in fraudem vsurarum initis, vel iuramento vallatis. Item super iurepatronatus vel præsentatione, aut iure funerandi, aut dote, vel donatione propter nuptias, & super administratione rerum piarum, & propterea dantur cōfraternitatibus, vide ad hoc Pau. & Abb. in consilijs. Dantur etiam ratione voti, vide ad hoc in c. licet de voto. & quomodo laicus conuenitur super re quam tenet ab ecclesia, vide ad hoc Spec. in tit. de com. iud. adi. §. 1. & not. in c. nullus. de for. compe. & not. in cap. si clericus laicum. dantur etiam pro & contra executorem vltimæ voluntatis laicum etiam in not. pijs causis, licèt quò ad hoc vltimùm videantur obstare huic stilo not. in cap. tua. de testa. Et breuiter dantur litteræ inter laicos super causis ecclesiasticis, & aliàs absque dubio forum ecclesiasticum concernentibus. Super obseruatione autem pacti inter laicos non dantur, nisi diceretur in illis locis tales causas de antiqua consuetudine pertinere ad forum ecclesiasticum, vide ad hoc Collect. in cap. 1. de pact. Super infamatione autem de crimine incestus inter laicos cum peterentur litteræ tempore meo a Cancellaria de consilio dominorum de Parco negauimus eas, quamuis mihi videretur esse concedendas pluribus rationibus, & inter alia, quia Cancellaria maximè innititur textibus, allegaui cap. fin. de sepul. sed quia non inuenimus exemplum alicuius formæ antiquæ acquieui opinioni eorum, sed cōtrafeci in crimine contra naturam, cum peterentur litteræ inter laicos iuxta formam l. diffamari. vide de his doct. post gl. in cap. nos inter. de purg. cano. & in c. clerici. de excess. prælato. & c. in Archiepiscopatu. de rapto.

Et nota etiam, quòd Iudæis vel Saracenis contra laicos Christianos, vel contra non dantur litteræ per Cancellariam, nisi super causis concernentibus forum ecclesiasticum simpliciter vel mixtum, nec fit mentio de negligentia iudicium secularium, sed si essent de terris ecclesiæ benè dantur. Vide ad hoc not. in c. quod super his. de voto. per doct. & in d. c. in Archiepiscopatu.

Magistris, seu præfectis fabricæ ecclesiæ, & perpetuo oblatis & rectoribus hospitalium laicis pro bonis ad fabricam vel hospitale spectantibus bene dat litteras Cācellaria, & contra eos pro dictis bonis & fratribus & sororibus etiam tertij ordinis sancti Francisci & contra eos, simplicibus autem eremitis non solent dari litteræ nec seruitoribus clericorum laicis. Bizocaris autem seu mantellatis dantur, vxori clerici coniungati, & multò magis contra, cum videtur dari posse per l. 1. C. de incol. lib x. & de dignit. l. mulieres. lib. x11. ff. de senat. fœminæ.

Et nota, quod laico de terris ecclesiæ non dantur litteræ contra laicum extra terras ecclesiæ, sed econtra sic.

Et attēde q in tutore, & curatore, & procuratore in rē suam consideratur persona pupilli vel adulti, seu furiosi, aut procreatoris, an sit clericus vel laicus non ipsius tutoris vel curatoris super impetrationem. Idē ad hoc vt trahatur extra, nam in hoc, videlicet, quò ad cōmissionem, non solet attēdi diœcesis vel locus commorationis, tutoris vel curatoris, sed pupilli vel adulti, faciunt ad hoc no. in l. fin. si ex plur. tuto. C. & an. l. 1. §. libelli de app. ff. & l. 1. quam. nupt. inter pu. & not. l. 1. de admi. tuto. & ad l. ea. ff. de te iu. & in c. sua nobis. & c. ex parte. de appel. & in c. querelam. de elect. & & in l. 1. C. de sent. & inter. iudic. & in c. 1. de procu. lib. 6. vbi non attenditur qualitas procuratoris. de procuratore in rem suam, vide not. in c. licet. de offi. deleg. & l. apud. de doli mali excep. In patre autem laico administratore bonorum filij clerici non habetur firmus stilus. Aliqui ex correctoribus considerarunt

derarunt personam patris propter interesse eius in vsufructu, & non dederunt litteras contra laicum, alij dederunt quasi pro re quasi cõmuni patri laico & filio clerico & hanc partem nos sequuti sumus, tamen quò ad trahendum extra, impetrante litteras patre aut si cõtra eum ratione prædictorum bonorum impetrentur semper attenditur diœcesis patris nõ filij si fuerit diuersarum: quia consideratur vexatio & cura comparendi per iura supra alleg. & verbum trahere. vt not. doc. Galli. in d. c. statutum. & in executore quò ad hoc, & vide ad hoc gl. & Bar. in l. 1. C. de agric. & censi. lib. 11.

Dantur etiam litteræ laico contra laicum qui subest iurisdictioni temporali alicuius Episcopi, vel prælati si hoc narretur quamuis olim Cancellaria non dederit litteras, nisi inter laicos Ecclesiæ Romanę tantùm, quod Collect. in c. ad petitionem. de accu. dicit obseruatum fuisse vel ex affectu præsidẽtium in litteris expediẽdis, vel ex errore Abbreuiatorũ.

Et si laicus percusserit laicum in Ecclesia non dantur litteræ ad instantiam percussi, sed rectoris ecclesiæ. & vide ad hoc not. in c. cum sit generale. de foro comp.

Dantur quoque litteræ contra laicum mulieri conquerenti super dote, siue cum viro quando est nupta, siue absque viro soluto matrimonio, vel viro ipso ad inopiam vergente, & debet fieri mentio in rescripto, quod res super quibus laicus mulieris pertineant. Viro autem contra laicum dantur etiam litterę pro dote sibi promissa. vide ad hoc c. per nostras. de don. inter vir. & vxo. & formam quinterni Cancellariæ iustitiæ in tit. de matrim. Viro etiam contra vxorem ad dotem propter adulterium vxoris perditam videtur posse dari litteras per c. plerumq; de don. inter vir. & vxo. & c. ex parte. de conuer. & no. per Abb. in cap. cum sit generale de for. comp. & idem fortè videtur si agatur super parafrenalibus per mulierem non contra tertium, sed accessorie ad dotem, seu vnà cum dote, vt in c. plerumque. & c. significauit. & c. & si necessæ. de do. inter vir. & vxo. ar. l. si ego. §. dotis. de iur. dot. ff. & l. fin. C. de pac. conu. & ar. l. si sponsa. ff. de iure dot. & de priuil. credit. l. 1. §. fin. sed si mulier est vidua, vel pauper orfana benè impetrat litteras etiam nulla facta mentione de dote cum clausula, illos sub quorum iurisdictione, & c. quæ datur quando pauper orfanus vel vidua non possunt consequi iustitiæ complementum à iudicibus secularibus, & vocatur paupur orfanus miserabilis persona, vt nota. in c. super quibusdam. de verb. signi. iuncto c. 1. 87. dist. & l. orfanotrofos. C. de episcop. & cle. & c. grandi de supl. neglig. prel. lib. 6. & c. 1. ne cler. vel mona. Nec capitur orfanus, vt in cap. admonere. 33. quæst. 2. pro eo qui caret patre. Et dantur etiam pro orfano quamuis habeat tutorẽ vel curatorem, vt vidi in forma Martini de Ebulo. videtur obstare d. l. orfanotrofos. sed potest esse pauper miserabilis, etiam si habeat tutorem vel curatorem: pro nobili paupere orfano etiam dantur litteræ, vide not. in c. significantibus. de offic. deleg. & l humilem. C. de incestis nuptijs. Item dantur litteræ pro clerico cum vnica, & virgine coniugato, & contra eum de stilo, licèt videatur obstare c. vnicum. de cler. coniug. lib. 6. tamen pro stilo faciunt not. per Abb. c. 1. de vita, & honest. cleric.

Et nota, quòd pauper, orfanus, vel vidua nõ impetrat in eisdem litteris contra clericos & laicos simul, cùm diuersæ sint conclusiones.

Et aduerte etiam, quòd laicus non impetrat litteras cõtra clericum generaliter super iniurijs, sed est necesse specificari iniuriam, vide not. in c. grauis. de rest. spo. & c. olim de iniur. Nec clerico, & laico dantur litteræ simul super iniurijs, etiam si diceretur communiter. Item si conquerentes sint plures etiam si pater, vel filius, vel fratres debent poni super bonis & rebus alijs ad eos communiter spectantibus, sed in vniuersitate conquerente, vel alio corpore, seu collegio non dicitur communiter spectantibus.

Monachis autem, vel alijs religiosis, aut mendicantibus non dantur litteræ nomine proprio, sed superioris & conuentus, nisi talis religiosus habeat aliquod officium obedientiarum, vel administrationem, aut beneficium sui ordinis, vel ex dispensatione apostolica, vel impetret super absolutione ab excommunicatione, vel infamatione aut alimentis, aliàs non dãtur etiam si sit in studio. Et etiam olim obseruauit Cancellaria, vt per Collect. in c. dilectus. de rescrip. & vide Rot. de iud. in nouis. & in decis. Bella. Mihi tamen semper visum fuit posse dari litteras pro existente in studio si asserat se de licentia prælati, & conuentus esse in studio per no. glo. in c. non dicatis. 12. q. 1. & si longius. de iudi. & per Arch. & Ioan. An. in c. 2. ne cler. vel mon. dummodo narret iniuriari sibi super debitis ratione studij contractis. Aliqui tamen Correctores sequuti sũt exactè stilum antiquum, ne sub hoc prætextu studij detur occasio monachis impetrandi litteras super alijs debitis & administratione proprij, & noluerũt dare etiam cum dicta narratiua. Contra religiosum autem hodie bene dantur litteræ sub nomine proprio indistinctè in loco commorationis. & vide no. in c. quanto. de off. ordi. Mendicantibus verò dantur

tur litteræ pro erogatis eis vel ecclesiæ eorum in eleemosynā cum possint implorare officiū iudicis ad habenda illa bona, & etiam agere si dixerint se posse obtinere bona ex priuilegio sedis Apostolicæ cui non sit derogatum, ad quod vide no. in c. fi. de pactis. lib. 6. olim tamen Cancellaria non admittebat appellationes super immobilibus mendicantium. quamuis allegarent priuilegium apostolicum super eis vt not. Collecta. in c. significantibus. de noui operis nunciatione. Abbati autem soli dantur pro spectantibus ad mensam Abbatialem si fuerint ordinis sancti Basilij vel Benedicti, aliàs autem non dantur absque cōuentu. Præceptoribus autem siue Commendatoribus militaribus dantur indistinctè etiam pro pluribus commendis, sed non pro pluribus prioratibus in militibus Rhodiensibus seu fratribus Hierosolymitanis. vt vidi in eorum statutis, seu stabilimentis dum peterent confirmationem eorum. & vide no. in c. quia nos. de app. per Inno. & Hosti. vide ad hoc not. in c. cum deputati. de iudi. & Oldra. in consil. 128. viro autem & vxori dantur litteræ absque verbo communiter.

Non dantur litteræ si quis velit impetrare contra homines talis loci nisi dicatur, vniuersi homines, vel vniuersitas hominum talis loci. vide ad hoc not. in c. cum in multis. de rescript. libro 6. Oldra. consil. 315. & no. glos. in cap. cum dilectus. de ordine cognitionum.

Et quādo ignoratur an quis sit clericus, vel laicus solet poni disiunctiuè clericus, vel laicus, pro quo stilo facit. l. 1. §. quia autem ff. quorum leg. & de rest. in integ. constitutis, & c. vnico de post præ. lib. 6.

Filio autem familias non solent dari litteræ contra patrem, nisi exprimat sibi iniuriari super Castrensibus, aut alimentis, vel aliàs in casibus in quibus possit agere contra patrem. vide ad hoc l. lis nulla. ff. de iudi. & l. actiones. ff. de acti. & glo. 23. q. 4. si ecclesia. & in c. quæritur. 2. q. 7. nam prohibito consequenti videtur prohibitum antecedens, videlicet, impetratio litterarum. facit quod no. Inno. in cap. 2. de dila.

Emancipato autem benè dantur cùm non prohibeatur agere nisi non petita venia, quæ per impetrationem litterarum non tollitur, & iudex hoc examinabit, arg. l. sedet in hac. §. præter. & l. quamuis, in fi. ff. de in ius voc. & facit l. fin. C. eo.

Super furto verò vel falsitate commissa per patrem aduersus filium quod possunt dari. vide l. congruentius. C. de pat. pot. & not. in c. prohibemur. 2. q. 1. & in d. § prætor.

Cistercienfibus non dantur litteræ super castris, hominibus, vassallis, vel decimis, nisi obijciatur, quod habuerit illa antequam ipsorum monasteriorum Cisterciensis ordo reciperet instituta. vide cap. recolentes. de stat. mona. & pot. in cap. cum ordinem. de rescrip.

Super diuersis beneficijs contra diuersos reos non datur vnum rescriptum, nec cū clausula, & quidam alij. Sed est necesse exprimere reos, nec vbi agitur super beneficio non debet hodie addi in rescripto super rebus alijs fructibus illius.

Cancellaria non dat litteras conuentui, vel Capitulo, vel contra eos, nisi super bonis discretis & alijs quæ vacante sede per eos necessariò expediuntur, vt per Collect. in cap. illa. ne se. vacante.

Et pro iniuria illata ecclesiæ cathedrali, vel intra ipsam, vel in eius cimiterio non dantur litteræ Episcopo, siue capitulo. vide Collect. in c. cum deputati. de iud. sed contra sic.

Nec in aliquo rescripto ponuntur vltra tres ciuitates, siue diœc. computatis actoribus & reis, vel quatuor si iudex fuerit ex illis quatuor.

Item non ponūtur vltra octo nomina reorum absque clausula, & quidam alij. sed cum ea septem nomina verò conquerentium possunt esse quod placet.

Contra reges & principes, seu magnos duces non dantur litteræ sine signatura Papæ. faciunt not. per Specu. tit. de leg. §. nunc videndum. ver. Item non obstat.

Et nota, quòd communitas, seu vniuersitas de stilo computantur pro quatuor personis, licèt l. mortuo. ff. de fideiuss. & ex qui cau. mai. l. ait prætor. § item inquit. cum alijs iuribus faciant contra. & ideo non dantur litteræ in vno rescripto, nisi contra duas vniuersitates si velis ponere clausulam, & quidam alij. Et communitas dicitur ciuitatis, vniuersitas verò castri vel villæ aut populi. videtur facere contra. cle. vni. ex. de vsu. & no. per Bar. in extrau. ad reprimendam. Nec dantur litteræ nisi contra tria monasteria tantum, vel demos in eodem rescripto. Nec super iniurijs verbalibus dantur litteræ per Cancel. vide ad. hoc c. cum te. de re iudi. & dec. Rot.

In ciuilibus plures agentes appellantur litis consortes.

In criminalibus verò plures rei complices. facit contra glo. in cle. 1. de pœnis. vide tex. & Io. An. in c. cum oporteat. de accusa.

Quando agitur super pecuniarum summis ponitur in cōclus. post illa verba, appell. remota vsuris cessantibus, de quo in c. dilecti. de for. cōp. nisi conqueratur Episc. cap. conuentus, vel persona ecclesiastica ratione beneficij, aut reli

giosus vel familiaris Papæ, vel de cur. Rom. quia præsumitur pro eis. vide no. in cap. cum in iuuentute. de præsumptio. c. cum ex iniuncto. de no. ope. num. 61. di. miramur 9. q. 2. lugdunen. nec hodie ponitur in rescriptis appellationum.

Mortuum non appellat Papa dilectum filium de stilo, nec venerabilem fratrem, sed quondam, talem & bo. me. Episcopum.

In rescripto super defectu natalium ponitur clausula, ita tamen &c. aliàs est falsum, & committitur diœcesano nisi sit suspensus, quia tunc committitur officiali vltra montes. & hodie etiam idem quando diœcesanus agit in remotis & hoc exprimitur. facit. c. daturũ. de præb. lib. 6. si vacet ecclesia tunc scribatur ad maiorem potestatem in ea obtinen. vide de hoc in quinterno. ti. de defect. nat. Spec. tit. de dispen. §. nunc de episcoporum. & in fi. & quis dicatur diœcesanus vide glo. in cle. vnica de for. compe. & datur hodie hæc dispensatio tam præsentibus in cur. quam absentibus, etiã progenitis ex non soluto & soluta & de dicta clausula, ita tamen. vide Old. cons. 165. & Rot. in antiquis & glo. in c. si pro clericis, de præben. lib. 6. & in c. non potest. & Sal. in l. præscriptionum. C. si contra ius vel vti pub.

Et in confirmationibus in forma communi nunquam ponitur in narratione diœcesis in qua est beneficium, sed in salutatione tantum.

Nec datur post iter arreptum mulieri, sed religioso, sic si habeat administrationem. vide no. in c. cum deputati. de iudi. & glo. in cle. & si principalis. de rescrip.

SECVNDVS TRACTA.

CVM à personis quæ digniores ipsis rebus sunt vt insti. de iure nat. gen. & ciui. §. fin. præmittendum est, & sciendum quod in quocunque iudicio seu arbitrio quatuor personæ sunt necessariæ, scilicet, iudex, Actor, Reus & Notarius, vt cap. forus extra de verb. signific. & cap. quoniam contra. de proba. & interdum dicta testium vel alia probatio loco testium. vt cap. 4. quæst. 4.

Item sciendum est quod actor est ille qui petit vel agit. & reus est ille qui defendit. sed Iudex est superior eorum ordinarius vel delegatus. vt extra de off. de le. per to.

De oblatione libelli. 2

Item est sciendum quod actor dat. idest, tenetur dare suum libellum in scriptis. præsertim in causis arduis. vt cap. 1. de libell. obla. narrantem factum suum & concludentem. vel petitionem verbalem in qua pariter narret & concludat vt in auten. offeratur. C. de litter. contest. & c. offeratur. 3. quæst. 3. & notarius seu scriba per iudicem deputatus, eam recipiat & teneat. & etiam omnia alia quæ per partes ipsas vel earum procuratores, vel aduocatos seu alios nomine earum. & pro eis seu iudicem dicuntur. vt in cap. quoniam contra de proba. & redigi debet in actis contineri libellus seu etiã verbalis petitio quinque, scilicet, quis petit, à quo petitur, quid petit & causam quare petit. & hoc in actione personali. In reali verò designationem conformem iuxta. l. si in rem. ff. de rei vendi. confirmationis. Vnde versus. Quis, quid, coram quo, quo iure petatur, & à quo. Rectè compositus quisque libellus erit. Hos versus ponit textus cum glo. in cap. 1. extra de libell. obla. Et interdum ipse actor dat libellum articulatum per positiones & articulos, & in fine dat conclusionẽ. & vlterius in fine petit responderi per reum inquantum dicitur in libello seu petitione iustitiam sibi ministrari implorando iudicis officium in his in quibus fuerit opportunum quod est latissimum in. l. 1. ff. de iuris. omn. iudicum.

De petitione copiæ libelli. 3

Reus verò citatus prius per seruientem vel curatum vel alium nuncium iuratum vel aliàs in iudicio repertus petit copiam libelli, vel petitionis contra eum oblatorum, vel articulorum contra eum datorum & diem ad deliberandum an debeat cedere, vel contendere, ac quid & qualiter debeat dicto libello respondere sibi assignari, & iudex eundem terminum sibi assignat, nec debet vel potest sibi hunc denegare ad 1. alleg. Auten. offeratur. & dat sibi dilationem ad octauã vel interdum ad primam diem iuridicam si tale negocium requirit celeritatem, vt cum agitur de alimentis præstandis, vel reparatione vel sustentatione domus ruinosæ minantis ruinam & dantis damnum domui vicini vel arrestatione hominis fugitiui & similibus, vel aliter secundum stilum curiæ.

Quæ hic dicta sunt de libelli oblatione, & eius copiæ petitione remoueri poterant remotis (vt antea dictum est) ipsorum libellorum formulis, attamen relicta sunt consulto vt vestigium antiquitatis ostendat.

Hæc etiam quæ sequuntur de litis contestatione

stratione superflua sunt, cum hodie omnibus ad breuitatem directis, ea litis contestationis solemnitas non sit in vsu: eadem ratione qua & libellorum vsus est intermissus.

De litis contestatione. 4

Item adueniente dicta die ipsi reo præfixa & assignata si non compareat actor nec reus, talis terminus circunducitur, idest stat sic in suspenso, & nihil aliud fit ex quo neuter comparet. Si verò actor non comparet nec procurator pro eo, tunc reus absoluatur, & actor in expensis per reum factis condemnetur, vt c. 1. de dolo & contu. lib. 6. nec amplius actor auditur nisi prius prædictis expensis solutis & data cautione quod de cætero in causa compareat & eam prosequatur, vt c. actor. præal. Si autem non comparet reus sed actor, tunc per actorem defectus vel contumacia cõtra reum accusatur & conceditur per iudicem vlterior processus si non se excuset reus aliquo legitimo impedimento, quia tunc habetur pro excusato, quia legitimum impedimentum semper excusat pe communia iura, vtputa si esset captus vel infirmus vel per superiorem suum detentus vel per hostes & similia, tunc assignatur sibi alia dilatio ad comparendum, scilicet, ad primam vel aliam secundum distantiam viarum & causæ ac temporum & patriæ ac personarum qualitatem. & hoc est ad arbitrium iudicis. facit ad hoc cap. fin. de transac. & c. cum sit. de appel. Die adueniente comparente actore requiratur reus vt respondeat libello actoris, cui respondere tenetur vel causam dicere quare respondere non tenetur, & ad hoc terminus sibi assignatur ad aliquam diem sequentem, nec hoc potest sibi denegare, quia die adueniente debet ipse reus vel eius procurator per eum in principio causæ vel post in iudicio vel extra constitutus legitimè qui onus assumpsit vel per eius aduocatum dare in scriptis vel proponere verbo exceptiones quare non tenetur respondere libello ipsius actoris contra eum dato, vtputa quia ipse libellus est nimis generalis indebitè specificans vel incertus obscurus vel alternatiuus negatiuus seu captiosus, vel dicere quòd actor est excommunicatus maiori excommunicatione, sic non potest agendo stare in iudicio. & istæ & similes exceptiones sunt dilatoriæ vel possit opponi exceptio declinatoria, vt quia est clericus conuentus in iudicio seculari super actione reali de quo in illo iudicio non tenetur respondere, vel quia est laicus conuentus in iudicio ecclesiastico, vt c. causam. 2. qui filij sint legitimi, vel in actione personali vbi non est iuratum, & similia. & nisi consuetudo curiæ haberet quod laicus super bona fide potest ibi conueniri quod valet & petat se remitti suo iudici competenti, & istæ exceptiones declinatoriæ vel recusationes iudicis fieri possunt & proponi vsque ad litis conte. exclusiuè. Sed tutius quod in principio & in prima dieta vel in secunda proponatur per communia iura præsertim recusatio iudicis, quia si consensisset in aliquem actum qui non potest fieri per iudicem vel coram eo non posset postmodum talem iudicem recusare, quia quem semel approbaui non possunt ex post reprobare. c. 1. de iudi. & cap. cuius in agendo 3. quæst. 8. cum si. ad hoc cap. inter monasterium. & ibi glo. pen. quæ incipit, quicunque. extra de re iudi. & facit. cap. insinuante. de offi. dele. vbi dicitur quod post litis conte. ex causa quæ nouiter superuenit, vel ad eius notitiam deducta potest iudex recusari, vel etiam potest opponi contra talem libellum vna ex tribus exceptionibus peremptorijs, scilicet, de lite finita vel transacta vel iudicata vel concordata vel pactum de non petẽdo factum per actorem Reo vel solutionem si incontinenti offeratur, aliàs non impedirent istæ duæ responsionem seu litis contestationem, vt in cap. 1. de litis conte. lib. 6. & si. Et casu quo dederit reus exceptiones contra dictum libellum, vel posito quòd det si non fuit sufficienter illis responsum per iudicem ordinabitur fore respondẽdum dicto libello per reum non obstantibus exceptionibus in oppositum. & monebitur per iudicem ecclesiasticũ, vt respondeat sub pœna excommunicationis, quod si non respondeat, excommunicabitur pro contumacia & inobedientia, & per iudicẽ secularem pignoribus vel per aliam pœnam arbitrariam ad respondendum constringitur, vt c. tua. extra vt lite non conte. cum si. Et tũc respondebit reus affirmatiuè, vel negatiuè dicto libello vel petitioni contra eum datis concedendo contenta in eo vel ea negando, dicendo sic. Ego dico narrata prout narrantur & cõtenta in dicto libello non fore vera neque petita fieri debere animo litem contestandi. Et per modos prædictos & responsionem factam libello affirmatiuè vel negatiuè fit litis contestatio, quæ est fundamentum principale totius processus, & ea omissa processus est nullus, & ex tali processu nulla sententia debet ferri nec sequi: imò propter nullitalem processus iudicaretur sententia nulla. vt c. 1. extra de litis conte. vt ibi in c. dudum 2. de elect. nisi fiat toti petitioni vel libello vt ibidem, qui libellus est tanquam totum vel genus, & positiones & articuli sunt tanquam pars & species

cies descendentes ex libello, vnde vide pleniorem differentiam inter libellum & articulos.

De iuramento calumniæ. 5

Deinde post litis contestat. statim præstatur iuramentum calumniæ si actor hoc requirat, & idem si reus hoc requirat. vnde si actor recuset, cadit à causa, quia præsumitur eo ipso quòd iurare recusat, quòd foueat causam iniquam. Si verò reus recuset illud præstare, condemnari potest: quia non præsumitur habere iustam causam defendendi & haberetur pro confess. vt c. fi. de iura. calumn potest tamen tacitè omitti si non petatur præstari. vt c. 1. §. 1. eod. tit lib. 6. Et si petatur præstari & non præstatur, processus est nullus, vt ibidem. & ideo cauillosi aduocati petunt illud præstari in fine libelli vel alicuius exceptionis vel scripturæ. Et si per aduersarium non præstetur processus iudicabitur nullus, & condemnabitur ille qui recusauit præstare in expensis totius processus vnde illud iuramentum calumniæ continet quatuor, vel quinque. primò ꝙ actor iuret & etiam reus quod credit habere iustam causam. Item quod non vtetur falsa probatione. Item quòd si interrogatus fuerit, respondebit veritatem de his quæ sciet. Item quod non corrumpet iudicem, neque testem. Item quod non petet frustratoriam, neq; malitiosam dilationem, vnde versus. Illud iuretur quòd lis sibi iusta videtur. Et si quæretur verum, non inficietur. Vt lis tardetur dilatio nulla petetur. Nil promittetur vt falsa probatio detur. Et si quid detur, dabitur vt lege cauetur. Hos versus ponit gl. in c. 1. extra de iura. calum. vnde debet præstari per partes principales, vel per procuratores priuatarum personarum per œconomos ecclesiarum per syndicos vniuersitatum habentes ad hoc specialem potestatem. c. fi. de iur. calum. lib. 6. aliàs ad hoc iuramentum præstandum non deberent admitti, vt dicitur ibidem.

De iuramento malitiæ. 6

Item sciendum est quòd est aliud iuramentum quod dicitur malitiæ, scilicet, quando iudex videt partem aliquam vel procuratorem petentes dilationem frustratoriam faciat illud iurare an hoc petat ex malitia & in similibus, & illud iuramentum potest exigi & debet præstari in quacunque parte litis quandocunque requiritur à iudice in causa principaili & etiã appellationis, vt in c. 2. eod. tit. lib. 6. & dicitur aliud iuramentum decisorium, quod datur à parte parti, & quando pars videt ꝙ non potest probare suam intentionẽ in totũ siuè sit actor siue sit reus, vult stare iuramento partis aduersæ vel iurare, hoc non potest recusari, vt l. manifestè. C. de iureiu. quæ dicit ꝙ manifestè turpitudinis est nolle iurare vel nolle differre. Vel quando pars altera habet semiplenam probationem per se, scilicet, vnum testem qui non facit plenam probationem, tũc iudex dat iuramentũ illi parti habenti talem, vel interdum aduersario suo inspecta qualitate personarum & qualitate & quantitate causæ. hoc est sibi arbitrarium cui illud committat, vt l. bonæ fidei. de re. cre. & ff. de iureiuran. l. iusiurandum. & c. fi. extra de iureiur. Et ista iuramenta dicuntur decisoria, quia decidunt litẽ in defectu aliarum probationum, & est magnũ releuamen probationum, & maximæ efficaciꝫ & magnum remedium ad lites faciliter decidendum & terminandum, quę debent cito decidi ne sint immortales, quia partes per eas releuantur à laboribus & expensis, & de multis alijs damnis & incommodis liberantur, vt c. fi. de dolo & contu. & cap. vt litigantes. de offic. ordi. lib. 6.

De positionibus & articulis. 7

Post iuramentum calumniæ præstitum petit actor terminum ad ponendum, & articulandum, idest, ad dandum positiones, & articulos, & sibi datur communiter in Roma. cur. prout superius in alio tractatu declaratum est de terminis & actibus, sed iste terminus olim solebat teneri ad xxx. dies in causis ciuilibus, in alijs verò inferioribus, scilicet, ecclesiasticis, & beneficialibus ad xx. In alijs causis inferioribus datur communiter ad viij. vel aliàs secundùm stilum curię & qualitatem negotij & partium & distantiam locorum, vel longior arbitrio iudicis. vnde positiones debent formari ex materia libelli quæ in prioribus ampliatur, vt magis quam in libello declaretur, specificetur & extendatur. Quibus in iudicio detis contra reum petitur responderi eis per reum qui petit copiam & sibi datur, & terminus sibi assignatur ad respondẽdum eisdem simpliciter. Qua responsione facta petit actor responderi medio iuramento, & reus petit primò ipsos articulos adiuuari & assignari per actorem medio iuramento singulariter & diuisim aliàs reus non tenetur respondere medio iuramento eisdem c. præsentium. de testi. lib. 6. quia non debent actor, & reus ad imparia iudicari, idest, non licèt vni quòd non liceat alteri. c. 1. & 2. de mutu. peti. & in regula, non liceat. de reg. iur. li. 6. Et etiã ex alio quia partes principales quæ meliùs sciunt, & scire præ-

te præsumuntur veritatem debent asserere & respondere scienter, vt in 6. pastoralis. de iudi. & l. fin. C. de procu. tanquam legaliores quia interdum procuratores solent cauillare, & veritatem occultare vel celare, & ipsius assertis cum iuramento per actorem præsentem, vel eius procuratorem instructum, primò per actorem præsentem cum iuramento, aut per procuratorem cum speciali mandato de sic asserendo, tunc reus respondet, & respondere cogitur dictis articulis cum iuramento suo. Qua responsione facta vel visa per actorem, si non respondit omnibus vel non respondit sufficienter & clarè cogitur iterum respondere illis actore hoc requirente per remedia iuris, scilicet, per iudicem ecclesiasticum, per sententiam excommunicationis, vel per iudicem secularem, per arrestationem personæ, vel pignorum suorum captionem, vel pęnę pecuniariæ impositionem, vel alias pœnas arbitrarias. Tamen si reus post iuramentum veritatis, vel calumniæ præstitum iussus à iudice respondere non respondet, & si contumaciter recedere haberetur pro confesso, vt c. 2. de confes. lib. 6. Tamen positioni negatiuæ non tenetur respondere, nisi æquitate suadente iudex eam duceret admittendum. vt c. 1. de confes. lib. 6. quia qui negat nihil ponit. & ideo negatiua positio vix potest probari. ideo dicit in c. veniens. extra de verbo. signific. ꝙ plus creditur duobus testibus idoneis concordibus super affirmatiua, quàm centum super negatiua, quia negantis factū nulla est directa probatio per rerum naturam. in c. quoniam contra. de probat. in princ. & in c. bonæ. j. de elect. vltra medium.

De admissione articulorum, & productione testium. 8

Deinde actor admittitur ad probandū suos articulos & positiones sibi negatas per reum, & tunc potest producere parte absente vel ea vocata & aduersa præsente in eius contumaciam testes vel instrumenta, & citantur testes & citati producuntur per ipsum actorem, & recipiuntur per iudicem & iurati debent deponere veritatem, quam sciunt, seu nouerint in ipsa causa, & non debent venire spontanei, seu voluntarij, sed rogati vt autent. Rogati. C. de testibus. quia tunc se ingererent & essent suspecti. l. Quia omnia. ff. de procura. vbi dicitur quòd qui se ingerit, suspectus est, siue sit procurator siue testis, & eis obijceretur per reum, seu alium contra quem producerentur, quia non debet eis dari fides, & debent citari, & si non comparuerint in prima citatione, debent excommunicari pro contumacia, & interim citari totiens quousque compareant, quia alias iudicium redderetur in inuitum. l. inter stipulantem. §. socia. ff. de ver. ob. ad hoc si quis in ius vo. non ie. l. 1. Si autem essent nobiles vel egregię personę aut infirmi vel mulieres quæ non debent vocari in iudicio nec ibi venire, præsertim religiosi vel captiui, iudex vadat vel mittat ad tales. ff. de iureiuran. l. ad personas. & c. 2. de iudi. lib. 6. c. si qui testium. extra de testi. & in domo talium personarum recipitur iuramentum tale. In Francia tamen ecclesiasticus iudex impetrare solet territorium à curia regia, vel eius officiario ad hoc faciendum, quia rex prætendit ꝙ iudex ecclesiasticus extra loca sacra vel religiosa nullam iurisdictionē exercere potest. Successiuè quando testes sunt producti, & iurauerunt ad quę facienda dantur tres dilationes, scilicet, prima, secunda, tertia, & interdum cum solemnitate quarta. c. vltra tertiam. extra de testi. §. quando pars quæ testes vult producere in quarta dilatione iurare vult ꝙ in alijs primis dilationibus testes quos nunc producere intendit, habere nequiuit: quia forsan erant extra patriam vel quia nesciebatur ꝙ scirent aliquid in causa ipsa. Et est ratio quare dantur quatuor dilationes ad testes producendum ne pereant copiæ probationum ipsi parti. ad quod iudex debet aduertere. vt l. current. ff. de testi. & c. quoniam frequenter. in prin. extra vt lite non conte. & quia interdum testes difficulter haberi, vel quia partem aduersam timent contra quam debent produci & dubitant incurrere damnum, & periculum vel odium: quia veritas probata odium interdum parit vt dicit Scriptura. Et interdum iurant si reus hoc requirat, ꝙ dicent veritatem pro vtraque parte quam nouerint in tota causa, & tunc si dicant pro reo non poterit ipse reus tales testes impugnare c. præsentium. extra de testi. vel contra eorum personas aliquid obijcere quia videtur approbasse, & ideo nūquam potest eos impugnare, ibidem tamē bene posset obijcere contra eorum dicta, & depositiones si vellet, & materiam haberet sufficientem.

De interrogatorijs dandis & formandis. 9

Testibus autem vt præfertur productis & iuratis assignatur terminus per iudicem parti reæ contra quam sunt producti ad dandum interrogatoria super quibus testes ipsi

examinentur, interrogentur, & in curia solet assignari ad diem productionis & diē sequentem vt dentur generalia, scilicet quod si testes contra eum aliquid deponere videantur quòd interrogentur de causa, & modo sciendi, & an viderint ea de quibus deponunt vel audierint & à quibus personis & de circumstantibus, vt c. cum causam extra de testi. vt possit sciri, vel perpendi si sunt instructi vel subornati per sensum corporis, vt si dicat, quod vinum erat dulce & dicat causam quia sic vidit vel tetigit vel audiuit, nihil valet: quia per solum gustum sapor apprehenditur, & sic de similibus. Si autem vult reus dare interrogatoria specialia debet petere quod actor specificet & designet articulos super quibus vult suos testes facere examinari, & hoc facere debet si per reum requiratur, seu per iudicem vel notarium, & tūc de illis datur copia reo, & secundùm illam specificationem formabit interrogatoria sua, & communiter in omni causa dantur Interrogatoria supradicta generalia & etiam sequentia, scilicet si testis sit de consanguinitate seu affinitate vel similia partis producentis. Item an fuerit doctus, instructus vel subornatus seu auisatus per dictam partem ipsum producentem vt sic deponeret vt deponit. Item an habeat partem seu interesse aliquod in ipsa causa in qua deponit vel speret quid habere de ea directè vel indirectè. Item si vellet partē per quam producitur victoriam obtinere in causa: vel quam partē mallet in dicta causa triūphare. An sit criminosus non debet interrogari, & si interrogetur, non debet respondere, quia nemo tenetur se prodere siue diffamare. c. cum tibi dico, de pæ. dist. 1. nec sibimet laqueum parare, tamen si semetipsum criminosum dixerit, expellitur.

De tractatione interrogatorium datorum. 10

Item interrogationibus sic per reum datis, si actor hoc requirat, quod est sibi tutum, debet requirere à iudice dicendo sic, Domine iudex mihi pro parte aduersa data sunt interrogatoria, peto per vos retractari & resecari superflua, quod iudex debet facere præsertim per partem requisitus, & etiam ex suo officio, quia sicut articulus siue positio impertinens & non releuans partem dantem repellitur & à processu reijcitur, vt in c. cum cōtingat, in si de offi deleg & l. ad probationem. C. de proba. Interrogatorium superfluum debet etiam resecari per iudicem, quia interdū pars contra quam testes producuntur, dat interrogatoria impertinentia ad causam: puta interrogetur testis si sol est calidus, si Deus est iustus & similia; formam autem interrogatoriū vide in c. 1. de testi. lib. 6. in glos. posita super verbo interrogata. Iudex vel notarius examinans debet interrogare testem in prædictis generalibus postquam præmissa sunt data & facta iudex, ipsemet audit & examinat testes seorsum, idest, vnum post alium & separatim ad instar testium productorum contra Susannam, Danielis 14. & ponit glos. quarta in ca. 2. extra de testi. & per se iudex debet eos examinare in causa criminali vbi agitur de statu hominis, in autent. apud eloquentissimum. C. de fide instrum. & c. 2. de iudi. lib. 6. In alijs autem causis ipsorum testium examinationē committit notario causæ, vel interdum alicui speciali commissario, vt in d. c. 2. de iudi. li. 6.

De admissione rei pro defensionibus dandis. 11

Ipsis autem omnibus testibus auditis & eorum depositionibus per notariū causæ & scribam in scriptis redactis vel ante, petit reus se admitti ad dandū suas defensiones, quia quando testes actoris essent publicè nec ipsemet nec actor super eisdem articulis, vel in eis inclusis vel alijs de directo contrarijs propter periculum subornatis vel eosdem vel alios testes producere possent in prima vel secunda instantijs, vt in c. fraternitatis, extra de testi. nec in causa appellationis, vt in cle. testis. eo. ti. saltem in foro ecclesiastico. Et ideo tutius est reo dare defensiones ante testium publicationem. Et hoc admittitur vt eas det sicut vult longas, vel breues ad elidendum, & eneruandum intentionem actoris, puta si solutio vel pactum de non petendo vel committendo vel aliàs prout sibi competunt & occurrunt iu scriptis vel verbo, & petat eis responderi per actorem qui eis respondere debet, primò simpliciter, deinde medio iuramento sicut supra dictum est de articulis actoris, & deinde nisi reueletur per confessionem & responsionem actoris, admittitur reus ad illas probandum per testes. Et alia scilicet instrumenta cedulas confesiones & alia similia. Et seruatur modus & ordo in testium huiusmodi productione sicut supradictum est de probationibus articulorum actoris.

De duplicatione depositionum testium. 12

Testibus igitur sic productis examinatis & eorum depositionibus in scriptis redactis petitur

citur hinc inde publicari & iudex partibus hoc volentibus habet pro publicatis i. quod vult dicta testium & depositiones quæ erant secreta sibi & notario causæ qui eos examinauit nunc fore nota & publica ipsis ambabus partibus actori, vt videat si probauit intentionem, & reo vt videat si probauit actor contra eum suam intentionem, & etiam testium rei vt videat actor si reus probauit suam intentionem.

De modo excipiendi contra personas & dicta testium. 13

Deinde ibidem conceditur copia dictorum testium ipsis partibus, & admittuntur ad obijciendum contra personas testium, scilicet excommunicationem, periurium, infamiam, parentelam, affinitatem, familiaritatem cum parte producente, vel crimina & delicta contra testes & per ipsos commissa, vel quod non fuerunt citati vel iurati & similia, vt eo. tit. c. ex parte. & c. testium. & c. ex litteris. extra de testi. vel contra eorum dicta & depositiones: vtpute quia sunt sibi inuicem contrarij, vel sunt singulares in suis dictis auditu dicti alieni quod non probat regulariter nisi ad probandum gradum cõsanguinitatis in causa matrimoniali: in qua probat vt in c. licèt ex quadam. extra de testi. vel quia deposuerint extra articulum, vel non interrogati iuxta interrogatoria data per partem aduersam, quanquam fuerãt producti, vt c. cũ clamor. & c. per tuas. extra de iudi. vel extra dilationes, vel die feriata etiam festiua, dum tamen fuerant producti die iuridica. Facit finis clemẽtinarum vbi est festum omnium sanctorum.

Modus respondendi exceptionibus prædictis. 14

Quibus obiectionibus datis per reum contra testes per actorem productos: & econtra petitur responderi ex aduerso: & responsione facta simpliciter: quia est de facto alieno hic non agitur: respondetur medio iuramẽto quia est de facto alieno, scilicet tertij vbi cadit probabilis ignorantia: quia factum alieni præsertim tertij potest quis verisimiliter ignorare: & si fuerint negatæ tales obiectiones, est opus quòd fuerint bene specificatæ de loco & loco loci & tempore & circunstantijs alijs; alias debet repelli ne nimiũ pergeret in præiudicium aduersarij ad probandum tales obiectiones nisi ex causa rationabili sibi darentur duæ vel tres dilationes si in prima facta diligentia debita testes suos non potuisset habere. quia ista est materia odiosa, & ideo restringenda. vt al leg. c. præsentium. de testi. lib. 6. & facit regula, odia. de reg. iur. eo. li. Et sicut de obiectionibus testium actoris sic fiendum est, & dici potest de testibus rei; & ipse actor potest repellere testes productos contra suos testes, & non econuerso: & non fit per reum alia probatio per cap. licèt. de testi. vnde versus. Quod probo tu reprobas, & ego reprobo reprobandum. Non poteris testes tu reprobare meos. In testis testem, & in hunc, sed non datur vltra. Et est ratio vt litium sit finis & ne sit processus infinitus qui reprobatur à iure. vt c. 2. de rescr. lib. 6.

De productione iurium. 15

Præmissis autem vt præmittitur factis, actor producit alia iura sua: vt sunt bullæ autenticæ vel processus in causis beneficialibus instrumenta cedulas vel alia iura de archiuis antiquis extracta, & alia documenta in scriptis seu alia probationum genera quæ sunt multa collecta per glo quæ incipit, omnino quatuor. in fin. in c. cum ad sedem. extra de resti. spo. & notanda addit ibidem multa & per Specu. eo. ti. §. fi. & c. ij extra de præsum.

De impugnatione iurium. 16

Deinde citatur aduersarius si sit præsens in iudicio vel eius procurator: per iudicem sibi assignatur terminus ad comparendum & ad dicendum contra dicta iura, & tunc potest talia producta impugnare ex falsitate vel ex defectu, vt quia non habuerunt locum vel locum loci vel tempus, vel annum, indictionem, mensem, diem, nomen principis regnantis & testes vel subscriptionem vel quod ille qui ea scripsit vel signauit, cessat esse notarius publicus vel fuit de crimine condemnatus, & officium notariatus est sibi interdictum ad tempus vel perpetuò seu sibi inhibitum vel quia fuit repertum territotium illius qui talem notarium creauit ad hoc. c. Romana. §. penu. de de for. comp. li. 6. vel potest obijcere quòd continent falsum, quia die contenta in instrumento vel cedula ipse reus erat alibi in alio loco diuerso. & distanti ab illo expresso in instrumento, & ita probatur, vel directè falsitas dicti instrumenti, vt l. optimam ff de contrahen. & commit. stip. c. ex litteris. extra de testi. Et est ratio quia vnum corpus naturaliter eodem tempore non potest esse in duobus locis diuersis: vt dicunt philosophus & natura-

 les,

les, sic etiam per indirectum probari potest negatiua, vt c. super hoc. extra de re. permu. vt si quis vellet probare ꝙ non resignauit beneficium sponte eo ipso ꝙ probat ꝙ fuit compulsus, & hoc probatur vel sit coactus, vel inductus per metum vel aliàs.

De saluatione iurium. 17

Post hęc autem actor admittitur ad saluandum & sustinendum sua producta, & iura contra impugnationes rei: quia saluatio repellet impugnationem, seu obiectionem rei, sicut exceptio repellit actorem, & replicatio exceptionem, & duplicatio replicationem, & c. vt inst. de repl. §. 1.

De conclusione causæ. 18

Deinde post permissa sic facta, si partes hoc requirant, & idem si actor vel reus solus requirat, & aduersarius non allegat causam iustam quare fieri non debet, renunciatur & concluditur in causa quod importat ꝙ ipsæ partes renunciant vlterioribus probationibus facti, quia nil amplius possunt producere quod continet factum, ad hoc. c. cum dilectus. extra de fi. de instru. & c. 2. de resti. in integr. lib. 6. & clem. sæpe. de verb. signifi.

De informationibus iudicum. 19

Post conclusionem autem ipsæ partes & earum quælibet possunt dare instructiones iudici, & allegationes iuris ad partem quæ non scribentur in processu. Sed pro auisamento iudicis, seu ad ipsum releuandum, & illuminandum, & hoc multum prodest præsertim in iudicibus non iuristis vel peritis. Et fiunt huiusmodi informationes secundum casum facti vel iuribus productis, aut aliàs iuxta statum & merita causæ.

De sententijs ferendis. 20

Post hæc iudex videat vel faciat videri processum totum & diligenter visitari & videri si sit correctus, & etiam probationes quæ omnia debent esse correcta, & benè ordinata per notarium causæ & processus rubricatus in marginibus. Quibus omnibus visis & diligenter inspectis facit iudex relationem dicti processus suo consilio aut suis assessoribus, vel si ipse non viderit per se, facit fieri relationem vel reportet coram se & suo consilio de toto processu, & habita matura deliberatione cum eisdem apunctatur & concordatur sententia diffinitiua vel interlocutoria, & scribatur deinde partibus vocatis & citatis, seu aliàs per iudicem ad hoc assignatis sententia proferatur & per iudicem sedentem si esset diffinitiua in scriptis aliàs est nulla, vt c. fin. de re. iud. lib. 6. Secus in interlocutoria, quia illa potest dari verbo sine scriptis, & à iudice stante vel sedēte nisi iudex esset Episcopus vel persona illustris, quæ personę possunt facere dare sententiam etiam diffinitiuam per commissarium, vt ibidem vel facere eam legi in sui præsentia per notarium causæ.

De appellatione interponenda. 21

Quâ sententia lata potest appellari ab eadē illico & viua voce dicendo. Ab hac sententia vestra tanquam iniqua appello, & peto apostolos mihi dari qui semper debent dari reuerentiales dimissorij quando appellatur à diffinitiua sententia, quia iudex debet velle ꝙ si malè iudicauerit ꝙ alius superior talem sententiam corrigat & emendet, nè pars condemnata læsa maneat in periculo animæ ipsius iudicis. Potest etiā appellari infra decē dies qui currunt de momento ad momentum ab illa hora quâ sententia lata est, vt c. quò ad consultationem. extra de re iudi. & tunc tenetur appellare in scriptis, aliàs appellatio esset nulla, vt c. cordi. de appell. lib. 6. & petere in fine appellationis apostolos reuerentiales vel dimissorios à diffinitiua. Sed quando appellatur à grauamine vel ab interlocutoria, tunc potest dare refutatorios, & iustificare suum processum vt superior informetur legitimè de eodem, interim proceditur in causa vlterius quando dedit refutatorios donec fuerit inhibitus per superiorem ad quem appellatur. c. super eo. extra de app. & post non posset. Sed quando est inhibitus si faceret ante omnia, reuocarentur tanquam attentata & innouata, vt c. non solùm. de appel. lib 6. & ff. nil inno. appel. penden. in ru. & nigro. Et hæc sufficiant de prima instantia. Vnde possunt esse tres instantiæ in vna causa. s. prima, secunda & tertia, & tres sententiæ antequam possit executioni demandari si fuerit appellatum à prima & secunda sententia: quia à tertia appellari non potest.

De executione sententiarum. 22

Et ita in eadem causa tres possunt esse instantiæ & tres sententiæ diffinitiuæ vel interlocutorię & duæ appellationes etiam super eodem articulo, quia à tertia sententia non potest nec licēt appellari. cap. directè. extra de appel. & c. sua nobis, & hoc est verum ꝙ potest

test bis appellari nisi primo transiuerit in rem iudicatam, vel nisi pars condemnata eidem acquieuit vel eam acceptauit vel expresse appellationi renunciauit factæ iam vel fiendæ antequam appellaret, quòd fieri potest per l. si. C. de temp. ap. §. fi. & ex glo. fi. de arbi. c. cum dilectus. & modis prędictis renunciatur idem expresse, potest etiam eidem per appellantem renunciari tacitè, & quia non appellatur infra decem dies qui currunt de momento ad momentum à tempore sententiæ, vel quia non appellat principalis vel eius procurator, vel quia non habebat talis appellans potestatem appellandi. c. non solum. 2. q. 5. c. cum inter extra. de elect. vel quia non est in scriptis ab interlocutoria vel diffinitiua quando appellat ex interuallo, vel quia non petijt apostolos sibi dari, vel quia licèt eos petierit non comparuit in termino sibi præfixo per iudicē à quo ad ipsos recipiendum c. quamuis rigor. de appel. in cle. vel quia, licèt appellauerit in absentia iudicis non intimauit iudici appellationē suam infra triginta dies c. ab eodem, de appel. lib. 6. vel quia post appellationem appellans comparet coram iudice à quo appellauit. c. gratum, de off. dele. & c. cum venisset de testi. vel quia non exprimit iustam causam grauaminis in sua appellatione, talem videlicet quę si vera esset legitima deberet reputari, vt in c. vt debitus, de appel. & c. Romana. eo tit. lib. 6. §. 2. per discursum tex. vel si infra terminum per iudicem a quo sibi appellanti præfixum in suis apostolis quando dat apostolos reuerentiales vel remissorios ad iter arripiendum, non obedit iuxta dictum terminum, vel quia infra terminum sibi præfixum non introduxit, seu reuelauit suam appellationem coram iudice ad quem. c. geminus, & c. suggestum, & c. personas. & c. cum sit Rom. extra de appellat. vel quia infra tempus iuris, videlicet infra annum, vel ex causa impedimenti sibi dati infra primum annum & infra primum fatale infra annum secundum non fuit prosecutus nec finiuit suam appellationem, quæ summopere & diligenter est prosequenda, vt c. cum sit Rom. & c. excommunicationis. extra de appel. vbi verò modis prædictis vel alijs in iure expressis canonico vel ciuili renunciatum fuerit appellationi, tunc sententia diffinitiua, & etiam interlocutoria transit in rem iudicatam. c. cū personas, & c. cum sit Romana. supra alleg. & tunc potest & debet executioni demandari. Similiter quando nullo modo fuit appellatū, vel etiam si fuerit appellatum, sed appellationi expresse renunciatum fuit, & tunc reus nihil potest obijcere quin sententia contra eum exequatur per communia iura; quia parum esset sententiam ferre nisi executioni demandaretur, vt c. cum personas. c. cum sit Romana. & c. comprehensibilis, extra de ap. & de executione rei iudicatæ. lib. 6. per to. titu. Si autem fuerit renunciatum dictæ appellationi factæ ex modis prædictis aliquo, & tunc antequam decernatur executio contra reum condemnatum de mandato iudicis à quo citari debet ipse condemnatus ad faciendum fidem de diligentia prosecutionis appellationis per eum emissæ vel continebit dicta citatio quòd compareat facturus fidem si & qualiter fuit prosecutus suam appellationem cum intimatione quòd aliàs procedetur ad executionem sententiæ contra eum latæ, quia tunc in termino præfixo si non comparet talis condemnatus seu alius prò eo, vel si comparet, & nō doceat sufficienter de diligentia prosecutionis suæ appellationis per quam apparet appellationem adhuc pendere & non esse desertam, decernetur tunc & concedetur executio contra eum, quia per forum ecclesiasticum monebitur purè & simpliciter vt infra 8. vel 10. dies soluat actori summam in qua fuit condemnatus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ nec apponetur clausula, nisi causam, & c. ex quo est iudicatum vel taxatum quæ ponitur in monitionibus, quæ non descendunt ex iudicato, condemnato, vel taxato, & si hoc petatur in primo termino talis monitio resoluitur & reducitur in vim simplicis citationis, aliàs importat grauamen & posset appellari secundum collecta, in c. personas, extra de appel. tamen poterit prius citari ipse reus si fuerit condemnatus in expensis sicut in principio ad videndum taxari expensas factas in ipsa causa cum intimatione quòd si non compareat, taxabuntur per curiam, & ita fiet iuxta intimata. Si verò compareat & aliquid dicat vel excipiat petendo moderari expensas, super hoc auditur & etiam actor obtinebit in contrarium. & demum taxabuntur quando fuerint datæ & specificatæ per actorem arbitrio iudicis, quibus taxatis iurabit actor quòd tantùm vel plus exposuit vel est expositurus in ea & pro ipsa causa, & si minus vel excessiuè taxarentur, posset appellare reus ab excessiua taxatione ad iudicem superiorem, qui si appellationem ipsam prosequatur, forsan taxationē ipsam confirmabit vel moderabit, & adhuc secundo posset appellari. Deinde cum talis taxatio in rem transiuerit iudicatam, tunc super principali & expensarum taxatione concederetur actori executio, & fiet de facto contra reum per monitionem sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, & si infra terminum sibi reo præfixum non satisfecerit actori de

princi-

principali & de expẽsis aggrauabitur, & deinde littera contra participantes concedetur, & deinde bis contra eos denunciabitur, & deinde portabitur tertia si fuerit opus secundùm stilum curiæ talis & dicatur psalmus. Deus laudem meam ne tacueris, &c. ante domum eius diebus festiuis, & contra ostium proijciantur lapides in signum maledictionis æternæ, vel secundum stilum aliarum curiarum post tertiam litteram inuocabitur brachium seculare & requiritur quod bona talis capiantur & vendantur vsque ad summam talis debiti per sententiam declarati, vel si erat obligatus carceri, & non competunt neque sufficiunt bona sua donec soluerit. Auinione & in multis alijs locis & dicitur in littera requisitionis quando inuocatur brachium seculare clausula hæc post narrationem eorum quæ facta sunt dicetur, cum ecclesia non habeat quid vltra faciat, & ne talis excommunicatus sit, &c. Iuxta cap. cum non ab homine, extra de iud. Et si non fuerit talis inuocatio brachij secularis sicut non fit in partibus Tholosanis si talis reus excommunicatus, condemnatus, & aggrauatus vel simpliciter excommunicatus sustineat animo indurato, talem excommunicationem per annum post citabitur personaliter per ordinarium ecclesiasticum vel inquisitorem hæreticæ prauitatis compariturus coram eo tanquam suspectus de fide, & est locus præuentioni inter episcopum vel eius officialem & inquisitorem, cum episcopus sit inquisitor in sua diœce. Inquisitor verò est generalis super prouincijs, & in negligentia ordinarii potest tales excommunicatos tanquã criminales hæreticos & suspectos de fide citare, & coram se personaliter vocare, & ita conseruatur communis stilus, & practica primatum per iura communia. de hæret. extra in 6. & in cle. & si talis citatus non comparet coram eo qui eum mandauit & citari fecit, & staret contumax sic per annum post posset condemnari tanquam hæreticus. c. cum cõtumax. de hæretic. lib. 6. vt si episcopus vel officialis præuenisset inquisitorem in citando, ipse inquisitor de hoc certificatus non debet se intromittere amplius, & ita communiter seruatur, vnde potest etiam decerni & fieri executio sententiæ latæ contra reum de & super negocio principali omissa taxatione expensarum. Et demum facta & completa executione super principali siue fuerit actum actione reali vel personali, tunc poterit fieri taxatio & executio super expensis taxatis ante successiuè & separatim. Iudex autem secularis exequi potest & consueuit sententiam suam vnicã quæ in rem transiuit iudicatam vel quando latæ sunt tres conformes, quia tunc non potest plus appellari cle. vt calumnijs de re iudi. nam si fuerit actum actione reali, mandat & facit poni actorem victorem in possessione rei immobilis sibi adiudicatæ, & si fuerit res mobilis puta, equus, liber & similia facit talem rem tradi ipsi actori per viam facti persemetipsum vel alium executorem ad hoc per eum deputatum. Si verò fuerit actum actione personali puta super aliqua summa pecuniæ vel simili, & tunc præcipit reo condemnato vt soluat realiter ipsi actori victori summam infra certum terminum quo elapso facit capi & vendi de eius bonis, primò mobilibus si sufficiant, alioquin de immobilibus vsque ad dictã summam in qua fuit condemnatus. Deinde verò venitur ad nomina ad debita eius, iuxta l. à diuo pio. ff. de re iudi. & pro principali & expensis, & si reus talis non haberet bona posset deduci in arresto seu carcere, & tamdiu ibi detineri donec soluerit, præsertim cum erat obligatus carceri seu arrestationi personæ suæ. Et sic est finis talis litis & causæ, qui quàm breuius potest fieri, in litibus imponi debet, nam ad hoc laborant ferè omnia iura.

De Apostolis. 23

Et quia est facta mentio de Apostolis: est sciendũ quòd apostoli sunt responsiones quas facit iudex à quo fuit appellatum ipsi appellanti, & sunt triplices: quidam sunt reuerentiales qui communiter dantur à diffinitiua per hæc verba & similia. Ob reuerentiam sedis Apostolicæ vel superioris mei ad quem appellatur admitto vestram appellationẽ vel defero vestræ appellationi, & assigno vobis certum terminum 10. vel 15. dierum si in partibus appellatur vel triũ aut quatuor mensium quando appellatur ad curiam Romã quando est vltra montes: alij sunt dimissorij & illi dãtur interdum à diffinitiua interdum ab interlocutoria quando iudex à quo etiam defert appellationi & remittit causam ipsam iudici superiori ad quem est appellatum, & sic abdicat iurisdictionem, & tunc non potest se amplius intromittere nisi superior eandem causam sibi remitteret. c. cum apparatus. de appel. li. 6. & respõdet seu dat apostolos per hæc verba. Defero appellationi vestræ vel admitto appellationem vestram vel remitto causam istam meo superiori vel nolo me amplius intromittere de hac causa, vel sic & inconueniẽs non credo vos in aliquo grauasse & ideo defero vestræ appellationi prætensæ nisi in quãtum superior ad quem est appellatum duxerit admittendum inquantum à iure ei fuerit

deferen-

deferendum; hanc responsionem pro debitis apostolis vobis faciendo, per tales apostolos abdicat à se iurisdictionem, quia remittit cognitionem appellationis iudici ad quem, & ideo si ex post procedit totum nullum est, & sic vidi iudicari, & dando istos apostolos reuerentiales potest assignare terminum appellanti ad iter arripiendum vel ad se superiori iudici præsentãdum vel appellationem introducendum seu reuelandum vel eam prosequẽdum si appellans non obedit, renunciat appellationi. Sed ad finiendum causam non potest præfigere terminum: quia id non est in potestate appellantis. c. ex intimatione. de appel. Alij sunt apostoli refutatorij, scilicet, quando iudex à quo refutat appellationem vel eam non admittit: quod fit sæpe quando appellatur ab interlocutoria, & tunc potest procedere do nec fuerit inhibitus: quia si inhibitus esset non plus procederet: quod si faceret per iudicem ad quem fuit appellatum ante omnia, & velo eleuato constito tamen de processu si fuerit petitum per appellantem reuocabitur tanquam attentatum seu innouatum antequam cognoscatur de valore appellationis propter spretum iudicis à quo: qui contempsit iudicem ad quem, licèt fuerit inhibitus, vt c. non solum. de app. lib. 6. etiã posito quod appellatio postmodum reperiatur friuola vel iniusta vel nulla: vt ibi tenet gl. & hoc est propter bonum obedientiæ quam debet iudex superiori suo. c. omnis anima. de senten. excom. tunc quando dat refutatorios non assignat appellanti terminum ad procedendum, nec aliud nisi ad procedendum in causa principali coram se vnde debet etiam aduertere iudex à quo fuit appellatum quod ex quo sunt petiti apostoli quod non procedat donec eos dederit: quia facta interim essent nulla. vt c. ab eo. de appell. & appellans tenetur dare veram & correctam copiam suæ appellationis iudici à quo, vt supra eam possit deliberare quos & quales apostolos debeat dare & expensis ipsius appellantis secundùm communem vsum de doctrina siue practica, vnde quando appellans comparuit in termino sibi præfixo per iudicem à quo ad recipiendum apostolos coram eo semel eos paratus recipere, si tunc sibi non dantur non tenetur amplius corã eo comparere, sed potest prosequi suam appellationem, vt patet in glo. in c. quamuis rigor. de app. in cle. & debet peti sæpe & sæpius & instanter seu cum instantia multiplicata, & vno contextu vt ea. clem. in principio.

Sequitur secunda instantia, scilicet quando fuit appellatum à diffinitiua vel ab interlocutoria iudicis & legitimè nec fuit renunciatum appellationi expressè nec tacitè. & primo in Romana curia.

Primo sciendum est quòd quando appellatum fuit ab interlocutoria siue grauamine in Romana curia proceditur sic, quia sunt tres citationes & tenentur tres termini antequàm iudex ad quem possit inhibere iudici à quo: Primus ad dicendum contra commissionem: quia illi iudices curiæ Romanę censentur delegati non ordinarij: quia non dantur nisi per commissionem specialem quam signat interdum Papa, & communiter vicecancellarius aut prælatus alius ad hoc specialiter deputatus; Quo termino tento si nihil dicatur contra commissionem, citatur iterum appellatus ad dicendum contra appellationem ad idem. & si nihil contra eam dicat, citatur iterum ad impugnandum & iustificandum, impugnandum, scilicet appellationem per appellatum, & iustificandum processum, & econtra per appellãtem; quia appellatus tenetur iustificare processum iudicis à quo, vt l. qui ad ciuilia. C. de appel. quibus tentis, in quarto termino concedit iudex ad quem inhibitionem contra iudicem à quo & non ante nec vltra procedat instantia appellante & parte aduersa ad hoc vocata. Post hoc cognoscit iudex ad quem de valore & virtute appellationis an fuit benè vel malè appellatum, & tunc aut pronunciat malè fuisse processum & benè appellatum & retinet causam principalem coram se condemnando appellatum in expensis factis per appellantem in prosecutione causæ appellationis huiusmodi; aut pronunciat malè & indebitè fuisse appellatum & benè processum, & causam principalem remittit iudici à quo fuit appellatum condemnando appellantem in expensis factis per appellatum, & has taxat, & compellit eum ad eas soluendum. Et ita vidi ad vnguem seruari in palatio apostolico.

Secundò in curijs inferioribus. 25

In alijs autem curijs inferioribus, scilicet, metropolitanis, &c. Introducta appellatione per appellantem vel eius procuratorem coram iudice appellationis. Si appellatio contineat causas grauaminis, idest causas tales quæ si veræ essent, deberẽt legitimæ reputari; & talis appellatio recipitur: & tunc conceditur citatio appellanti contra appellatum cum narratione contentorum in appellatione, cum intimatione

timatione: quod si nō compareat nihilominus procedetur in ea iuxta priuilegium causarum appellationum: sic iudex à quo potest procedere vsque ad inhibitionem & ante obseruationem dictorum trium terminorum iudex ad quem nō potest inhiberi nisi iudex ad quem, aliàs esset ordinarius ipsarum partium & posset adiri per simplicem querelam, sicut est, si appelletur à decano præposito vel Archidiacono ad Episcopum vel ad Papā: vel eius delegatum, quia tunc talem clausulam iudex potest licitè apponere, quia non est metropolitanus qui non potest adiri per subditos suffraganeorum nisi per remedium appellationis. c. Romana. de for. compe. & c. Romana. de appel. lib. 6. quorum iurisdictionem non habet turbare vel absoluere nisi inquantum de iure & consuetudine legitima & præscripta sibi permittitur; vt c. supra allegato, attamen posito quod non fuerit iudex à quo inhibitus est procedere & processit, ac appellatio postmodum pronuncietur legitima totum id quod fecerit post appellationem sibi intimatam reuocabitur per iudicem ad quem. Secus si non fuerit appellatio legitima c. non solùm. in fin. de appel. in 6. nisi fuisset inhibitum vt dictū est, quia tunc venisset per modum attentati reuocandum. Et in tali termino præfixo ipsi appellato ipse potest dicere contra appellationem ea quæ sibi competunt de iure, scilicet quod non fuit appellatum infra 10. dies à tempore ordinato vel sententiæ latæ, vel quod nō fuit appellatum per principalem, vel ille qui appellauit cessabat esse legitimus procurator eius, vel quia nondum constitutus, nec tunc erat vel fuerat reuocatus expresse vel tacitè iuxta c. si quàm. de procu. li. 6. vel quia inhibitus fuit appellare, & similia; vel quia appellans acquieuit sententiæ vel eam acceptauit vel eidem tacitè vel expresse renunciauit, puta comparendo post appellationem coram iudice à quo, vel quia non petijt apostolos, vel si petijt non comparuit, vel quia non in scriptis ab interlocutoria vel etiam à diffinitiua quando interponitur ex interuallo, vel quia appellatio interposita est ante grauamen illatum, vel quia non continet grauamen. Hæc & similia possunt allegari contra appellationem quæ nota per Ioan. An. in c. 1. de app. in sexto. in nouella super verbo, reputabitur non appellans. Et concludendo dicit quòd non debet admitti talis appellatio per iudicem ad quem, sed refutari per eundem, & cum ipsa principali remitti iudici à quo, & appellans in expensis condemnari.

Et si iudex ad quem recusaret dare terminum appellato vel audire eum super istas causas, grauaret eum & posset appellari ab eo ad suum superiorem; puta ad metropolitanum vel ad Papam; quia faceret contra iura, & tolleretur beneficium iuris appellato contra regulam indultum. de reg. iur. in 6. Illo autem termino seruato si appellatus nihil excipiat contra talem appellationem, iudex ad quem eam admittit & recipit ac retinet tanquam emissam ex causa vel ex causis probabilibus licitis iuridicis & legitimis, & concedit appellanti inhibitionem contra iudicem à quo generalem in tota causa: & tunc licitè potest concedere; & claudit seu ligat manus iurisdictionis iudicis à quo donec fuerit pronunciatum super articulo dictæ appellationis, & tūc admittitur appellans ad probandam veritatem suorum grauaminum in sua appellatione expressorum. Sed sufficit quod licet sint in appellatione expressa quod vnum probet c. exhibita. de indic. c. significauit. de ap. vbi tex. quod ab interlocutoria vel grauamine appellatio interiecta non potest iustificari nisi per processum iudicis à quo. & habet tres terminos, seu dilationes ad habendum processum, & faciendum fidem de grauaminibus. Et præmissis factis iudex ipse ad quem pronunciabit super articulo dictæ appellationis vno de duobus modis, vel primo pro appellato, scilicet, fuisse malè appellatum per appellātem ipsam totam causam remittendo iudici à quo condemnando ipsum appellantem in expensis per appellatum in ipsa causa legitimè factis, taxationem ipsarum sibi & curiæ suæ reseruando: quas postea taxabit declaratas per appellatū, & appellantem compellet per remedia iuris ad ipsas appellato soluendum. Vel pronunciabit pro appellante, scilicet, benè & legitimè fuisse appellatum per appellantem & malè processum seu ordinatū per iudicem à quo causam principalem penes se & curiam suam retinendo, & appellatum in expensis in huiusmodi causa appellationis per appellātem factis condemnando: vt supra proximè. Et tunc procedit in causa seu negotio principali, & eam recipiet in statu in quo remansit coram iudice à quò fuerat appellatum: vt c. significauit. de testi. & eam continuabit vsque ad sententiam inclusiuè, & facit omnia illa quæ iudex à quo erat facturus si non grauasset, quia iudex ad quem in eius locum succedit culpa iudicis primi à quo, qui grauauit. c. dilectæ. de except.

Et hæc sufficiant pro nunc quādo appellatur ab interlocutoria vel grauamine in iudicio.

De appellatione extraiudiciali à grauamine. 26

Interdum autem appellatur extra iudicium ab aliquo etiam grauamine. c. cum sit Romana. extra de app. & in tali appellatione coram iudice ad quem introducta vocato, idest, citato contra quem fuit appellatum, & procedatur sicut in alijs causis in quibus non fuerat appellatũ ordine iudiciario, seruato sicut supra fuit deductum seriatim, saluò, quòd si post appellationem factam & parti grauanti intimatam in quo processisset seu appellantem grauasset, illud post modum totum attemptatum reuocabitur ac reparabitur & ad pristinum statum reducetur. c. bonæ. supra allegato. vt si post appellationem expoliasset appellantem in sua possessione, reducitur & restituitur per omnia iura communia.

Et iterum ab ordinatione iudicis ad quem appelletur, quod fieri potest in tali secunda instantia procedetur & in tertia sicut supra dictum est, & deductum in secunda instantia nihil addito nihilque remoto : & sufficiant quãdo appellatur à grauamine extraiudiciali.

De appellatione à diffinitiua sententia. 27

Si verò appellatum fuerit à diffinitiua sententia introducta ipsa appellatione coram ipso iudice ad quem, & citato ipso appellato ad procedendum in causa appellationis, statim appellatio in primò termino admittitur per iudicem ad quem, & inhibitio contra iudicem à quo conceditur, qui sibi manus claudit omnino donec sententia sua fuerit confirmata, & pro debita executione fienda sibi remittitur, vel donec sua sententia fuerit confirmata: quia tunc sibi amplius non remittitur, per iudicem ad quem omnino retinetur. Et tunc in illa causa, scilicet, in secunda instantia est procedendum & procedi debet sicut supra fuit & est clarè deductum in prima instantia. Et si iterato à sententia iudicis ad quem appellatur, quod fieri potest in tertia instantia, interdum procedetur sicut factum fuit in prima sicut prius. Sed quia in causa appellationis remissæ à diffinitiua non allegata allegabo, non data dabo, & non producta producam, & non probata probabo. c. fraternitatis. de testi. l. per hanc. C. de tempo. appell.

Et si confirmetur talis sententia diffinitiua primò data, tunc remittitur iudici à quo pro debita executione fienda, eam tamen potest facere de expensis coram eo factis debita taxatione per eum facta præcedente. Et sic est finis totius litis & ordinis iudiciarij causarum spiritualium & temporalium.

Sequitur epilogatio omnium terminorum dilationis ordinis iudiciarij. 28

Dictus autem ordo iudiciarius, & practica communis supra seriatim deducitur, vt melius retineam, potest sic epilogari, & abbreuiari. Nam in iudiciario ordine spiritualium, & secularium causarum multi sunt termini.

Prima citatio idem est quod adornamentum hoc est rei ad iudicium vocatio.

Item verbalis petitio actoris, seu libelli in scriptis oblatio.

Item contra libellum porrectum ipsius rei exceptio seu impugnatio.

Item si non obstet per reum excepta quòd respondeat libello iudicis ordinario.

Item ipsius rei libelli responsio, per quam fit litis contestatio.

Item iuramenti calumniæ per vtramque partem præstatio.

Item positionum & articulorum per actorem contra reum datio.

Item affirmatiua vel negatiua dictis positionibus & articulis simplex rei responsio.

Item eisdem positionibus & articulis cum iuramento per actorẽ facta assertio siue datio.

Item positionibus, & articulis negatis ipsius actoris per iudicem admissio.

Item testium per actorem nominatorum facta productio.

Item ipsorum testium productorum & iuratorum super principali & interrogatorijs datis per reum, si ea dare voluerit siue dederit debita examinatio & interrogatio.

Item defensionem rei ad actoris intentionem elidenda datio.

Item testium rei productio, receptio & admissio.

Item ipsorum testium hincinde publicatio.

Item contra personam & dicta testium hincinde data obiectio.

Item contra obiecta data contra testes rei obiectio, & ipsorum testium saluatio.

Item instrumẽtorum & aliarum scripturarum hincinde productio.

Item contra huiusmodi producta contradictio, & contra solutionem impugnatio.

Item renunciatio, conclusio & deinde sententiæ diffinitiuæ pronunciatio, & finis impositio.

Et interdum à sententia appellatio, aliàs expensa-

pensarum taxatio & omnium iudicatorum finalis executio.

De abbreuiando processum. 29

Verum stilus supradictus qui communiter obseruatur,& obseruari solet est longus & ex malitia litigantium aliquando plus prolongatur,& ideo est aduertendum quod si reus ante litis contestationem confitetur petitionem actoris, illico daretur sibi scilicet, reo,præceptum quod solueret illud quod fuisset confessus gratis & spontè ac pure actori infra.8. vel 10. dies,vel aliàs secundùm stilum curiæ,& secundùm quantitatem confessati. nam in magnis summis datur magna dilatio & in paruis modica,& de isto præcepto iudicis habetur in d. dudum 2. de elect. per Inno.& in l.si debitori. ff. de iudi. in princ. Si autem nolit confiteri sic simpliciter ante litis contestationem, possent sufficere tres vel quatuor actus, scilicet petitio,videlicet actoris. & responsio, scilicet, rei quæ si fuerit affirmatiua, statim posset sequi condemnatio. quia in confessum nullæ sunt partes iudicis nisi in condênando, & tunc sententia est notoria. Si verò fuerit negatiua, & illico probaretur, posset dari sententia diffinitiua,& valet processus secundùm.l.prolatam. C. de sent. & inter.iudi.

Nunc sequuntur termini palatij apostolici Cur.Ro. substantiales consueti seruari in omnibus causis spiritualibus & ciuilibus,qui omnes sunt peremptorij,scilicet, si pars non com pareat semel citata procedetur semper in eius contumaciam ac si præsens esset: quia si omitteretur aliquis vel vnus eorundem terminorum processus iudicaretur nullus, & etiam sententia diffinitiua super tali processu defectuoso ferretur,& ita ad vnguem seruatur in dicta Ro. cur. quod ex processu nullo sequitur sententia nulla.

Ad dicendum contra commissionem, citationem & eius executionem. 30

Primus terminus quòd pars rea citetur ad instantiam partis actoris de mandato iudicis per cursorem in curia: cursor portat virgam argenteam vel baculum,vel per rectorem, seu curatum vel notarium aut nuncium iuratum in partibus citatur ad dicendum contra commissionem actoris,in quo reo comparito si velit copiam citationis & executionis obtinebit diem ad dicendum contra commissionem, citationem & executionem ad primam diem iuridicam in qua dat verbo vel in scriptis illa quæ vult contra commissionẽ, &c. vel contra iudicem, videlicet contra commissionem huiusmodi dicendo allegando quod est impetrata & obtenta tacita veritate & expressa falsitate illa specificando, & si sint pertinẽtia admittitur ad probâdum, quibus probatis interdum pronunciatur commissionem valere, & sic liberabitur reus,vel cõtra iudicem, vt quia est de parentela vel familia seu affinitate partis impetrantis, vel quia dedit consilium in causa ipsa,vel quia inimicus capitalis, & similia,de quibus in c.legitima.de appell.in 6. vbi Ioann.And. enumerat 18. suspiciones ex quibus iudex potest recusari,& si vna ex illis probetur, pronunciabitur super non valore commissionis,& sic liberabitur reus. Si autem nihil dicatur contra commissionem, vel illud quod obijcitur contra eam non probatur,tunc iudex procedet vlterius in principali, & omnes termini assignantur,vt supra dictum est.

Ad libellandum, iurandum de calumnia, articulandum, & dicendum contra articulos. 31

Et primò citatur Reus ad dandum & recipiendum darique & recipi videndum libellum,&c. in quo termino comparens actor per se vel procuratorem in causis spiritualibus vel beneficialibus dat libellum verbo saluo iure dandi facto loco & tempore opportunis. Et reus dicit idem si compareat & nihil datur in scriptis tũc regulariter, deinde obtinetur ibidem à iudice citatio contra reum ad iurandum de calumnia cum capitulis suis ad hoc per iudicem admissis,deinde fit citatio ad ponendum & articulandum in causis spiritualibus olim ad 20. diem hodie ad 12. in ciuilibus verò olim ad 30. hodie ad 15.& in termino assignato dantur positiones & articuli in scriptis,vel si pars non sit parata, tenet illum terminum verbo saluo iure dando facto suis loco & tempore opportunis, & idem facit reus deinde citetur reus ad dicendum contra positiones & articulos ad 8. in profanis, & ad secundam in beneficialibus & in termino præfixo actor accusat contumaciam rei nihil dicentis contra positiones & articulos suos interdum reus dat ibi impugnationes de impertinentia cõtra articulos actoris ex quibus narrat & concludit ipsos esse impertinentes & inefficiales ac non releuantes partem actricem nec præiudicant parti reæ & sic non fore admittendos.

Ad

Ad producendum omnia. 32

Consequenter fit citatio ad producendum omnia & in termino præfixo comparens actor producit bullas & alia documenta in scriptis si habet ea parata, alioquin producit ea verbo saluo iure producendi facto & in scriptis suis loco & tempore opportunis,& idē faciet reus.

Ad dicendum contra producta. 33

Deinde citatur reus ad dicendum contra producta ad 8. in profanis,in beneficialibus ad 2. vt supra in termino accusatur per actorem contumacia rei nihil dicentis contra producta,& infra terminum interdum reus dat impugnationes verbo & in scriptis contra iura partis actricis, scilicet de falsitate vel rasura in loco suspecto vel antidata, & similia, vel contra notarium qui ipsa documenta recepit & signauit,vel differentiæ loci vel datæ, puta anni, mensis, diei seu Pontificatus, & similia, vel de contrarietate,iuxta cap. imputari.de fi. instru. vel dat de falsitate volēs probare quòd allegata in eis erant illa die de qua dicuntur recepta in aliquo diuerso loco,iuxta ca.ex tenore. de test.& l.optimam.C.de contrahen. & commit. sti & c.item verborum.in fi.de in integ. resti.& similia.

Ad videndum admitti articulos. 34

Deinde citatur reus ad videndum admitti articulos ad probandum in cu. & extra vt supra in termino præfixo actor comparens petit & requirit se admitti, & recipi ad probandum in cu.& extra per testes, & etiam documenta suos articulos tanquam pertinentes, vt si sint admissibiles, scilicet,benè narrantes & pertinenter concludentes maximè si reus nihil obijciat admittitur primò in curia, & tūc citantur testes,scilicet,quos reperit in curia si sciant factum suum vel partem,& citatur pars aduersa ad videndum eos iurare, & si producuntur ipsi testes qui venientes in iudicio recipiuntur, & iurant dicere veritatem quam sciuerint super tota causa.

Admissio articulorum extra curiam. 35

Et si actor non haberet testes in curia per quos posset bene probare intentum suum,admittitur ad probandum extra curiam, & in partibus parte rea ad hoc vocata, & ipsi conueniunt de iudice in partibus, cui committitur receptio & examinatio testium, & assignatur actori terminus congruus, puta duorum, vel trium mensium secundùm locorum distantiam & temporis, ac causæ qualitatem, & reo ad videndum testes iurare in partibus,in vim commissoriæ alias remissoriæ quæ clauditur & sigillatur,& includuntur articuli actoris & interrogatoria rei, si ea dederit impugnationes, vel obiectiones rei contra testes si ipsas dederit sub bulla, vel sigillo auditoris benè specificata de tempore & loco & alijs circunstantijs,iuxta cap.præsentium.de testi. lib.6.

De testibus affuturis & senibus. 36

Verùm qui actor quandoque habet testes in curia,qui volunt se absentare extra curiam per quos intendit probare aliquid, datis aliquibus articulis super quibus possint audiri & examinari,facit eos citari & arrestari, vt non recedant donec deposuerint in illa causa, & facit etiam illos citari perhibituros testimonia veritatis tanquam affuturos, idest absentaturos,& idem esset de senibus,vel valitudinarijs de quorū morte verisimiliter timeretur, & ad hoc admittitur iuxta c.quoniam frequēter. vt lite non contest. ne copia probationum pereat, vt ibi, &c. posito quod lis contestata non fuerit, & quod articuli nondum admissi fuerint, & talium testium depositio interdum facit admitti tales articulos,qui aliàs non admitterētur in materia criminali maximè, vel odiosa sæpe,vidi in facto, & interdum per tales testes affuturos probat actor plenè quod intendit, & tunc non oportet mittere extra curiam, & est maxima abbreuiatio causæ releuamen partis, & idem facere potest reus ad probandum suas defensiones, vel obiectus, cū actor, & reus ad imparia non debeant iudicari,nec debeat claudicare iudicium.cap.1.& 2. de mu.peti.& in regula,non licèt.de reg. iuris.lib.6.

De iuramento testis affuturi. 37

Et testis modò præstat duo iuramenta.primò quod est recessurus à curia infra xv. dies vel viij. quo præstito recipiatur tanquam testis affuturus, & tunc etiam iurat dicere,& deponere veritatem, quam sciuerit in causa ipsa in qua producitur.ad hoc c.qualiter. de accu. Et debet examinari de causa scientiæ,& tempore,& loco, & alijs circunstantijs c. causam. de testi. Post præmissa citatur reus ad videndū publicari dicta testium,& tunc publicantur in termino per iudicem, & reus petita copia attestationum petat se admitti ad probandum,

aliàs

aliàs non.ad hoc c.præsentium. de testi.lib.6. & si non vult obijcere, procedetur, vt infra.

De conclusione, & sententia ferenda. 38

Videlicet, quòd citatur ad concludendum, & concludi videndum in causa, &c. & tunc concluditur, & ibidem sententia fertur parte ad hoc citata ad videndum eam ferri, aliàs non valeret. c. consuluit. de off. deleg. cum ibi not.

De appellatione. 39

Demum si pars condemnata appellet viua voce, quod sufficit si est diffinitiua, vel in scriptis si ab interlocutoria. cap.1. de appellatione.lib.6.& petit apostolos, & dantur sibi communiter reuerentiales, & dimissorij à diffinitiua. Ab interlocutoria refutatorij. Interlocutoria in ordinatione quę fit ante diffinitiuam, & tunc quando appellatur ab interlocutoria, iudex semper procedit donec fuerit sibi inhibitum. c. cum causam. de appel. vel articulus appellationis committitur, si non potest talis iudex inhibere donec fuerint seruati tres termini coram eo. primus ad dicendum contra conclusionem, secundus contra appellationem, tertius ad impungnandum & iustificandum appellationem.s. contra nomina in ea expressa. Et tento illo termino iudex talis mādat inhiberi iudici à quo fuit appellatum, ne vltra procedat. quod si faceret, pars appellans faceret hoc reuocari tanquam attentatum & innouatum contra appellationem velo eleuato, dum tamen hoc esset probatum. c. non solùm. de appel. lib.6. Et hoc est verum quod non pot. st inhibere talis iudex appellationis nisi tentis tribus terminis, nisi esset appellatum ab auditore Camerę, aut iudice in partibus, quia in primo termino sublata sua iurisdictione iudex talis ad quem posset inhibere, quia talis censetur superior cui inferior debet deferre. c. cum inferior. de ma. & ob. cum si. Secus inter auditores palatij vel inter Cardinales, vel inter Auditores, & Cardinales qui non possunt vnus alteri, nisi per tres terminos prædictos: quia censerentur pares, quia descendunt & recipiunt iurisdictionem & potestatem suam ab eodem fonte, scilicet, à Papa vel eius Vicecancellario. modò par in parem imperium non habet. cap. innotuit. de elect.

De diligentia appellationis à diffinitiua. 40

Deinde quando appellatur à diffinitiua sententia, & iudex defert appellationi quod semper tenetur facere, quia in secunda, & tertia instantia, pars appellans potest non dicta dicere, & non probata probare.l. per hanc. C.de temp. app.cap. fraternitatis. de testi. designat terminum parti appellanti ad prosequendum & introducendum appellationem, quod si pars appellans non faceret, renunciaret appellationi, & deinde talis appellatio pronunciaretur nulla, vt c. deserta. c. cum sit Romana. & cap. personas.de appella.in eod.tit.& infra dictum terminum debet dictus appellans impetrare iudicem super sua appellatione si possit obtineri, alioquin facere protestationem in scriptis de sua diligentia & qualiter non stat per eum, & tunc releuatur à desertione appellatio sua per regulam, non imputatur. de reg. iur. in 6. & interdum non potest adiri Papa, vel Vicecancellarius, vel sunt taliter impediti quod non signant commissiones propter festa solemnia, infirmitates, vel alia impedimenta quæ interdum occurrunt in curia Romana.

De commissione causæ appellationis & desertionis eiusdem. 41

Et quando obtinuit commissionem infra tempus sibi præfixum, debet eam facere præsentari commissario, seu iudici cui causa suæ appellationis cōmissa est, & facere citari partem ad dicendum contra commissionem, & demum prosequi, & tali tempore incipere iusta stilum Palatij, quod causa appellationis huiusmodi poterit esse finita infra annum, vel si habent aliquod impedimētum in primo fatali, scilicet, in primo anno, vel propter iudicem, vel propter partem aduersam, vel propter gueriam, infirmitatem, inopiam, &c. habebit ipso iure secundum fatale, idest secundum annum infra quē prosequi poterit suam appellationem, vel in eadem procedere & restituere ad tantum tempus de tertio anno per quantum tempus fuit impeditus in secundo anno, vel fatali. ita intelligitur, vel practicatur c. cum sit Romana. ac c. sæpe.de app. per Inn. & alios. Et si infra ipsa dicta tempora talis appellans nō fuerit prosecutus suā appellationē, efficietur, & pronunciabitur appell. deserta. c. vt sine appellatione. de app. nisi staret per ipsum, vel per iudicem, quia non potest cogi per inferiorē ad hoc c. si elect. in gl. fi. de elect. li.6.

De

De sequestro at re iudicata & executione eiusdem. 42

Verum lata prima sententia in causa beneficiali à qua est appellatum infra tempus iuris, conceditur & impetràtur commissio, vt beneficium ponatur in sequestro, scilicet, in tertia manu in qua stabit vsque ad finem litis & causæ, iuxta clem. ad compescendum. de seque st. poss. & fruct. dum tamen ipse reus nunc possederit longo termino ante citationem pacificè, & hoc est verum, siue in petitorio, siue in possessorio sententia fuerit promulgata in Ro cu. non autem habet locum quando extra cur. Ro. sententia fertur, vt ibi. Et vbi à sententia lata non fuerit appellatum, ipsa in rem transiuit iudicatam & manet rata & firma, & facit ius inter partes. c. cum inter vos, in fi de sen. & re iudi, & ideo conceditur commissio super ipsius sententiæ executione per quam mandatur victorem causæ mitti in possessionem beneficij, vel alterius rei adiudicatæ, & reus moneri, vt soluat expensas de quibus est condemnatus, quæ post x. dies à tempore latæ sententiæ in curia taxantur parte ad hoc citata si est curia, vel eius procuratore qui causam duxit, vel per audientiam contradictarum, vbi non comparuit in causa. Etiam moneatur pro fructibus quos recepit in tali beneficio à tempore litis motæ, s. à tempore citationis contra eum executæ: quia tunc censetur lis mota, l. cle. vt lite pen. & vbi fuit spoliator, vel violentus intrusus condemnetur in fructibus qui percipi potuerunt. c. grauis. de rest. spo. & hæc omnia ponuntur in litteris.

De non appellando à tertia sententia. 43

Vbi autem est appellatum à prima sententia concesso sequestro, vt est dictum; proceditur in secunda instantia, & seruantur termini sicut in prima instantia fuerunt seruati, & etiã in tertia instantia: si in secunda appellatum prout dictum est in tertia instantia non potest appellari amplius. c. sua nobis. de appella. Et si de facto appellaretur, non admitteretur: aliàs appellanti solent dari apostoli Gregoriani. s. appellantem intrudi in carcerem, quia sic ordinauit Papa Gregorius ad compescendum malitias litigantium, vt finis ipsis litigantibus imponi possit. iuxta c. finem litibus de dolo, & contumacia. cle. i. de re iud. quæ dicit quod qui tres sententias reportauit contra se non admittitur ad agendum de nullitate ipsarum. Ex quibus apparet quòd in vna causa possunt esse tres sententiæ diffinitiuæ, vel interlocutoriæ super diuersis, aliàs non, quia nõ debent esse duæ appellationes ab eadem sententia diffinitiua, vel interlocutoria. c. differentia. & c. sua. de appell.

De differentia Auditorum Rotæ, & Cameræ. 44

Item est aduertendum quòd Auditores Palatij censentur delegati, & ordinarij: quia nullam causam possunt audire nisi per Papam, vel Vicecancellarium eis committatur. clem. auditor. de rescr. in gloss. fin. Sed Auditor cameræ qui est iudex super laicos, & seculares curtisanos ipsam Curiam Romanam sequentes non censetur ordinarius, quia sine commissione speciali causas audit & recipit tam ciuiles quàm criminales.

De compulsorijs. 45

Item est sciendum quod quando pars non habet iura sua in promptu in curia impetrat in principio causæ compulsoriam iudicis, cui est causa commissa, i. monitionem contra notarium qui habet processum in partibus quo volit se iuuare, & vti pars agens, vel rea, vel contra aliquas personas quæ habent aliquas scripturas ad causam facientes, & si sint originalia quæ non debent produci ad curiam Papæ propter pericula viarum, vel alia, vt quia sunt iura quæ debent manere in Archiuo ecclesiæ, vel villæ, aut sunt statuta, priuilegia, vel exemptiones, & similia, & tunc debet pars aduersa citari, vel vocari ad videndum extrahi similia iura de originalibus, vel corrigi, vel collationari cum eis, aliàs talia iura, & processus extractus, & extracta ab eis non facerent fidem. c. 1. & 2. de fide instru. l. exemplo. de prob.

De littera, vidimus. 46

Item notandum est quòd littera, vidimus extracta de originalibus etiam coram iudice ordinario parte non vocata non facit fidem etiã si esset extracta, signata & collationata per plures notarios auten. si quis in aliquo documento. C. de fide instrum. & ita seruatur. Et sic est finis litis, & causæ coram Auditore Palatij.

Nunc sequitur obseruatio terminorum secundùm stilum Ro. cu. ac forma libellandi & articulandi.

Et primò epilogatio in breui terminorum Palatij Apostolici, seu coram dominis commissarijs in dicta Ro. cu. datis.

Primò terminus, videlicet, quòd impetrata com-

ta commissione per actorem citatur reus ad dicendum contra commissionem ad primam diem iuridicā, deinde impetrata iurisdictione iudicis citetur ad libellandum reus, hoc est ad dandum, & recipiendum dari, & recipi videndū libellum, siue summariam petitionem in huiusmodi causa ad viij. diem in causis profanis. in beneficialibus ad primam diem.

Deinde ad iurandum, & iurari videndum de calumnia vitanda, & veritate dicenda cum omnibus, & singulis clausulis, & capitulis in & sub calumniæ iuramento contentis ad primam diem: olim ad viij.

Item ad ponendum, & articulandum in beneficialibus ad xij. in profanis ad xv. deinde ad dicendum contra positiones, & articulos ad ij. in beneficialibus. in profanis ad viij. in j. instantia.

Item ad producendum omnia & ad dicendum contra producta ad ij. in beneficialibus. in profanis ad viij.

Item ad videndum admitti articulos, vel dicendum causam quare admitti non debeant ad placitum citantis, hoc est ad primam, vel ad statim iudice sedente pro tribunali, vel per totam audientiam.

Item ad declarandum in beneficialibus ad primam. in profanis ad octauam.

Ad publicandum dicta, & depositiones testium ad placitum, & ipsis præsentatis assignatur terminus parti contra quam sunt producti huiusmodi testes ad obijciendum communiter ad octo dies à die concessæ vel habitæ copiæ arbitrio auditorum.

Item ad concludendum, vel dicēdum quare concludi non debeat ad placitum.

Item ad audiendum sententiam ad placitum, & interdum assignatur terminus simul ad concludendum, & audiendum sententiam.

Item si appellatur in causa beneficiali impetratur sequestrum: si verò non appellatur in quacunque causa impetratur executio. Olim verò seruabatur terminus ad articulandum in profanis ad xxx. in beneficialibus ad xx. & alii regulariter ad viij. Sed hodie abbreuiati sunt, vt supra proximè ex ordinatione bo. me. domini Cardinalis sancti Marci de mandato domini nostri Martini Papæ quinti.

De modo procedendi. 48

Nunc sequitur ordo, & modus procedendi in dicta Romana curia. Et primò pro euidentia dicendorum est præsupponendum quod de persona iudicis, eius idoneitate, & competentia est prius auisandum, & quærendum. nam si non sit competens iudex ipsi reo, vel sit suspectus debent hæc opponi. & obijci in principio iudicij c. causam. 2. de offi. deleg. & ibi enumerantur causæ suspicionis quæ debent opponi contra iudicem per reum, antequam faciat aliquem actum, aliàs tacitè personam huiusmodi approbaret, nec postmodum reprobare potest c. inter monasterium. de re iudi. vbi glo. super verbo subeundo iudicium, & ibi latè per Ioan. And. 4. q 3. §. si quis testibus. cum si. nisi ex causa noua, seu nouiter superueniente, seu nouiter ad notitiam deducta. c. insinuante. de offic. delega. quia tunc posset reprobari, vel recusari etiam post litis contestationem.

De commissione impetranda. 49

Primo stilus Palatij Apostolici, & curiæ Romanæ qui seruatur tam in audientia sacri Palatij Apostolici quàm coram dominis Cardinalibus, & alijs Prælatis, seu valentibus viris quibus interdum causæ per Papam viuę vocis oraculo, interdum cum litteris, siue commissionibus eius manu signatis committuntur, vel per dictum Vicecancellarium cuius est officiū principale causas diuidere, & committere in curia Romana ventilandas, qui supplicationes sibi porrectas in papiro pro iudice obtinendo signat in fine de eius manu taliter. De mandato domini nostri Papæ audiat N. & iustitiam faciat. aliquando addit, citet vt petitur, vel etiam inhibeat, vel exequatur, vt petitur etiam cum brachij secularis inuocatione, vel aliter secundum quod requiritur negotia. Deinde talis commissio mittitur, vel traditur magistro cursorum, qui eam tradit alicui alteri cursori inter ipsos diuidendo, vel ipsemet eam præsentat domino cui committitur ad partis impetrantis instantiam. Et ab ipso auditore impetratur citatio contra partem ream nominatam in commissione ad primam diem iuridicam si pars rea est præsens in curia, qua executa, & facta relatione per cursorem die assignata, agens accusat contumaciam partis reæ citatæ nihil dicentis contra commissionem, & petit eam poni in contumaciam & defectum, & hoc conceditur sibi per iudicem talem, nisi compareat reus citatus posito quod præsens sit in curia, & ita seruatur communiter, quandoque citatio decernitur extra curiam & ad partes quando est reportata & executa in die assignata in ea, & tunc proceditur ipsa citatio cum executione de partibus reportata, & accusatur contumacia partis citatæ non comparentis, & petit sibi decerni processum per audientiam contra- dictarum, vt infra.

De

De processu per audientiam contradictarum. 50

Deinde si non comparet reus per se, vel per procuratorem conceditur contra eum citatio, siue processus per audientiam contradictarũ, & seruantur termini ad longum in scriptis, & tandem productis iuribus partis agentis, si cõstet & liqueat de iure ipsius in causis beneficialibus & spiritualibus in quibus non contestatur lis. cl. dispendiosam. de iud. & cle. sæpe. de verb. signif. si omnes termini speciales fuerunt bene seruati, datur sententia pro actore contra reum, & si non appelletur ab ea per reũ condemnatum, vel eius procuratorem habentem speciale mandatum ad appellandum infra decem dies, qui currunt de momento ad momentum à tempore latæ sententiæ. c. quo ad cõsultationem. de re iudi. c. concertationi. de appell. lib. 6. & talis sententia post lapsum x. dierum transit in rem iudicatam, & conceditur per dictum Vicecancellarium executio fienda contra reum condemnatum, & communiter committitur eidem Auditori qui eam tulit sententiam, quia est informatus de meritis causæ. Sed modo nouiter est introductum quod expediatur executio sub sigillo auditoris vigore commissionis desuper obtentę, nam olim expediebatur executio, siue litteras executorialis sub plumbo. Si citatus sit præsens in Rom. cur. & non constituit procuratorem, qui assumpsit onus causæ, & comparuit coram iudice vel executore, & fecit protestationem quod non procedatur in causa nisi eo vocato, tunc si aliàs non est constitutus procurator in quo termino debet citari reus, aliàs non valeret processus, nisi recederet à curia lite inchoata & pendente, & tunc facta informatione, seu docto de eius recessu decernuntur & conceduntur citationes fiendæ, in causa per audientiam contradictarum. Si verò constituerit procuratorem qui onus assumpsit, tunc fient citationes contra procuratorem vsque ad finem causæ.

Nunc sequitur modus procedendi in executione litterarum apostolicarum. Et primò de citatione exequenda.

De executione citationis. 51

Nota quod principales citandi in commissione descripti debent personaliter in eorum propriis personis si eorum præsentia commodè haberi potest citari, & si personaliter apprehendantur, tunc huiusmodi citatio censetur benè & perfectè executa, & causa legitimè ad Ro. cu. deuoluta, seu deducta, qđ si eorum præsentia commodè haberi non potest, ex tunc in hospitiis habitationum suarum, vel vbi eorum habere noscuntur dummodo ad huiusmodi hospitia tutus sit accessus, & eccl. vbi beneficium situatum est si agitur super beneficio, & si causa fuerit beneficialis: si vero tutus accessus non sit ad hospitia citandorum & si causa vt præmittitur fuerit beneficialis, tunc sufficit quod citetur in cathedrali eccle. & in loco beneficii super quo agitur, vel in aliis locis publicis vbi expediens fuerit, vt puta in ecclesia parochiali, sub qua degunt & morantur, vel illis locis quibus sæpius citandi conuersari solent & ibidem est copia valuis ecclesiæ affigenda.

De inhibitione exequenda. 52

Cum inhibitio fuerit impetrata, pars impetrans huiusmodi inhibitionem, vel aliquis alter nomine sui assumat sibi notarium publicum vnà cum testibus, & accedat ad illos quibus est inhibendum, & præsentet eis litteras inhibitorias, vel faciet eis per notarium publicum tenorem illarum perlegi de verbo ad verbum, & nihilominus copiam illarum eis tradat & assignet, maximè si copiam illam petant. Et super præmissis requiratur notarius, vt conficiat instrumentum publicum. hac igitur executione sic facta si contigerit per illos quibus est inhibitum contra huiusmodi inhibitionem aliquid attentari, illud totum per dominum Auditorem veniat reuocandum facta fide primitus per legitima documenta, scilicet per publicum instrumentum de huiusmodi executione & aliis confectis per testes idoneos.

De remissione executionis fienda in partibus. 53

Apportata nanq; remissione ad partes nũcius siue portitor qui eandem remissionem à Ro. cu. portauit quæ quandoq; sub bulla quandoque sub sigillo Auditoris de consensu partium fieri consueuit vnà cum articulis sub sigillo Auditoris introclusis præsentet iudicibus in huiusmodi causa remissionis deputatis, in præsentia tamẽ notarii & testium. Qui quidem iudices consueuerunt esse tres in numero, vel duo ad minus tertio se excusante, & iidem executores seu iudices habent seruare hũc modũ. Ipsa nanque remissione per eos in partibus in præsentia notarii & testiũ reuerenter acceptata vt debent, tradunt huiusmodi remissionẽ & articulos ipsi notario pręsenti cõmittendo eidẽ, vt huiusmodi articulos & remissionẽ fideliter registret, & alia quæ in huiusmo-

iusmodi causa occurrunt, fideliter conscribenda diligenter colligat, saluo salario suo competenti: hoc itaque facto ijdem iudices ad instantiam prosequentis huiusmodi remissionē citari mandāt partem aduersam ad dicendum contra iurisdictionem ipsorum iudicum, & ad recognoscendū sigillum ipsi rotulo impēsum. & ad videndum rotulum huiusmodi aperiri, vel ad dicendum causam quare præmissa fieri non debeant ad certum terminum competentem, in quo termino si pars citata non compareat iudices in contumaciam ipsius partis, & ad instantiam ipsius partis prosequentis habebunt huiusmodi sigillum rotuli pro recognito & huiusmodi rotulum aperiant, seu habeant pro aperto. Quo facto iudices prædicti instante & petente parte prædicta remissionē prosequere citent, vel citari mandent partem aduersam per litteras, vel nuncium sicut moris est ibidem iuratum. Si per litteras necesse est, vt super qualibet citationis, executione fiat instrumentum executionis alias citatio non censetur executa. Si autem per nuncium requiritur notarius vt fiat relatio & hoc est super qualibet citatione censendum, in quo termino pars aduersa si non comparet illam ipsi iudices ad instantiam partis prosequentis reputabunt contumacem & in eius contumaciā, & ad ipsius partis prosequentis instantiam ipsam partem aduersam citari mandant modo præmisso ad videndum nonnullos testes iurare, necnon ad dandum interrogatoria, & ad videndum etiam ipsos testes ad iurandum admitti ad certos terminos competentes huiusmodi. Si quidem terminis aduenientibus pars prosequens remissionem habebit suos testes ad producendum paratos & producat eosdem in præsentia partis aduersæ, vel in contumaciam si non comparuerit. Qui testes coram iudicibus in manibus iudicum tactis corporaliter per eos scripturis sacrosanctis ad sancta Dei euangelia iurabunt dicere veritatem. Et iudices si personaliter commodè examinare non possint huiusmodi testes, tunc committunt notario scribenti in huiusmodi causa, & elapsis terminis ad dandum interrogatoria ipsi iudices siue notarius vigore commissionis sibi factæ ipsos testes examinet iuxta articulos, & interrogatoria in huiusmodi rotulo descripta. Et nota quod huiusmodi examen testium debet infra duos menses fieri post præsentationem cedulæ rotuli siue bullæ immediate sequentis, vel alias infra terminum ab auditore statutū, alias ipsorum dicta nō valet.

De executione compulsoriæ. 54

Executio nāque compulsoriç ad partes decretæ debet fieri hoc modo videlicet. In primis quidē pro parte impetrantis huiusmodi cōpulsoriam præsentetur alicui executori cui dirigatur in præsentia notarij & testium, & requiratur vt ad executionem huiusmodi cōpulsoriæ, sub excommunicationis pœna & alijs in eadem contentis procedat contra detinentes, seu in eorum potestate habentes nonnulla iura acta actitata, litteras, scripturas & priuilegia, processus instrumenta, ac alia munimenta, &c. iuxta & secundùm vim, formā & tenorem huiusmodi compulsoriæ. Quiquidē executor in exequendo huiusmodi compulsoriam seruabit hunc modum, videlicet, quòd requirat tales, & tales personas pro parte impetrantis compulsoriā nominandos detinētes & habētes aliqua iura, seu munimenta ad causam ipsam quæ agitur facietia ꝙ illa sub excōmunicationis pœna in eadē compulsoria contenta infra vj. dierū spatiū post requisitionē & monitionē huiusmodi immediatè sequentes omnia & singula iura acta actitata, seu munimēta ad causam huiusmodi facientia quæ penès se habent, aut in notā receperunt, aut eorū vera transumpta in formā publicam redacta nil addito, vel diminuto quod facti substātiā immutet, aut variet intellectū tradant principali impetranti compulsoriā, vel eius legitimo procuratori, aut certo nuntio ad hoc deputato, vel executori. Quiquidē executor huiusmodi acta, &c. sub sigillo suo ad Ro. cu. trāsmittat introclusā. Si verò fuerint publica originalia, nō expedit vt mittātur introclusa sub sigillo. Sed vt aliqua instrumēta debeant transumi in partibus expedit vt pars citetur ad videndū trāsumi, nisi forsan in curia ꝑ audiētiā fuerit citata pars ipsa, aut præfixus terminus ad videndū huiusmodi instrumēta trāsumi in partibus, & in termino debet cōparere pars impetrās cōpulsoriam, aut aliquis alius nomine sui petēs in præsentia partis aduersæ si præsēs fuerit, aut aliàs in contumaciā huiusmodi instrumenta, iura, & munimenta trāsumi, & tūc executor mandabit ipsi notario, vt huiusmodi instrumēta, iura & munimenta fideliter trāsumat, & de ipsis sic trāsumptis executor vnà cū not. transumente collat. debet facere diligentē & ea ad Ro. cu transu. sub sig. introclusa sign. auditori causæ sub sig suo cū subscrip. no. pub. quāta fides eisdē trans. siue actis fuerit adhib.

Et nota quod bonum est habere notabilem personam pro executore, vt officialem alicuius episcopi, aut aliquem alium in dignitate constitutum qui habeat autenticum sigillum. Et si non habeat sigillum, sufficit quod transmittantur huiusmodi acta, instrumenta, iura & munimenta cum subscriptione notarij,

hoc

hoc est per publicum instrumentum in quo acta, instrumenta, iura & munimenta huiusmodi inserantur,& quãta fides fuerit eis adhibenda, tunc per istud instrumentum ipsi auditori per executorem insinuatur. Item si notarius esset mortuus vel absens, oportet scripturas de prothocollo, vel libris extrahi ad quod citetur aduersarius ad certum terminum ad videndum extrahi scripturas,& testes desuper citentur ad perhibendum testimonium veritati de recognitione manus personæ,& fidelitate,ac legalitate notarij mortui,vel absentis, & veritate reperta committit alteri notario extractionem iurium, & munimentorum huiusmodi.

De exceptione litterarum executorialium & processuum super eisdem. 55

In executione litterarum executorialium, & processuum super eisdem emanatorum est modus procedendi qui sequitur. Nam facto processu super huiusmodi executione per executorem principalis pars prosequens huiusmodi executionem accedat cum notario,& testibus ad aliquem executorem principalem in partibus,si aliquis fuerit in partibus, & petat si huiusmodi executor interesse velit; sinautem accedat ad vnum subexecutorem vnà cũ processu,& instrumento sententiæ, seu instrumentis sententiarum huiusmodi executorialium emanatorum requirendo ipsum, vt iuxta, & secundum processuum executorialium huiusmodi vim, formam, & tenorẽ procedat. Qui quidem executor seruabit hunc modum, videlicet, quod accedat ad illos qui fuerint pro parte prosequentis nominati,& huiusmodi litteras executoriales, & processus eisdem intimet,perlegat,seu perlegi faciat requirendo eosdem sub pœnis,sententijs & censuris in eisdem processibus contentis, vt ipsis literis siue processibus executorialibus ac sententiæ, siue sententijs pareant plenarie, realiter & cũ effectu, & in ecclesia vbi est huiusmodi beneficium super quo agitur, similiter debet fieri insinuatio litterarum executorialium, & processuum huiusmodi, ac instrumentorum sententiarum contra quoscunque tam in genere, quam in specie; & executor vel subexecutor debet partem principalem, vel eius legitimũ procuratorem inducere in possessionem beneficij,si prius non fuit inductus, & requirere omnes,& singulos censuarios ac colonos,& parochianos ac alios subditos quatenus sibi de fructibus,redditibus & prouentibus ipsius beneficij respondeant sine difficultate & contradictione quacunque,requirendo nihilominus quoscunque occupatores beneficij, & alios impedientes quatenus infra sex dies post huiusmodi insinuationem immediatè sequẽtes sub excommunicationis pœna in eisdem litteris executorialibus, siue processibus contenta ipsum in ipsius beneficij possessionem purè, liberè & pacificè admittant,& quod non impediant ipsum de cetero in fructibus,redditibus & prouentibus, & quod de huiusmodi beneficij fructibus de cetero se nullatenus intromittat & processibus ipsis plenariæ pateant realiter & cum effectu,& etiam moneat detentatores quod sibi respondeant de fructibus perceptis & expensis in quibus sunt condemnati infra terminum in dictis litteris executorialibus expressum,iuxta vim, formam & tenorem instrumenti executorialium, siue processuum huiusmodi prædictorum, quod si huiusmodi terminis elapsis detentores,seu occupatores beneficij, seu alij impedientes dictum eius principalem ne gaudere possit beneficio suo & non paruerint executorialibus & processibus,quod ideo sunt excommunicandi, & tunc vt tales excommunicati euitandi, & denunciandi, & quod si in huiusmodi excommunicatione perdurauerint animo indurato, debent per executorem, vel subexecutorem aggrauari & reaggrauari,& aliàs procedi contra eosdem iuxta formam & continentiam litterarum executorialium prædictarum,& omnia supradicta debent fieri in præsentia notarij publici & testium ad hoc rogatorum.

PRACTICA SIGNATVRAE Iustitiæ.

SEQVVNTVR formulæ rescriptorum signaturæ iustitiæ,ex quibus tota eius signaturæ practica potest haberi: quæ ad meas manus venerunt hoc pacto. Cupiens enim Formularium hoc quantum poteram auctum exornatumque inuulgare, petij inter alios à Domino Antonio Massa de Gallesio procuratore causarum, vt mihi impartiretur si quid penès se ad hanc rem opportunum haberet, his verò libenti animo exposuit mihi cõplura eius munimenta inter quæ cum has rescriptorum formulas inuenerim, res visa est admodũ pretiosa, ideoq; ad verbũ exscriptas hinc inserui distinctas(vt etãt in suo originali)in octo capita quotũ primũ habet primas causarũ in curia commissiones. Secundum, Aduocatorias de iudicibus ad iudices. Tertium, cumulatiuas diuersorum iudiciorum. Quartum, eas quæ spectant ad diuersos incidẽtes articulos.

Quintum sanatiuas diuersorum defectuum.
Sub sexto capite sunt commissiones appellationũ, & executoriales. Sub septimo, commissiones per quas quoquomodo causæ de nouo reparantur & restitutionis in integrum & nullitatum, & absolutionum.

Octauum habet commissiones dari consuetas in causis pensionum.

Et quo maiorem adhuc vtilitatem tibi afferam humanissime lector, volo etiam tibi exponere quomodo idem D. Antonius eas formulas in vnum congessisse asserebat, vt eo exemplo excitatus, tu quoque per te ipsum aliquid tibi præpares, nec omnia tanquam per manus ab alijs tibi tradenda sedens ociosus expectes. Is enim aiebat se ab initio quò ad hanc practicam se dederat, perquisiuisse in multorum notariorum officijs, originales manu Cardinalis Alexandrini signatas commissiones, & ex illis, non sine magno, ac diuturno labore, ac tædio tot formulas exscripsisse: accepisse autem potissimum Cardinalis Alexãdrini, propter eminentem illius viri doctrinam, & in ea signatura, sine comparatione excellentiam. Tantùm eas quæ attinent ad causas pensionũ, dicebat ex aliorum rescriptis accepisse quod postea illi signaturæ præfuerunt, quoniam eiusmodi causæ tempore Alexandrini parum erant in vsu.

Cap. primo de primis causarum commissionibus.

I.

Si petitur, vt committatur causa audienda, simpliciter, summariè, &c. sola facti veritate inspecta, cassantur illa verba, sola facti, &c. & signatur Placet.

II.

Si petitur, quòd in causa vnionis beneficij, vbi vnio impugnatur, quia potest dubitari an sit causa beneficialis, quòd procedatur, vt in causis merè beneficialibus, & summariè, &c. signatur Placet.

III.

Si petitur rescindi, vel nullus declarari contractus fœneraticius, signatur Placet.

IIII.

Si petitur, in curia committi causam profanam, ascendentem valorem quingentorum ducatorum, signatur videlicet, quando esset de terris ecclesiæ Placet.

V.

Si tertius veniens ad causam, in qua iam est lata sententia, petit admitti pro suo interesse, non obstante, ꝙ ipse fuerit procurator pro obtinente sententiam, & sequestrum, attento ꝙ tunc non habebat claram scientiam iuris sui, prout iurare paratus est. Signatur Placet prou: de iure.

VI.

Si orator dicat, sibi prouisum de beneficio generaliter reseruato, quod vacauit in curia, & alter manu armata, & de facto in illo se intrusit, & petat causam Auditori committi, intrusum, & alios complices moneri, sub censuris, & pœnis, &c. ad relaxandam possessionem dicti beneficij, &c. signatur Placet de commissione causæ, & de Monitorio in forma.

VII.

Si orator obtinuit committi causam in Rota super beneficio dato alteri ad nominationem Regis Hispaniæ, & oratori fuit prouisum per S.D. N. cum suspensione nominationis dicti Regis, ideo petat causam iudicari in Rota, non obstante indulto concesso Regi Hispaniæ, quod causæ huiusmodi beneficiorum ad nominationem Regis collatorum, debeant in prima instantia, in partibus tractari signatur Placet.

VIII.

Si fuit concessum Breue à summo Pontifice ex certa sciẽtia, & motu proprio, per quod narret, beneficium vacasse in curia, & reseruatum, & per eum alteri prouisum, ideo Papa scribat, illum poni in possessionem, & alium qui est in possessione, cogi ad dimittendam possessionem sub pœnis, & censuris, de quibus in Monitorio, & orator qui possidebat prius, dicat causam pendere in Rota, & appellasse, &c. & petat committi causam appellationis & nullitatis, dicti Breuis, & etiam executoribus, quibus Breue dirigebatur inhiberi, & sub censuris, & pœna mille ducãtorum, &c. signatur Placet.

IX.

Si orator dicat Aduersario, virtute falsi Mandati resignatum fuisse beneficium suum, & petat se admitti ad probandum, contra litteras dictæ prouisionis, in quibus Papa assentit, ipsum oratorem, dictam resignationem, per procuratorem suum fecisse, constito de falsitate mandati, signantur Placet.

X.

Si orator compromisit super beneficio de iure, & de facto, & cum iuramento, & ante laudum latum, petat committi absolutionem à iuramento, ad effectum agendi, & inhibendi, &c. signatur Placet.

XI.

Si petatur committi causam super præceptoria ordinis Hierosolymitani in Rota, Non obstantibus priuilegijs, stabiliimentis ordinis etiam concistorialiter factis, & quod reuocari non

ri non possint cum clausulis derogatorijs quibuscunque, vt ibi plenius habetur. signatur Placet.

XII.

Si orator petat, alicui oratori nominatim causam committi allegando consensum alterius partis, signatur Placet de consensu.

XIII.

Si orator petat, vt in causa etiam profana, quæ est inter ecclesiasticas personas, procedatur summariè, simpliciter, & de plano, ac sine strepitu & figura iudicij, sicut in beneficialibus, signatur Placet.

XIIII.

Si orator, qui orat episcopus in Germania, dicat se excõmunicasse presbyterum sibi subiectum, quem suspenderat ab ordinibus, quia ab alio episcopo erat ordinatus sine licentia, & ille appellauit ad Archiepiscopum Salseburgensem, cuius officialis reuocauit sententiam Episcopi, & illum in expensis condemnauit: & quia infra terminum sibi datum ab officiali ad docendum de prosecutione appellationis per eum interpositæ, non docuit incontinenti, pronunciauit appellationem esse desertam, & dictum Episcopum, tanquam illi non paruerit propter expensas excommunicatum declarauit, & Episcopus qui appellauit, petat causam de qua supra, committi Auditori Rotæ, cui erant multa alia tangẽtia eius iurisdictionem commissa: signatur Placet. Videtur tamen, quod tam parua causa non debuisset committi in Rota, ex prouincia adeo distante.

XV.

Si oratores canonici regulares Pistoriensis diœcesis, dicant se fuisse spoliatos certo prædio valoris CCC. ducatorum, & vltra, & petant committi causam spolij in Rota, signatur Placet.

XVI.

Si oratores, de quibus supra proximè, petant in causa spolij de qua supra, procedi summariè, sine strepitu, & figura iudicij sicut in beneficialibus, signatur Placet.

XVII.

Si orator præpositus petat committi contra alium Decanum diœcesis Lubricensis causam in Rota, super summa mille florenorum, Rhemensium, debitorum sibi ex legitimis contractibus, & aliorum mille super iniurijs ad dictam summam per eum æstimatis, attento quod in partibus non sperat consequi posse iustitiam, prout iurare est paratus, signatur Placet.

XVIII.

Si orator petat committi causam Auditori super Monasterio non concistoriali, in Rota, contra minorem intrusum, qui est in xij. vel xiij anno constitutus: cum potestate illum citandi ad comparendum legitimè, aliàs ad videndum sibi etiam absenti ad causam huiusmodi deputari curatorem, cum quo procedi poterit, &c. signatur Placet.

XIX.

Si petitur committi Auditori causam super Monasterio: additur clausula quòd concistoriale non est, &c. signatur Placet.

XX.

Si orator dicat sibi prouisum fuisse de beneficio, & quod quidam alius in dicto beneficio se intrusit, & occupauit, & intrusum adhuc occupatum detinet, à cuius intrusione, occupatione, detentione, orator ad sedem apostolicam appellauit. Ideo petat committi causam dictæ appellationis, necnon intrusionis, occupationis dicti beneficij, contra dictum intrusum, & alios intrusos, & intrudendos, signatur Placet.

XXI.

Si orator dicat, aliquem mortuũ esse in curia, & sic beneficium reseruatum, & ei per eius mortem prouisum, de beneficio in quo aliqui se intruserunt. Ideo petat committi alicui in Rota: vt cõstito sibi summariè, & extraiudicialiter de dicta vacatione, reseruatione, & prouisione oratori facta, & intrusione, &c dictos intrusos ad relaxationem possessionis, cum fructibus perceptis, &c. moneat, cogat, & compellat, & in euentum non paritioni &c. excommunicet, grauet, & reaggrauet &c. signatur Placet.

XXII.

Si monachi S. Pauli de vrbe, oratores petant committi causam in Rota super molestationibus, & perturbationibus bonorum suorum contra aliquos, summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu & figura iudicij, & quauis iudicij indagine postposita, & aliàs iuxta formam priuilegiorum à sede apostolica, dicto monasterio, circa iudicij ordinem concessorum, signatur Placet de commissione causæ, & quòd summariè.

XXIII.

Si orator Perusinus dicat, se spoliatum possessione boni valoris, & propter fauores reportasse sententiam contra se coram locumtenente illius prouinciæ, à quo appellauit, & petat committi appellationem alicui prælato in Ro. cu. residenti, signatur Placet quòd committatur in Rota.

XXIV.

Si oratores subditi Duci Ferrariç, iurisdictionis Parmensis, vel Regiensis, quorum vnus est clericus, qui fuerunt conuenti super bo-

nis magni valoris circiter quindecim milliũ ducatorum coram officialibus Ducis Ferrariæ, à quibus ad sedem apostolicam appellarũt, petant quod causa committatur in Rota; attento quòd sunt minatores, vnus clericus, causa maxima, aduersarius potens, amicissimus illorum officialium, nec sperant posse in statu Ferrariæ consequi iustitiam. Signatur Placet.

XXV.

Si orator dicat fratrem suum fuisse spoliatum omnibus bonis mobilibus existentibus in domo, & occisum à Guidone Guerra, cuius suis fratris ipse sit hæres, & informatus de omnibus dictis bonis, quia ipse in domum fecit conduci, & velit agere super spolio contra hæredes minores dicti Guidonis Guerræ, & petat committi in Rota causam spolij, & restitutionis dictorum bonorum alicui Auditori, cum potestate præfigendi terminum dictis minoribus infra quem curatorem vnum, vel plures sufficientes sibi deputari faciant, & per legitimum defensorem compareant, aut corã dicto Auditore veniant ad videndum, ad eandem causam sibi dari curatorem, & de eodem sibi prouideri, & nisi infra terminum, alterum ex præmissis fecerint, ipsis etiam absentibus, & in eorum contumaciam, ex tunc idem auditor curatorem idoneum ad causam deputet, & deputari faciat Et cum potestate, constito de præmissis deprædationibus, & spoliationibus, exprobationibus tam factis, quàm faciendis &c. summariè, & sine figura iudicii, oratori iuramentum deferẽdi super quantitate, extimatione rerum deprædatarum, & ablatarũ, & dicto iuramento plenam fidem adhibendi ac etiam ad restituendum cogendi, &c. signatur Placet. Aduerte, quod ista signatura videtur aliquantulum dura circa iuramentum præstandum, cum orator sit hæres spoliati, & agatur contra hæredes spoliatoris, in quo casu non ita de facili iuramentum defertur, vt not in l. si quando. C. vnde vi. Nec in signatura nec in corpore supplicationis fuerunt addita verba, prout iuris fuerit, aut alia similia.

Cap. II. De Aduocatorijs.

I.

Si petatur causa, quæ est mota in partibus coram delegato, vt committatur in Rota.

In corpore supplicationis debet addi quæ instructa non est signatur Placet.

II.

Si petatur causam committi in Rota, quæ est in partibus coram iudice suspecto, non instructa. Et si euocatur ex Auinioni, non obstantibus eorum amplissimis priuilegijs, signatur Placet.

III.

Si petatur aduocatio causæ de partibus à quocunque iudice, addatur in supplicatione, vbi causa instructa nõ est, & signatur Placet.

IV.

Si causa fuerit commissa duobus auditoribus & diuersis commissionibus, & vnus præuenit, signatur.

Placet, quod audiat qui præuenit.

V.

Si causa beneficialis est commissa duobus respectu diuersarum partium super eodem beneficio, & pars instet, quòd vni tantùm cõmittatur, & altera velit, quod alteri committatur, quandoque signatur

Placet, quod committatur tertio.

VI.

Si orator dicat, causam appellationis commissam fuisse alicui Auditori fraude pro se agentium, quia cum parte aduersa colludunt. Et quòd Notarius illius Auditoris, se etiam cum parte aduersa intelligit, ideo propter suspicionem petat committi causam alteri, signatur Placet constito de assertis.

VII.

Si orator petat, quòd causa super vno, & eodem beneficio cõtra ipsum, ad duorum aduersariorum instantiam, duobus iudicibus cõmissa aduocetur ab vno, & alteri eorundem committatur reassumenda, signatur Placet.

VIII.

Si orator fecit committi in Rota executionem certæ concordiæ confirmatæ per Papam. Deinde petat, vt idem Auditor procedat. Nõ obstante quòd in dicta confirmatione fuerint dati alii executores in partibus, ad euitandos circuitus. signatur Placet.

IX.

Si orator dicat, primum Auditorẽ, cui causa commissa prius fuit, velle se exonerare à causa, sed tamen ad cancellariam aduc non remisisse, ne dicta causa è manibus sui notarii, qui illam ordinariam habet, adimatur, & alteri notario detur, & ideo petat, quod de cõsensu primi Auditoris committatur alteri tanquam subrogato suo &c. signatur Placet.

X.

Si orator dicat, habuisse duas sententias pro se, & quod causa in tertia instantia reperitur commissa duobus Auditoribus eadem die, ad instantiam aduersarij appellantis, & vt creditur malitiosè ad diffugiendum, & creator appellatus fecit seruari terminos coram

ram altero eorum, ignorans, quod esset alteri commissa, & petat, quod ille, coram quo fuerint seruati termini vlterius procedat, & terminet causam, signatur Placet.

X I.

Si orator dicat, se obtinuisse rem iudicatam in Rota, & habuisse litteras exequutoriales, quæ cum præsentarentur, vnus ex aduersarijs appellauit, & obtinuit in forma cõmuni committi causam in partibus super grauaminibus & orator petat committi causam in Rota, vbi iudicatum est, signatur Placet.

X I I.

Si orator dicat, causam appellationis à diffinitiua commissam Domino de Flores, & postea Domino de Accoltis eius subrogato, & dicat partem attentasset, & petat committi causam attentatorum præfato de Flores, aut alicui alteri ex eius subrogatis, cum habeat Dominum de Accoltis valde suspectum, nec speret coram eo posse consequi iustitię complementum, prout iurare paratus est, signatur Placet.

X I I I.

Si orator, qui fecit committi causam in Rota, litteris non expeditis, deinde fecit expediri litteras, in quibus iuxta stilum curiæ dantur executores in partibus, & timeat de validitate commissionis, & processus, & petat procedi, perinde ac si à dictis executoribus causa auocata esset, signatur Placet.

X I I I I.

Si petatur committi causam diffamationis, iactationis, & inquietationis super mutatione, & alteratione, & corruptione cuiusdam datę, quę dicitur commissa in quadam Data collationis factę per Episcopum de quodam beneficio per oratorem, & petatur committi eidem Auditori, cui causa est commissa super dicto beneficio, de quo agitur, signatur Placet.

X V.

Si orator, cuius aduersarius supra proximè commissionem obtinuit, dicat aduersarios produxisse datam Episcopi falsificatam, & comperta falsitate ex facie litterarum, ipsum oratorem obtinuisse duas sententias. Deinde aduersarios, vt dictam falsitatem tuerentur, alia instrumenta falsa produxisse, ideo petat committi Auditori Cameræ, seu eius locumtenenti, qui de prædictis in Rota fuit informatus, vt constito sibi de dictarum litterarum manifesta falsitate, aduersarios huiusmodi falsitatis causatores, & fabricatores, ad comparendum personaliter pro comperienda veritate, sub pœnis, & censuris, ac priuatione beneficiorum, infra certum terminum moneat &c. & in euentum non comparitionis &c. declaret, & priuet, cum potestate inhibendi &c. Signatur

Placet constito summariè, & extraiudicialiter de assertis.

X V I.

Si oratores, qui obtinuerunt commissionem supra secundam, dicant, aduersarium qui supra proximè obtinuit, dum iactaret multa de falsitate, & minaretur, quòd faceret illos incarcerari ab Auditore Cameræ, pluries comparuerunt coram Auditore Cameræ, ac se stare iuri, & eorum innocentiam, contra suum aduersarium super dicta falsitate purgare velle obtulerunt, & dum à curia oratores recedere vellent, ne procederetur contra eos absentes, & vt à dictis diffamationibus se liberarentur, obtinuerunt commissionem supra secundam directam Triultio, coram quo aduersarium citari fecerunt, & eo non comparente contumaciam accusarunt, & deinde oratoribus absentibus, ad eos terrendos aduersarius supra proximè obtinuit. Ideo oratores rationibus prædictis, & ne continentia causæ diuidatur, petunt committi eidem Triultio, vt ad eorum instantiam, contra nominatos, in proxima commissione, ad decretum dicti Monitorij & aliàs in omnibus & per omnia procedat, perinde ac si eidem Triultio, & non auditori Cameræ cõmissa esset, & præsentata cum potestate inhibendi, &c. & omnia faciendi, quæ dictus Cameræ Auditor facere potuisset: attento q; præfatus Auditor Cameræ est absens, nec eius reditus de proximo speratur, & q; dictus Triultius est plenissimè informatus, & apud eum sunt dictæ litteræ quæ dicuntur falsificatæ, & dicta testium desuper receptorum, signatur Placet.

X V I I.

Si orator dicat, pendente lite super præceptoria, cum eius aduersario & commissa Triultio, tanquam cõmissario extra Rotam, & eius aduersarius, ad oratorem frustrandum confinxit, oratorem cepisse, & pignorasse quædam bona mobilia prætensa dictæ præceptoriæ, & suspectum de fuga, & extorsisse à Camera Apostolica mandatum de capiendo, & incarcerando dictum oratorem, donec restituisset dicta bona, vel depositum de illis dedisset, qui incarceratus, postea Auditorem Cameræ cognito dolo aduersarij relaxatus, ideo petat orator causam, & causas huiusmodi ab eadem camera auocari, & causam nullitatis, prætextu dicti mandati, & totius processus & attentatorũ, & iniuriarum committi eidem Triultio, cum potestate inhibendi agentibus dictæ Cameræ, & præsertim D. Philippo dictæ Cameræ clerico, qui dictum mandatum subscripsisse dicitur, signatur Placet.

XVIII.

Si orator qui reportauit ſententiam contra ſe dicat ſe ab ea appellaſſe legitimo tempore, & cauſam appellationis commiſſam Triultio, & primus Iudex in abſentia oratoris (vt creditur) malè informatus, credens dictam ſuam ſententiam tranſiuiſſe in rem iudicatam, licèt falſo deuenit ad litteras executoriales licèt de facto, & nulliter, ideo petat orator committi Triultio cauſas, tam nullitatis, quàm executionis huiuſmodi, ſi de iure venerit facienda, cum eadem facultate, prout poterat dictus iudex, ſignatur Placet.

XIX.

Si orator dicat, occaſione hæreditatis trahi à Legatarijs, vel alijs coram Auditore Rotæ, & Cameræ, & alibi, & petat, ne trahatur coram tot tribunalibus, vt remittantur omnia ad Rotam, quæ melius poterit iudicare, ſignatur Placet.

XX.

Si orator obtinuit cauſam committi in Rota, Domino de Flores, & deinde dicat, quod ante præſentationem ſuæ commiſſionis, fuit cauſa ad inſtantiam aduerſarij commiſſa in partibus per Breue, ideo petat mandari dicto de Flores, vt procedat ad executionem commiſſionis ſuæ dicta commiſſione in partibus facta non obſtante, ſignatur Placet.

XXI.

Si orator dicat appellaſſe, & cauſam commiſſam D. de Flores, & per oratorem fuit coram Domino Vanulio, tanquam eius ſubrogato, commiſſio præſentata, & plures termini ſubſtantiales, coram eo ſeruati fuere. Aduerſarius verò coram Domino de Accoltis, & vt D. Flores ſubrogato, terminos ſeruauerit, & ab admiſſionem articulorum, in fauorem oratoris facta, per Vanulium appellauerit. Ideo petat orator, ꝙ attento ꝙ commiſſio, primo fuit Vanulio præſentata, & aduerſarius per eum repoſitus, mādari dicto Vanulio, vt in cauſa procedat, articuloſque releuantes admittat, & remiſſoriam arbitrio ſuo decernat, &c. ſignatur Placet, & ꝙ audiat, qui præuenit.

XXII.

Si hi contra quos ſupra proxima commiſſio fuit obtenta, dicant aduerſarios poſt dictā commiſſionem impetratam, & præſentatam Iacobatio, tanquam illi, qui ſciebant non eſſe recurrendum ad ſedem Apoſtolicam de rebus ſubiectis imperio, niſi in caſu denegatæ iuſtitiæ, ſupplicaſſe Duci Ferrariæ, vt cauſam euocaret à prioribus iudicibus & D. Thomę tanquam partium confidenti committeret: & ex tunc cauſæ, liti, & inſtantiæ in Romana Curia renunciarunt. Deinde coram dicto D. Thoma ſunt ſeruati termini, & cauſa inſtructa, & dum eſſet in ſtatu expeditionis, aduerſarij diffidentes de iure ſuo, obtinuerunt Breue à S.V. ad Ducē illum exhortantem vt cauſam ad curiam remittat terminandam. Ideo petat orator, vt S. V. per ſuum Breue ſcribat ad pręfatū Ducem Ferrarien. vt permittat præfatum D. Thomam, de conſenſu partium, iudicem electū, cauſam terminare, & decidere, &c. aut ſi magis placet eidem Iacobatio, cui primo cauſa fuerat in Rota commiſſa mandare vt videat, an dicta cauſa in Romana Curia, vel extra eam, & in partibus cognoſcenda ſit, & ſi repererit eam eſſe ad partes remittendam, remittat. Sin autem in cauſa ipſa, abſque alia declaratione ad vlteriora procedat, ſignatur Placet de ſecunda parte. Aduerte ꝙ illa ſecunda pars non erat in ſupplicatione, ſed in ſignatura fuit addita.

XXIII.

Si orator dicat, dum penderet lis, inter primum & ſecundum ſuper beneficio, coram Iacobatio: coram quo fuerunt tenti aliqui termini, citra concluſionem cauſæ, ipſe hoc ignorans prætendens habere melius ius in beneficio, fecit committi cauſam contra primum Achillem, per quem tantùm eſt decreta citatio. Ideo ne coram duobus litigetur ſuper eodem beneficio, petat auocari cauſam ab Achille & committi Iacobatio, ſignatur Placet.

XXIV.

Si orator quis petat committi cauſam appellationis à decreto executorialiū per D. Achillem, & nimis modica taxatione expenſarum, & nullitatis ſententiarum, ſine præiudicio legitimæ executionis, ſignatur Placet.

XXV.

Si orator qui ſupra proximè impetrauit, dicat cauſam dictarū appellationis, & nullitatum cōmiſſam Iacobatio, & diſpēdioſum eſſet oratori, coram diuerſis contendere, an executio dictarum ſentētiarum fuerit, & ſit legitima. Ideo petat mandari eidem Iacobatio, vt ad vlteriorem dictarum ſententiarum executionem procedat ſi ſit facienda, cum opportuna illius auocatione ab Achille, ſignatur Placet.

XXVI.

Si orator Diœceſis Conſtātienſis presbyter, dicat ſe de facto captū fuiſſe, & incarceratum à quodam alio Plebano, & nullam iuriſdictionem habente, in cuius domo per aliquot dies fuit incarceratus, & alijs iniurijs, & ignominijs affectus: deinde ab eo relaxatus, mediante iuramento, coactus fuit promittere etiam in forma Cameræ etiam cum fideiuſſoribus ꝙ contra ipſum, nec eius ſatellites aliquo modo procederet de iure, vel de facto, nec eos moleſtaret, & ꝙ abſolutionem à iuramento non peteret, nec impetrata vteretur, & orator poſtea relaxatus ſe tranſtulit ad Epiſcopū Conſtantienſem,

sem, cuius mandato asserebat dictus plebanus se hoc fecisse, qui illum etiam verbis iniuriosis affecit, & per quindecim dies arrestauit. Deinde per commissarios ab eo deputatos, innocens declaratus qui illum coegerunt, mediante iuramenro ad promittendum, ꝙ dictum plebanũ alibi quàm coram Episcopo non conueniret, & ideo orator qui existimauit iniuriam ad mille aureos, petit absolui à iuramento & committi causam in partibus super iniurijs, &c. signatur Concessum.

XXVII.

Si orator, qui obtinuit vt supra proximè dicat iudices deputatos in partibus se alijs occupatos asserentes, alteri subdelegasse, qui subdelegatus asserens sibi constare, quod dicto oratori tutum non foret, coram eo comparere, & litigare & illum defendere non posse, causam ad sedem apostolicam remisit, & se excusauit, ideo orator frustratus commissione sua, petat constito de assertis, causam de qua supra in Rota committi cum potestate liberandi fideiussores, signatur

Placet. Aduerte, quod illa verba, constito de assertis, fuerunt addita in signatura.

XXVIII.

Si orator, qui primò in partibus super beneficio contra aduersarium, & deinde in Rota causam committi fecit, tacendo primam commissionem in partibus factam, petat ad euitandas causas suspicionum, quæ coram delegatis sæpe fiunt, & ne de viribus commissionis dubitetur committi auditori, cui causa secundo loco erat commissa vt prima commissione non obstante, in causa procedat, signatur

Placet. Aduerte, quod ibi signatur simpliciter, & tamen nulla fit mentio in supplicatione vt moris est, quatenus causa non esset instructa in partibus.

XXIX.

Si causa est commissa D. de Flores, propter cuius absentiam, quasi omnes alij auditores in eius loco sunt subrogati, & vnus auditor ad instãtiam oratoris in causa procedit, alter etiam instantiam aduersarij procedit, & alteri alter inhibet tanquam ambo subrogati in locum D. de Flores. Ideo ne disputetur super iurisdictione istorum, petat orator causam huiusmodi committi alicui alteri ex subrogatis D. de Flores reassumendam, & terminandam &c. signatur Placet.

XXX.

Si orator dicat, vigore obligationis in forma Cameræ, pro qua est obligatus ad pœnam, quod ab aduersario, ac procuratore fiscali, illo instante, propter pœnam pro parte Cameræ apostolicæ ob non solutionem applicandam. coram Auditore Cameræ se fuisse tractum, coram quo præcipitanter, & inordinatè procedendo fecerunt primum debitum confiteri & dicat se non sperare consequi coram Auditore Cameræ iustitiæ complementum, & quod grauis est summa, ascendens summam quingentorum ducatorum, & orator contentus sit stare vnicæ sentẽtiæ in Rot. & summario processui, vt in beneficialibus, ideo petat causam auocari ab Auditore Cameræ & alicui ex auditoribus Rotæ committi, signatur Placet.

XXXI.

Si orator, contra quẽ fuit obtenta supra proximè dicat aduersarium, qui supradictam impetrauit, quærere diffugiũ solutionis, & ꝙ Auditor Cameræ est ordinarius, nec tractatur de summa quingentorum, sed tantum trecentorũ quinquaginta ducatorum, & ꝙ nullus est in curia, qui possit pro aduersario polliceri, de stando vnicæ sententiæ, & ꝙ non est opus sententia, sed executione, ideo petat mandari Auditori Cameræ vt procedat in causa præfata, de qua supra, commissione non obstãte. Vel si hoc negetur, ꝙ committatur eidem Auditori Rotę per aduersarium impetrato, vt in causa procedat quemadmodum Auditor Cameræ potuisset, ex vi cõtractus in forma Camerę, per viam declarationis, &c. signatur Placet de secunda parte.

XXXII.

Si orator qui obtinuit supra proximè, dicat stilum Auditoris Cameræ non esse scriptum, & à nonnullis posset deduci in dubium, an Auditor absque probatione dicti stili & ante discussionem, si pœna debetur, vel non debetur, ad declarationem huiusmodi, contra eundem aduersarium deueniri posset. Et quia stilus Cameræ, & modus procedendi in similibus est notus S. V. & ne causa crediti impediatur propter causam incursus pœnæ, ideo petat mandari Auditori, vt præmissis non obstantibus, absque aliqua tela iudiciaria, vel terminorum substantialium obseruatione, ad declarationem dictæ excõmunicationis sententiæ, per eundem Auditorem Cameræ in aduersarium fulminatæ dumtaxat cognitione causæ incursus dictæ pœnæ, ad aliud tempus sibi reseruata: ad declarationem, & litterarum traditionem, prout idem Cameræ Auditor facere posset, si coram eo procederetur, & modo quo supra procedat, &c. signatur Placet.

XXXIII.

Si orator, contra quem est supra proximè impetrata, dicat se vnica sententia ab Auditore Cameræ, & super credito, & super pœna ob illius non solutionem condẽnatum, & excommunicatum, & nulliter, & cupiat simul & semel

mel etiam ab Auditore Rotæ cognosci & pronunciari, nec ad instantiam aduersarij, qui de hoc in sua proximè non fecit mētionem, causam incursus pęnæ differri. Ideo petat mandari Auditori, vt etiam in causa prætensi incursus pęnarum vlterius prout sibi videbitur coniunctim, vel diuisim procedat, & terminet prædicta commissione non obstante, signatur Placet. Aduerte quod illa verba, prout sibi videbitur, fuerunt addita in signatura.

XXXIIII.

Si orator dicat, causam appellationis à sententia lata contra eum commissam D. de Flores, propter cuius absentiam ab oratore fuit imperata commissio, & causa commissa Egidio, & per aduersarium pariter impetrata, & commissa Iacobatio, cuius per aduersarium prius prorogata fuit iurisdictio, licèt postea ad Egidium conuolauerit, & orator dubitans de viribus processus, petat committi, vt Iacobatius impetratus ab aduersario procedat, in quē ipse paratus est consentire. Et ipse Egidius in causa huiusmodi, in fauorem aduersarij contra ipsum oratorem iudicauerit, & propter hoc sit sibi suspectus. Ideo petat mandari Iacobatio, vt in causa procedat, signatur Placet.

XXXV.

Si orator, contra quem est obtenta supra proximè dicat, sententiam latam per dictum Egidium fuisse tantùm in possessorio, & nunc agi petitorio, & quod Egidius iam acta causæ viderat, & aduersario intimatum, quod Egidius volebat ponere causam, & quod Iacobatius multis negotijs implicitus, asserit huiusmodi causæ expeditioni intendere non posse. Ideo petat mandari Egidio, vt in causa procedat, non obstante supra proximè, signatur Placet.

XXXVI.

Si orator dicat, quod lata diffinitiua sententia contra eum, tanquam spoliatorem officij scribæ senatus Vrbis, & ab ea appellato obtinuisse causam huiusmodi, ac nonnullorum emolumentorum per aduersarium perceptorum ad ipsum spectantium committi D. Gulielmo de Peretijs, qui super spolio, ommisso negocio emolumentorum iam instructo, confirmatoriam promulgauit, à quo iterum appellato, causa appellationis, tam pro parte oratoris, quàm aduersarij fuit commissa Domino Castellimaris, ad quam audiendam, orator Episcopum Nucerinum, Aduersarius verò D. Antonium de monte, auditores subrogatos elegerunt. Quare ne contingat coram diuersis iudicibus litigare, petat committi pręfato D. Episcopo Nucerino, vt causam appellationis, ac emolumentorum, ac omnes alias causas audiat, signatur Placet constito de assertis.

Cap. III. de cumulatiuis diuersorum iudiciorum.

I.

Si petitur, vt Auditor idem iudicet super causa principali, & super causa appellationis à grauamine, signatur Placet.

II.

Si petatur, quod facto sequestro iuxta clem. primam, & violato per illum, qui obtinuit sententiam pro se, vt ante omnia iudex appellationis procedat super attentatis, & violatione sequestri, signatur Placet.

III.

Si causa est commissa super attentatis, & spoliatus petat, quod iudex procedat in causa spolij, & attentatorum simpliciter, vel simul cum negocio principali, seu petitorio, super quo instructa est, arbitrio auditoris, prout ei melius videbitur procedat, &c. signatur Placet.

IIII.

Si quis obtinuit causam committi contra intrusum, super molestationibus, & perturbationibus &c. & petat, vt idem Auditor, super beneficio & eius proprietate procedere possit, signatur Placet.

V.

Si orator qui post articulos datos, & ferè omnes terminos per eum seruatos, contra quē opponitur de attentatis per aduersarium, petat, quòd nisi aduersarius docuerit de attentatis per eum allegatis, infra terminum sibi arbitrio Auditoris præfigendum, super negocio principali, & attentatis simul, & semel procedat, signatur Placet.

VI.

Si fuerint allegata quasi in fine causæ attentata, & Auditore dederit illi terminum ad probandum attentata, & orator petat quòd Auditor, si ille non probauerit attentata infrà terminum præfixum, procedat in causa attentatorum, & principali simul & semel, vel in negocio principali tantum, signatur Placet.

VII.

Si orator, qui obtinuit tres sententias, & executoriales contra partem grauatam, & reaggrauatam &c. dicat partem habuisse recursum ad iudices seculares, qui fecerunt sequestrari rem de qua agitur, inhibendo colonis, &c. petat, quod idem auditor procedat contra iudicem secularem ad sententiam excommunicationis & alias pœnas etiam pecuniarias eius arbitrio taxandas, signatur Placet.

Si

VIII.

Si dicatur, ꝙ sequestrum de quo supra proximè fuit factum post decretum executorialium & eius intimationem, ante tamen declarationem, aggrauationem, &c. petat, vt stent præmissa, nec argui possint vitio subreptionis, signatur Placet.

IX.

Si orator religiosus timens excommunicari propter condemnationem, petat se admitti ad beneficium cap. Odoardus, signatur Placet prout de iure.

X.

Si orator petat, ꝙ iudex ad quem possit cognoscere de attentatis lite pendente corā quibuscunque alijs auditoribus in prima instantia, quia Regestum & processus sunt penès iudicem ad quem, signatur Placet.

XI.

Si orator in causa beneficiali pendente in Rot. inter alios. & surrogatus in iuribus defuncti petat pro suo interesse admitti ad prosecutionē causæ in eo statu, in quo est, &c. signatur Placet. Aduerte, quòd non dicit cōstito de interesse, vt communiter signatur.

XII.

Si orator petat, vt Auditor Rotæ procedat super grauamine propter quod pars aduersa appellatur, fecit illi committi causam, & super negocio principali simul audiat causam, signatur Placet.

XIII.

Si orator in causa, in cuius fauorem est lata sententia, & postea appositum sequestrum, dicat aduersarium vsurpasse, & attentasse, & sequestrum violasse, & petat committi Auditori causam huiusmodi attentatorum, ad incursus censurarum, & pœnarum, in clem. prima contentarum, signatur Placet.

XIIII.

Si orator dicat, lite pendente in Rota, se spoliatum fuisse beneficio ab aduersario, & petat committi eidem Auditori, vt discussa primò materia attentatoria, & innouatorum, constito sibi de intrusione, & spolio lite pendente facto in causa prædicta, suspensis & prætermissis omnibus alijs ad discussionem attentatorum, & spolij procedat, signatur

Placet de commissione causæ.

XV.

Si orator, qui emit hæreditatem, & sibi cessa fuerunt iura, sit mota lis super dicta hæreditate in Rota, & petat orator committi eidem auditori causam contra illos, qui cesserunt, & ad effectum etiam vt possit lis eis intimari, & ꝙ litem in se suscipiant, & oratorem defendant, prout de iure tenentur, etiam super damnis, & interesse ex causa emergentibus, signatur Placet.

XVI.

Si orator dicat, patruum suum, cuius est hæres, deposuisse quædam bona, penès Abbatissam vnius Monasterij, qua mortua, quia alia Abbatissa & moniales denegabant illa bona restituere, orator contra illas fecit committi causam in Rota super spolio, qui orator forte considerans sibi non competere actionem restitutoriam, sed potius rei vendicationem per specialem commissionem obtinuit, mandari auditori, vt præmissis non obstantibus ad vlteriora procederet, partibus iustitiam ministrando. Nunc eidem orator dubitans, ne forte directa rei vendicatio, sed publicana, vel alia actio sibi competat, petit mandari auditori, vt ad vlteriorem expeditionem causæ ex quauis actione, oratori ius competat, iuxta legitimè probata, partibus iustitiam ministrando, signatur Placet.

XVII.

Si contra Martinum fuerunt latæ duæ sententiæ in partibus, & postea tertia in Rota per Iacobatium, & Martinus dicat, processum in partibus in ciuitate Bononiæ factum, in aliqua parte falsum & satis apparenter. Et Notarij banchi Potestatis Bononiæ, qui fecerunt dictum processum, molestantur coram Potestate Bononiæ, & præfati Notarij dicant non fuisse aliquam falsitatem dolosam, sed errorem Notarij, prout solet in exemplando sæpius committi, & ꝙ Iacobatius non obstante dicta falsitate allegata, pronunciauit sententias exequendas, & ideo oratores Notarij petant causam prætensarum falsitatum, quę plenè in Rota deductæ, discussæ, & reiectæ fuerunt, & diffamationum, & super iniurijs, committi eidem Iacobatio, cum potestate inhibendi officialibus Bononiæ, &c. signatur Placet.

XVIII.

Si oratores Notarij de quibus supra proximè, dicant per Iacobatium fuisse inhibitū dictis officialibus Bononiensibus. Qui tamen illis contentis procedunt eo prætextu, ꝙ oratores (vt asseritur) ad mandatum dominorū sexdecim dictæ ciuitatis, eis factum, & aliàs iusto timore coacti, præinsertam cōmissionem, per ipsos, seu eorum mandato obtentam non fuisse asseruerunt; ideo petant, non obstantibus prædictis, iterum inhiberi dictis officialibus sub pœna priuationis officiorum, & duorum millium ducatorum, &c. signatur Placet.

XIX.

Si orator dicat, causam instructam coram Iacobatio tamquam subrogato Domini de Flores, qui vidit Regestum causæ, & illum ad Rotam,

tam,animo expediendi causam detulit. Deinde Triuultius fuit in locum Domini de Flores subrogatus, & in causis olim coram eo pendentibus subrogatus, causam prædictam, vnà cùm omnibus alijs coram dicto de Flores pendentibus,generaliter,(vt dicitur)reassumpsit.Ideo petat orator, attentis præmissis, non obstantibus prædictis,ꝙ idem Iacobatius in causa procedat, signatur Placet parte legitimè citata.

X X.

Si oratores Astéses minores xiij. xv. & xvj. annis,respectiuè constituti, dicant, dicto tempore minoris ætatis liberasse quendam eius curatorem, & eius patrem à ratione administrationis tutelæ, & illis quietasse quandam Domum & remisisse cum iuramento,& de non petendo relaxationem ab eo, nec illa impetrata vti, & dicti minores volentes dictum instrumentum rescindere, & annullare. Deinde coram ordinario petierunt ad hunc effectum, relaxationem iuramenti, & latis hinc inde sententijs,causa fuit commissa in Rota, ac eis relaxatum iuramentum. Et vt citius causa finiatur,& si prius dentur tres sententiæ super nullitate dicti instrumenti longum esset, anteque possent habere rationem administrationis, & domum suam, ideo petât committi eidem auditori, vt causam, & causas tam nullitatis, & iniquitatis dicti instrumenti, & liberationis, quàm redditionis rationis, & relaxationis dictæ domus per aduersarium occupatæ, coniunctim,vel diuisim, prout oratoribus expediens erit, summariè, &c. sine figura iudicij, &c. signatur Placet arbitrio Auditoris.

X X I.

Si orator petat mãdari auditori,coram quo causa est commissa, quò ad alios super beneficio, vt illum admittat pro suo interesse, etiam litteris non expeditis, cum clausulis, signatur Placet.

XXII.

Si orator dicat, se possedisse beneficium per quatuor annos,& ab aduersario in iudiciũ tractum, qui post obseruationem omnium terminorum suspendit petitorium asserens se spoliatum, & orator petat pręfigi aduersario tempus arbitrio Auditoris super spolio,quo elapso, & ei non legitimè, & non sufficienter constito in causa tam petitorij quàm prætensi spolij simul,& semel procedat,ac super vtroque cognoscat,& vnico contextu pronunciet, signatur Placet. Aduerte, ꝙ in similibus casibus, solet poni post verbum simul, & semel, &c. Prout sibi melius visum fuerit, & hic non fuit appositum, nec aliud simile.

X X I I I.

Si orator,contra quem aduersarius obtinuit cõmitti Auditori causam nullitatis cuiusdam processus,& subreptionis litterarũ Apostolicarum pensionis,petat committi eidem Auditori, vt in euentum, in quem falsam huiusmodi nullitatem, & subreptionis assertionem fore repererit, omisso articulo subreptionis,& nullitatis prædictæ,ad decisionem negocij principalis,pro parte aliàs fouente iustitiam, procedat, signatur Placet.

X X I V.

Si orator dicat eius aduersarios, litis consortes, vigore Remissoriæ, nonnullos testes in iudicio possessorio, post petitorium per oratorem suspensum, examinatos, credatque orator nonnulla in eis esse,quæ ad expeditionem causæ eiusdem oratoris in eodem iudicio petitorio conferunt. Et cum non de oratoris,sed aduersariorũ testium attestationibus agatur,quique etiam, non super interrogatorijs eiusdem oratoris,sed super articulis eorundem met aduersariorum,ea fuerint attestati,& cum de testibus vigore remissoriæ examinatis agatur, sicque affuturis, pro quibus oratori suspenso petitorio; examen etiam de testibus in Rom. Cur. productis non fuisset denegatum,præsertim cum possibile sit, nonnullos ex illis fore mortuos, ex quo, vt ex eorum attestationibus constat,sunt satis antiqui. Et cum ex hoc nõ fiat alicui præiudicium, sed solùm, & dumtaxat faciliori expeditioni causæ pro iustitia, & minoribus partium sumptibus indulgeatur. Ideoq; orator petat mandari auditori,vt testibus prædictis,sic vt præfertur examinatis,etiã quo ad concernentia petitorium, perinde ac si super eo tunc fuisset actum, & illud nullatenus fuisset suspẽsũ,fidẽ aliàs adhibeat,&c. signatur Placet. Hæc commissio haud bene intelligitur, tamen quantùm coniectura consequi possumus, videtur concedere, ꝙ testes examinati in iudicio possessorio fidem faciant in petitorio,quod est contra ius,ideo aduerte.

X X V.

Si orator dicat, obtinuisse rem iudicatam contra aduersarium, quo defuncto obtinuisse decerni processum contra omnes sua interesse putantes, & petat committi Auditori, vt constito sibi de præmissis, reiteret terminos vnico contextu, & rem iudicatam contra omnes, & singulos sua interesse putantes sub excõmunicationis pœna,&c.executioni mandet,signatur Placet de reiteratione, & in alijs prout de iure.

X X V I.

Lite pendente in Rota inter capitulum, & canonicos ex vna,& Episcopum Salamitanum ex altera, fuit ab vtraque parte attentatum, & factum Regestum super attentatis vltra duo millia

millia foliorum, vt consulatur vtilitati partiũ, petunt canonici oratores committi Auditori causæ, vt attentata coram eo deducta, pro parte sua vnà cum negocio principali audiat, & Episcopo præfigat terminum ad docendum de attentatis per eum deductis, quo elapso & non docto, causas attentatorum, & negocij principalis pariter, & simul audiat, signatur Placet.

XXVII.

Si orator, qui dicat, se fuisse spoliatum monasterio super quo agebatur à procuratore aduersarij, & ideo dedisse de attentatis, sed quia oratori est difficile probare instrumentum factum ab aduersario de capienda possessione, petat committi Auditori, coram quo causa pendet, vt causam spolij simul vel separatim à causa negocij principalis, prout sibi videbitur, terminet, signatur Placet.

XXVIII.

Si orator dicat in partibus litigasse super iure decimandi, primò coram ordinario, & successiuè causa per appellationem esset deuoluta ad Metropolitanum, occupatores Decimarum aduersarij à quodam conficto grauamine appellarunt, vt negocij principalis expeditionem impedirent, quia orator obtinuit causam conficti grauaminis, & negocij principalis cõmitti Domino Episcopo Flores, & quia dubitatur an præfatus Episcopus Audi. in huiusmodi causa, omisso appellationis articulo, in causa principali procedere possit, & ideo petat eidem committi, vt super articulo grauaminis, & negocij principalis causam simul audiat, signatur Placet.

XXIX.

Si orator in præinserta dicat, ꝙ acta habita coram Metropolitano haberi non possint, & ideo dubitari, an Auditor, cui causa appellationis, & negocij principalis per preinsertam cõmissa fuit, caum negocij principalis, hinc inde instructam, præsertim per acta habita coram ordinario iudice prioris instantiæ terminare possit, omisso articulo grauaminis, & actis habitis in cur. dicti Metropolitani, & ideo petat committi eidem Episcopo, vt super huiusmodi causa principali, ex processu habito corã iudice prioris instantiæ, & alijs coram eo probatis procedat, omisso articulo prætensi grauaminis, & actis curiæ Metropolitanæ, signatur Placet constito de assertis, & refectis expensis.

Cap. IIII. de commissionibus diuersorum incidentium.

I.

Si petitur remissoria in causa cõmissa, semper signatur Placet arbitrio auditoris.

II.

Si petitur commtti aliquid eidem Auditori, cui causa est cõmissa, additur, & coram quo pendet indecisa, signatur Placet.

III.

Si appellans à grauamine, qui obtinuit causam grauaminis committi cum principali, postea petat, vt omisso articulo grauaminis, ex aliqua iusta causa procedatur super principali, signatur Placet constito de assertis, & refectis expensis.

IIII.

Si petitur, vt constito de obitu, & legalitate Notarij, qui rogatus fuit de instrumento per notarium causæ, illud extrahi possit, illique postea sic extracto plena fides adhibeatur, signatur Placet.

V.

Si petitur, vt postquam semel dictum instrumentum per alium, vt supra ad instantiam alterius prætendentis, ne iterum Nota notarij defuncti producatur, signatur Placet arbitrio Auditoris.

VI.

Si petitur, quòd processus factus in partibus producatur coram Auditore infra terminum, aliàs sine eo procedatur, signatur Placet.

VII.

Si condemnatus, & excõmunicatus per contradictas, qui à die notitiæ appellauit, & causam appellationis cõmitti fecit, peta, vt à Dominica proxima palmarum, vsque ad octauam Pascatis Dominicæ Resurrectionis cum reincidentia, à censuris absoluatur, signatur Placet.

VIII.

Si fuit semel concessa remissoria pro testibus examinãdis ad partes, & postea ne ius partis pereat, petatur alia remissoria, signatur Placet arbitrio Auditoris. & aduerte, quia hoc fuit factum ibi in fauorem quarumdam Monialium Angliæ.

IX.

Si orator obtinuit causam committi litteris non expeditis, dummodo expediat illas infra terminum ad articulãdum, & pars aduersa petat quia potest dubitari de validitate iurisdictionis auditoris, eo ꝙ infra terminum ad articulandum illas non expediuit. Et tamen pro parte sua omnes terminos seruauit, quatenus salua quacumque nullitate, & non expeditione litterarum, aut aliàs ex causa aduersarij insurgente, reseruata actione ipsi oratori contra suũ aduersarium, cum sibi visum fuerit excipiẽdi, Auditor causam decidat. Addit signatura, vel si magis placet, eidem auditori committere, & mandare, vt nisi pars aduersa infra terminum

decem

decem dierum probauerit se expediuisse bullas infra terminum ad articulandum iam per oratorem obseruatum, attento ꝙ proxima pręinserta per aduersariũ obtenta, iam anno elapso obtenta fuit, & decreta citatio ad instantiã aduersarij, & pars venit ex Portugalia ad Vrbem, ex tunc pronunciet, se nullam habere iurisdictionem, partem aduersam in expensis condemnando, signatur

Placet de secunda parte.

X.

Si orator beneficij dubitet molestari super sua possessione, licet lis peudeat in Rota, petat inhiberi iudici à quo, & etiam parti sub censuris, & pœnis etiam pecuniarijs ne lite pendente aliquid innouetur in præiudicium litis pendentiæ, & iuris oratoris, signatur Placet.

XI.

Si fuerint hinc inde deducta, attentata, vna pars dicat immensum fore Regestum, super attentatis, & causam attentatorum, & principalem, eãdem exigere probationem, & ideo perutile fore pro vitandis laboribus, & sumptibus, vt simul, & semel expediatur causa principalis cum attentatis. Additur in supplicatione, de attentatis deductis pro parte oratoris, in alijs attentatis deductis per aduersarium, nisi infra aliquem breuem terminum, aduersarius de illis docuerit, easdem causas attentatorum simul & semel, prout auditori placuerit, terminet, & decidat, &c. signatur Placet.

XII.

Si petatur, vt possit fieri executio brachij secularis contra condemnatum, & quòd possit fieri taxatio expensarum, nõ obstantibus ferijs etiam de mense Augusti, signatur Placet.

XIII.

Si orator Monacus pro verificatione paupertatis, vt se iuuet remedio c. Odoardus, petat Monacos, & alios religiosos in Curia existentes per Auditorem causę posse compelli ad testificandum, & sub excommunicationis pœna, siue licentia superiorum, signatur Placet.

XIIII.

Si orator superuenientibus ferijs non potuit ab Auditore absolui à certis friuolis censuris in partibus latis, licèt iudicialiter concluserit in causa, & petat, quòd Auditor solus absoluat eum, si sibi cõstiterit, censuras fuisse iniustè latas, ferijs non obstantibus, signatur Placet.

XV.

Si fuit commissa causa cõtra aliquem extra curiam, & petatur quòd constito summariè, sine strepitu, & figura iudicij, ac extra iudicialiter, quòd oratori, ad reum citatum, tutus non pateat accessus, per edictum citari possit, is, signatur Placet.

XVI.

Si fuerit appellatum à Vicario in partibus ab interlocutoria & causa commissa in Rota, & præfatus Vicarius, quia pars appellata noluit procedere in causa principali, illam excommunicauit, post commissionis præsentationem & decretum citationis, ante tamen illius executionem, & orator petat absolui, si & prout iustum fuerit, signatur Placet.

XVII.

Si orator, de quo supra proximè, dicat eo existente in partibus fuisse excommunicatum pro quadam summa pecuniaria Romæ, & dubitet de dicta excõmunicatione opponi, & commissionem, & acta & attestationes, ideo nullas, & petat se absolui ad cautelam ad effectum huiusmodi appellationis prosequendę, & ꝙ actis, & attestationibus fides adhibeatur, & in causa Auditor procedat, prout de iure fuerit, signatur Placet.

XVIII.

Si orator excommunicatus, grauatus, & reaggrauatus, &c. petat absolui de consensu aduersarij, ad cuius instantiam fuit excommunicatus, &c. signatur Placet de consensu.

XIX.

Si orator, qui egit petitorio contra intrusum, & causa instructa, ita ꝙ non restabat, nisi ꝙ Auditor pronunciaret in vltima audientia, & quia instabant feriæ, intrusus ad euitandum sententiam, alleget nouum spolium, expectando ferias, ideo orator petat, vt Auditor præfigat terminũ aduersario ipsius arbitrio, ad probandum spolium per eum allegatum, quo elapso, si non probauerit spolium per eum allegatum, causam super petitorio, & possessione, adhibitis secum duobus coauditoribus suis decidat, & terminet, ferijs ac etiam alijs non obstantibus, signatur Placet.

XX.

Si orator, qui obtinuit três sẽtẽtias, & executoriales cõtra partem grauatam & reaggrauatam, &c. dicat partem habuisse recursum ad iudices seculares, qui fecerũt sequestrari rem, de qua agitur, inhibendo colonis, &c. petat, ꝙ idem Auditor procedat contra iudicem secularem ad sententiam excommunicationis, & alias pœnas etiam pecuniarias, eius arbitrio taxandas, signatur Placet.

XXI.

Si orator petat, ꝙ in causa attentatorum, in qua est conclusum, & quæ fuit posita inter Dominos in vltimis audiẽtijs, in qua aduersarius, non obstante lite attentauit, petat ꝙ Auditor adhibitis secum duobus, aut tribus coauditoribus procedat, non obstantibus ferijs, signatur. Placet.

Si ora-

XXII.

Si orator in causa nouem millium ducatorum, (& erat Cardinalis Borgia,) petat, quòd procedatur in ea, vt in beneficialibus, & reiteratione vnico contextu, signatur Placet.

XXIII.

Si orator, qui obtinuit contra aduersarium omnes censuras, præter inuocationem bracchij secularis, petat posse procedi ad bracchiũ seculare, ferijs etiam Augusti non obstantibus, signatur Placet.

XXIIII.

Si orator, qui obtinuit sibi prouideri de beneficio, dicat eius aduersarium expediri fecisse litteras reseruationis, super eo beneficio, mortem vltimi possessoris, & post ius eidẽ oratori quæsitum, ideo petat committi Auditori, quatenus constito sibi etiam per indicia, ꝙ dictæ litteræ reseruationis, post obitum vltimi possessoris, & ius eidẽ oratori quæsitum, expeditę fuerint, & per illam expeditionem, ius eidem oratori quæsitum tollatur. Et petat aduersario certum terminum præfigi, arbitrio Auditoris statuẽdum, infra quem de supplicatione originali, cuius vigore præfatæ litteræ reseruationis, & prouisionis, vel ꝙ ille ante vacationem dicti beneficij expeditæ fuerint, docere teneatur, quo termino elapso, nisi alterum ex præmissis, legitimè docuerit, reiectis dictis litteris reseruationis, perinde ac si nõ emanassent iudicet, &c. signatur

Placet quatenus tollatur ius quæsitũ. Aduerte, ꝙ reseruatio de qua supra, erat facta tempore Alexandri, & commissio facta tempore Iulij.

XXV.

Si orator dicat causam mercantilẽ, quę verificatur & deciditur ex libris rationum, & ex alijs scripturis societatis, alleget & petat mandari Auditori, vt vocatis secum, & adhibitis aliquibus mercatorum, in similibus expertis, eius arbitrio in euentum contradictionis eligendis, qui libros dictæ societatis diligenter videant, & demum pro rei veritate iuxta eorum peritiam, Auditori referre habeant, signatur Placet arbitrio Auditoris.

XXVI.

Si orator petat, quod reiecta calumniosa & impossibili materia prętensorũ attentatorum, procedat ad expeditionem causæ, quæ hinc inde reperitur instructa, signatur

Placet. Nisi præfixo termino ad verificandum attentata, illa verificauerit.

XXVII.

Si orator petat committi Auditori, vt summariè, &c. ac sola facti veritate inspecta procedat, absque aliqua terminorum obseruatione, aut quatenus opus sit illis reiteratis ad declarationem annullationis & incursus pœnarum de quibus in Regula, de Annali possessore, signatur Placet.

XXVIII.

Si orator dicat, supplicatiõẽ in actis productam super quadam concordia, in substantialibus discordare à Bulla desuper expedita, & petat præfigi terminum peremptorium aduersario, infra quem de supplicatione, ac prætensa Bulla approbationis concordiæ concordante docere habeat & teneatur, aliàs causam non ex Bulla concordiæ, sed ex supplicatione ponderet, ac terminet, signatur

Placet, & quatenus tollatur ius quæsitum.

XXIX.

Si dicatur bullam productam per aduersarium discordare à sumpto producto per oratorem, quia in sumpto non est apposita clausula, reseruationis familiaritatis quondam Cardinalis, &c. nec verba illa comprehenduntur, & Bulla originalis sit suspecta, ideo petat statui terminum aduersario ad supplicationem originalem producendam, alioquin, &c. signatur

Placet, quatenus tollatur ius quæsitum.

XXX.

Si orator petat aliquem excommunicatum ad instantiam creditoris absolui, vt possit perhibere testimonium in causa sua, ne veritas pereat, & quòd committatur Auditori Cameræ, qui illum excommunicauit, vt illum ad effectum depositionis in causa huiusmodi duntaxat sine pręiudicio creditoris & à dicta sententia, & à quacunque alia excommunicatione, in qua forsan innodatus existeret, absoluat vt eius dictis & depositionibus, si nihil aliud canonicum opponatur, si examinabitur, plena fides adhiberi possit, signatur Placet.

XXXI.

Si orator dicat, bullas reseruationis Papæ alicuius beneficij, post dicti beneficij vacationem & post ius oratori quæsitum expeditas, & apud acta causæ productas, quæ sine supplicatione expeditę creduntur, cum data ante vacationem dicti beneficij. Ideo petat committi Auditori, vt dicto aduersario aliquem breuem terminum competentem pręfigat, infra quem de supplicatione saltẽ in Data cum dictis litteris concordante docere debeat, infra quem si non docuerit, illis reiectis, ad expeditionem causę procędat, &c. signatur

Placet, quatenus tollatur ius quęsitum.

Et aduerte ꝙ in dicta bulla reseruationis, non solum erat reseruatio, sed etiã prouisio ex nunc, put, ex tũc, &c. per accessũ vel decessũ.

XXXII.

Si orator aduersarius stãte pręinserta proxima, dicat per subrectiones siue manus offi-

cialium in eis appositas satis ostendi, dictas litteras reseruationis ante vacationem dicti beneficij, seu prætensum ius quæsitum, verisimiliter expeditas, & ad alterius præiudicium non emanasse, nec aliquam rationem seu præsumptionem cõtrariam esse, & similes reseruationes sæpe solo nutu Pontificis absque alia supplicatione per solam expeditionem bullarum fieri consueuisse. Ideo petat, cum nulla sit sinistra suspicio contra dictas litteras, & in dubio sit pro eis præsumendum, vt committatur Auditori, vt nisi aduersarius infra aliquem breuẽ terminum verificauerit, ꝙ dicta reseruatio & dictæ litteræ post prætensum ius quæsitum obtentæ, seu expeditæ fuerint, præinserta cõmissione, in qua oratorem ad docẽdum de supplicatione concordante videtur astringere reiecta in causa procedat, signatur Placet.

XXXIII.

Si orator dicat, testes impediri per aliquẽ, vel aliquos, quominus deponant, & petat mandari auditori, ꝙ illos possit excommunicari, & interdicere, &c. signatur Placet.

XXXIV.

Si orator, cui est concessa Remissoria arbitrio auditoris, dicat ferias instare, & ne tempus consumetur, petat, quòd ipse solus in domo articulos & materias ad probandum in partibus admittat, & remissoriam decernat iuxta tenorem primæ commissionis. Additur, habitis duorum suorum coauditorum votis, signatur Placet.

XXXV.

Si Abbatissa prætendat se spoliatam à coadiutrice sibi data, & petat ipsam, & Moniales eiectas, ante omnia restitui, & eis victum & vestitum dari, & oratrici de expensis litis prouideri, & quòd pendente lite non priuetur Abbatissa regimine Monasterij, &c. signatur Placet prout de iure.

XXXVI.

Si petatur, ꝙ in his quæ in præinserta proxima petuntur absque tela iudiciaria, & ordinis iudiciarij obseruatione procedatur, &c. signatur Placet.

XXXVII.

Si orator dicat, Ioannem vigore reseruationis sibi concessæ, & processuum desuper habitorum, omnia & singula beneficia tunc vacantia sub dicta reseruatione cadentia, cum protestationibus consuetis in genere coram Petro Notario acceptasse, & Ioannes in mente generet aliquam parochialem, quæ tempore generalium acceptationum, sub ipsa reseruatione comprehendebatur: ac se illam acceptare, ac ipsam vigore dictæ acceptationis in genere quandocumque vellet in specie supradicta ecclesia more Curialium Romanam Curiam sequentium extendere posse renunciet dictæ ecclesiæ Martino, & omni iure sibi competenti, & Martinus mortuo dicto Petro Notario, petat vt mandetur dicto auditori causæ, vt constito sibi de obitu, & legalitate dicti Petri Notarij, & de dicta generali acceptatione, rogati de consensu dicti Ioannis ex nota generali supradicta instrumentum acceptationis specialis per Notarium causæ extrahi mandet. Et illi sic extracto fidem adhibeat, ac si à principio in eadem forma speciali per eundem Notarium defunctum sic publicatum fuisset, &c. signatur Placet.

XXXVIII.

Si orator, qui appellauit à iudice in partibus, dicat nunquam processum habitum in partibus vidisse, nec habuisse, nec potestatem illum habendi habere, & sine illo posse ad vlteriora procedi, ideo petat committi Auditori causæ, quòd etiam si de dicto processu habito in partibus non constet, ad decisionem causæ procedat, & iustitiam faciat, &c. signatur Placet.

XXXIX.

Si orator qui obtinuit, vt supra proximè, dicat verba de quibus supra. s. se non vidisse, nec posse habere dictum processum, &c. esse negatiua, nec illa posse probare: Ideo petat statui aduersario terminũ competentem, infra quem prædictum processum factum in partibus, si eo vti voluerit, producere debeat, alioquin eo elapso, causam pro fouente iustitiam decidat, signatur Placet.

XL.

Si altera pars dicat, se grauatam ex præcedentibus proximè commissionibus, & ad partem aduersam de iure spectare dictos processus afferre: & ꝙ in processu habito in partibus sunt examinati testes, & iura producta, &c. quę si auditor vidisset, non tulisset sententiam contra eum. Ideo petat aut sibi dari terminũ quatuor mensium ad afferendum ex partibus dictum processum, aut remissoriam, &c. signatur Placet ad electionem Aduersarij.

XLI.

Si orator petat, ꝙ Auditor solus in domo sua proroget fatalia ad prosequendam appellationem, non obstantibus ferijs, signatur Placet arbitrio Auditoris.

XLII.

Si orator, cui fuit concessa Remissoria, dicat aduersarium, ad effectum, vt se sua remissoria priuaret, finxisse concordiam, ac tractatu de concordia habito, & signatura supplicatione concordiæ aduersarium latitare, vt sic tẽpus remissoriæ labatur, ideo petat, vt constito

stito de præmissis, q̀ solus Auditor in domo proroget remissoriam arbitrio suo, signatur Placet arbitrio solius Auditoris.

XLIII.

Si orator dicat, obtinuisse sententiam contra aduersarium, quæ fuit signata manu Auditoris, & litteræ executoriales decretæ instrumentumque publicum præsentationis, & executionis factæ per Notarium. Deinde spatio temporis, aduersarius fuerit mortuus relictis hæredibus, & Regestum, & acta causæ non reperiantur, & notarij mortui fuerint, nec possint reperiri, & petat orator, quòd attento q̀ apparet, & reperitur sententia Auditoris subscripta manu Auditoris, & prothocollũ litterarum executorialium scriptũ per manum legalis Notarij, qui est mortuus, quòd alius Notarius Rotæ, qui in eius locum successit de nouo extendat litteras executoriales contra hæredes aduersarij, quibus ea fides adhibeatur, ac si de omnibus actis concernẽtibus tam dictam causam, quàm dictum Decretum executorialium constaret, signatur Placet. Aduerte tamen, q̀ ibi apparebat de commissione iudicis.

XLIV.

Si orator dicat, in negocio declarationis ob non paritionem litterarũ, fuisse processum ad terminos coram diuersis surrogatis primi Auditoris propter absentiam alterius etiam surrogati, & dubitatur de validitate, ex quo idem surrogatus non se exonerauit iuxta cõmissionem surrogationis, & petat mandari alicui ex surrogatis, q̀ reiteratis terminis, &c. vnico cõtextu vlterius procedat, perinde ac si dictus surrogatus se exonerasset, signatur Placet.

XLV.

Si orator, qui fuit restitutus parito iudicato, quo ad possessionem, cui fuit concessa remissoria arbitrio iudicis, dicat se præsentem in curia, & quantum in eo est, quò ad possessionem paruit illam dimittẽdo in manibus Auditoris & aduersarium ad possessionem recipiendam parocuratorem constituisse, & dubitari, an Auditor possit decernere remissoriam, aliter sibi non constito, q̀ aduersarius habuit possessionẽ, ideo petat committi Auditori sub conditione, vt mandet ad executionem remissoriæ huiusmodi non procedi, nisi iudicibus in remissoria contentis cõstiterit de vera, reali, & actuali dimissione dictæ possossionis, signatur Placet.

XLVI.

Si orator diat, se ab aduersario super beneficio, litteris non confectis, vigore cõmissionis impetratæ citatum, & aduersariũ non prosequi litẽ, & ideo orator cupiat absolui à vexationibus, & petat cõmitti Auditori, si ad diffinitiuã absolutoriã viderit procedendum, Regulas de non expeditis litteris non obstante etiam cum terminis hactenus obseruatis, seu vnico cõtextu reiteratis, procedat, signatur Placet.

XLVII.

Si orator, qui obtinuit supra proximè, dicat procuratorem suum vocatum fuisse ad Decretum sequestri, de quo supra, nec ab ea appellasse de quo in præinserta non fuit facta mentio, & ideo petat hoc non obstante, procedi iuxta tenorem præinsertæ, signatur Placet.

XLVIII.

Si orator, qui mouit litem contra Episcopũ super aliquibus iuris Episcopalibus, qui postea pendente lite, cessit Episcopatui, petat cõmitti Auditori, vt audiat causam, & cognoscat in terminis, & statu, quo prius erat, cum illo, qui resignauit, signatur Placet.

XLIX.

Si orator dicat, aduersariũ impetrasse commissionem, litteris non expeditis, cum clausula solita, &c. & dicat non constare de expeditione bullarum aduersarij. Ideo petat, q̀ illo non obstante reiteratis terminis, &c. idem auditor procedat ad absolutionẽ, vel condemnationẽ, prout iuris fuerit, &c. signatur Placet.

L.

Si orator Accolitus Papæ, qui fecit cõmitti causam inter ipsum, & capitulum super fructibus beneficij per eum possessi Auditori Rotæ, Petatq; idem auditor, vt seruatis quatuor terminis ad docendum de solutione dictorum fructuum, dictos canonicos, & capitulum in censuras in litteris accolitatus contentas incidisse declaret, signatur Placet quòd summariè.

LI.

Si orator contra quem fuit commissa causa Auditori Rotæ ad instantiam aduersarij, & ad cuius instantiã, contra eundem aduersarium, fuerat cõmissa super incursu pœnarum, & censurarũ, iuxta bullam Innocentij octaui, eo quod impediuerit executionem mandatorum Apostolicorũ, & incarcerauerit executorem Apostolicum, & petat committi eidem Auditori, vt constito sibi summariè, simpliciter, & de plano de prædictis ad declarationem dictarum pœnarum & censurarum, tam in bulla Innocentij quàm in quibusuis alijs bullis, & constitutionibus Apostolicis contentis contra eius aduersarium (qui erat Episcopus) prout iustum fuerit procedat, signatur Placet.

LII.

Si orator dicat, se turbari in possessione beneficij, & causam super turbationibus, & molestationibus in Rota cõmitti fecit. Deinde dicat iterum molestari in possessione, & fructus de nouo per vim ablatos, & petat committi Auditori eidem, mandari aduersario, & alijs

quibus opus fuerit, ne eundem oratorē, lite huiusmodi pendēte, in dicta sua possessione dicti beneficij quouis modo molestēt, siue attentent in præiudicium litis pendentiæ, sub pœna excommunicationis, ac duorum millium ducatorum auri de Camera, pro vna parte oratori, pro alia Cameræ Apstolicæ applicandis, & in euētum non paritionis rebelles incurrisse declaret, & grauet, &c. signatur Placet.

L I I I.

Si orator dicat sequestratorem datū per iudicem, sibi esse suspectum, & ab illo, tanquam à compulsore appellatū, ac etiam ab illo tamquam à sequestratore appellatū. Ideo petat, illum remoueri, & alium sequestratorem dari, signatur Placet arbitrio Auditoris.

L I I I I.

Si orator dicat, iudices ad obuiandum scandalis, quia vnaquęq; pars dicit se possidere aduocasse ad se possessionem, & sub grauibus pœnis partibus inhibuisse, ne se de possessione huiusmodi intromittant, & nihil attentēt, neque dictam possessionem attingant causa indecisa. Et orator dicat, aduersarium collegisse fructus hoc non obstante, & attentasse, & petat cōmitti Auditori Rotę, cui causa erat commissa, causam attentatorum, & sub pœnis pecuniarijs inhiberi parti aduersę, nè possessionem bonorum prædictorum interuertere, ac perturbare, neque fructus ex illis colligere, lite huiusmodi pendente, præsumat, signatur Placet.

L V.

Si orator, cuius aduersarius obtinuit supra proximè dicat, non credere fuisse intentionis S. D. N. illum eius possessione priuare, & fructuum perceptione spoliare, & in illius continuatione, ac fructuum perceptione priuari, tamen quia in supra proximè fuit petitum inhiberi, &c. vt supra proximè. Ideo ne propter eā, lite pendente, contra iuris dispositionem, possessione priuetur, petat eidem Auditori mandari, vt præfatum oratorem priorem possessorem dictorum bonorum, in continuatione possessionis eorundem, & fructuum perceptione nullatenus molestet, aut perturbet, aut saltem fructus, & redditus depositari, & qui de cætero colligentur, deponantur, & à depositarijs seruentur ad vtilitatem obtinentis, signatur Placet prout de iure.

L V I.

Si orator dicat, se hæredum Martini, & illius hæreditatis possessionem adeptum, & illius q. Martini Massarios, & colonos, nolle sibi de fructibus soluere, nec respondere, prætextu q̄ de dicta hæreditate inter aliquos sit lis, ideo petat committi Auditori, vt constito sibi summariè eiusdem oratoris, cēsuarios, & colonos, sub pœnis etiam pecuniarijs cogat, ad præfato oratori respondendum de fructibus, & redditibus, &c. signatur Placet prout de iure.

L V I I.

Si oratrix Mater, quæ fuit tutrix pupilli per triennium quietè, spoliata officio tutelæ de facto à Martino, contra quem obtinuit committi causam spolij dictæ tutelæ Triuultio extra Rotam, dicat Martinum esse minorem, &c. pupillum excessisse pupillarem ætatem, dictum Martinum pauperem, & vendere bona pupilli, & si nō prouideatur, antequam lis finiatur, vendet, & perdet omnia bona pupilli, ideo petat mandari Triuultio, vt seruatis terminis vnico contextu, audientia, & citatione prout in beneficialibus, ac etiam per simplex extractum, absque confectione Regesti procedendo, causam prædictam terminet, & Martino aduersario sub censuris, & pœnis etiā pecuniarijs mandet, inhibendo totiens quotiens opus fuerit, ne bona dicti pupilli alienare, & in eius vsum cōuertere audeat, quouis quæsito colore, sine expresso dicti minoris, & matris consensu, signatur Placet.

L V I I.

Si orator dicat propter periculum armorū à iudicibus secularibus Ferrariēsibus, dum esset quæstio hæreditatis, quam vtraque pars pretēdebat se posidere, bona fuisse sequestrata, Deinde multis alijs actitatis, ibi narratis, dicat etiam relaxatum sequestrum, sub prætextu falsi consensus partium, & orator propter idem periculum armorū & scandalum petat mandari Auditori Rotæ, coram quo causa pendebat, vt bona ponantur in sequestro, & fructus deponantur, & conseruentur, signatur Placet arbitrio Auditoris.

L I X.

Si orator, qui obtinuit cōmitti causam Auditori super beneficio per Martinum possesso, quo postea mortuo, orator fuit surrogatus in ius illius, etiam quo ad possessionem, in qua erat, vt surrogatio huiusmodi debitæ executioni mandetur, petat orator committi Auditori, vt in causa huiusmodi contra interesse putātes, ad vlteriora procedat, signatur Placet.

L X.

Si orator, qui prius obtinuerat prorogationem Remissoriæ arbitrio Auditoris, dicat non potuisse probare sibi necessaria in tempore, quia iudices propter pestem vigentem in loco remissoriæ recesserunt, & non potuerunt examinarē, &c. Ideo petat sibi aliud tempus prorogari, signatur Placet arbitrio solius Auditoris.

L X I.

Si orator dicat, aduersarium suum prætendentem

dentem se spoliatum vigore commissionis obseruasse omnes terminos, iura produxisse, & articulos super petitorio, & possessorio dedisse, & testes examinasse, deinde forte diffidens de iure suo, & confidens se spoliatum, petitorium suspendit protestando in illo procedi non debere, nisi spolio prius purgato, & ideo orator dubitans calumniosè in dicto processu impediri, petat committi Auditori, vt aduersario, aliquem breuem terminum peremptoriũ, arbitrio suo statuẽdum, ad docendum de dicto spolio præfigat, & si non docuerit, ex tunc in causa, & causis possessorij, seu prætensi spolij, quam petitorij huiusmodi, simul ad vlteriora procedat, & terminis vnico cõtextu, & audientia reiteratis, simul vel successiue prout sibi placuerit decidat, signatur Placet.

LXII.

Si orator dicat Martinũ nomine Titij, contra ipsum obtinuisse commissionem super beneficio, ac citationem illius prætextu extra Romanam curiam extorsisse, promittendo, & obligando se sub pœna ducentorũ ducatorũ de ducendo de mandato procurationis suæ faciendo ratificari gesta per eundẽ, & orator omnes terminos substantiales seruauerit, & dictum Martinum, ad mandatũ procurationis exhibẽdum si quod habet, & faciendũ ratificari acta iuxta promissionem per eum factam, sub excõmunicationis pœna moneri, & deinde eo non parente excommunicari fecit, nec de aliquo mandato vnquam docuit, nec litteras aliquas prętensæ prouisionis aduersarij produxit. Ideo orator petat cõmitti auditori, ꝙ quoad aduersarium allegatũ oratorẽ, ab instantia iudicij absoluat, & dictũ Martinum eidem oratori, in expensis quia ipsum oratorẽ propterea fecisse apparuerit, condemnet, & ad soluendũ cogat, prout de iure fuerit faciendum, signatur Placet.

LXIII.

Si orator dicat sibi prouisum de quodam beneficio, cuius possessionem auctoritate Apostolica fuit assecutus, & asserat, quòd aduersarius prætensa auctoritate locumtenentis generalis Legati Bononiæ nissus fuerit, & nitatur eundẽ oratorem beneficio & eius possessione spoliare. Ideo petat cõmitti Auditori Rotæ, coram quo causa pẽdet, vt dicto aduersario & locumtenenti, & quibuscũque alijs, cuiuscumque dignitatis, &c. etiã vniuersitatibus, etiã sub excõmunicatione, & alijs pœnis ne præfatũ oratorem, ac eius massarios, & colonos, &c. molestent, perturbẽt, aut innouent in vilipendium, aut præiudicium litis huiusmodi, &c. signatur Placet de inhibitione in forma sub censuris.

LXIIII.

Si orator, qui obtinuit sententiam in sui fauorẽ, petat ꝙ Auditor possit procedere ad sequestrum, iuxta clem. primã, ferijs non obstantibus, solus in domo, signatur Placet.

LXV.

Si orator, cui fuit concessa Remissoria arbitrio Auditoris, dicat remissoriam esse transmissam ad partes, & vt creditur iudicibus præsentatam: verum quia dubitatur, ne infra illud tempus expediri, & examinari testes possint, & quia instat finis remissoriæ, & quod propter occurrentia festa non tenebuntur Audientiæ infra multos dies, & tempus remissoriæ labi posset: Ideo petat orator eidẽ Auditori mandari, vt terminum prædictum ad aliud tempus suo solius arbitrio proroget, & quatenus forsan tempore præsentationis huius commissionis paulo ante lapsum foret, de nouo cõcedat, signatur Placet.

LXVI.

Si orator, cui postea vigore supra proximè commissionis fuit cõcessa Remissoria ad quatuor menses, & dati per eundem tres iudices pro illius executione, cum clausula, quòd si nõ omnes, duo ex eis, qui requisiti fuerint, exequantur, &c. Dicat vnum ex illis tribus abesse, & esse in curia, alium se excusasse, & tertium, qui acceptauit, subdelegasse, qui tertius ad examen nonnullorum testium processit, & nihilominus per aduersarium ad impediendum effẽctum remissoriæ, certæ exceptiones friuolæ contra tertium oppositæ fuerunt, & quia dubitatur de viribus processus tam facti quàm faciendi, quia duo ad minus interuenire debebant, & ꝙ tempus remissoriæ propter hoc labi posset interim nec testes possent repeti, ideo petat mandari eidem Auditori, vt per se ipsum solum in domo, terminum remissoriæ vltimo loco per eum statutũ, ad aliquem alium terminum competentẽ, arbitrio suo proroget, cum clausula, quòd si ex tribus iudicis deputatis, vel deputandis, vnus vel duo legitimè requisiti nequiuerint, aut distulerint, vel recusauerint, aut se excusauerint tertius cum altero vel ambobus refutantibus, ipse solus, ad ipsius remissoriæ totalem executionem, dictorumq; testium examinationem, receptionem, si expediens fuerit, perinde ac sibi soli directa fuisset, procedat, &c. signatur

Placet. Aduerte ꝙ illa verba, quia duo, &c. & illa arbitrio, &c. fuerunt addita in signatura, & illa verba, cum altero, &c. sunt de propria manu R. Domini Alexandrini.

LXVII.

Si orator dicat, se pauperrimum, ita quod mendicare pro alimentis cogatur, & se creditorem de quadraginta ducatis de Carlenis, ex mutuo cuiusdam defuncti habentis in bonis

D 3 cccc.

c.c c c. ducatos,& vltra,ꝙ & habebat quasdam pecunias in Banco, quæ fuerunt plures sequestratæ, & concurrunt plures creditores, ideo propter eius extremã paupertatem, petat orator mandari Auditori Rotæ, coram quo inter creditores causa pendet, vt citatis semel dictis prætensis creditoribus ad producendum omnia eorum iura si quæ habent, & constito sibi de bono iure oratoris,& ꝙ sit præferendus absque alia terminorum obseruatione,& rela iudiciaria pro summa crediti,& dictis pecunijs depositatis præfato oratori consignari mandet, & faciat sola facti veritate inspecta, posthabitis solemnitatibus iuris, signatur Placet.

L X V I I I.

Si orator,qui obtinuit vt supra, petat,quòd propter eius extremam paupertatem, Auditor solus in domo,& extra Rotam hoc faciat,quia infra multos dies non tenebitur Rota, & ipse est septuagenarius,& cogatur mendicare,& petat, ꝙ constito de bono iure suo vt supra, & ꝙ sit præferendus alijs,&c. quòd auditor dictam pecuniam consignari mandet,sola facti veritate inspecta,per suum simplex Mandatum, omnibus diebus,& horis, præterquam in ferijs in honorem Dei, signatur Placet.

L X I X.

Si orator,qui vigore supra proximè præcedentium commissionum, dicat habuisse dictos quadraginta ducatos de carlenis,sed adhuc restare damna,& expẽsas,propter quas bona debitoris mortui sunt, sibi in credito priori hippotecata, & petat mandari præfato Auditori, vt expensas pro oratoris parte factas taxet, & illas taxatas oratori consignari mandet, & faciat, prout fecit in sorte principali per suum simplex mandatum,omnibus diebus, &c. vnica citatione,& extra Rotã,vt in proximè præcedenti, signatur Placet. Aduerte, ꝙ tres commissiones præcedentes, & maximè vltima supra proximè quo ad expensas sunt aliquantulum deuiantes à regulis iuris, sed paupertas videtur hoc causauisse, ideo non essent trahendæ ad consequentiam.

L X X.

Si oratrix,quæ obtinuit à summo Pœnitentiario in Curia Romana committi causam super dissolutione sponsalium, & declaratione non matrimonij contra existẽtem in curia dicat dubitare, quia aduersarius est extra curiã, possit citari à dicto iudice sine speciali commisione sanctitatis suæ, ideo petat mandari præfato iudici à summo Pœnitentiario dato, vt ad executionem dictæ commissionis & decisionem, pro parte fouente iustitiam procedat, non obstantibus quibuscumque, signatur Placet.

L X X I.

Si orator contra quẽ fuit obtenta supra proximè cõmisio, & qui postea, causa super matrimonio obtinuit cõmitti in Rota, dicat re vera matrimonium fuisse contractũ,& post pubertatem in eadem domo habitasse,sed à parentibus seducta, & coacta nunc dissensit & petat mandari eidem Auditori, vt dicta vxor asserta posit melius votum suum,& animum liberius explicare,& ne aliquid cõtumeliosè contra hoc matrimonium patrari valeat,ꝙ dictam mulierem,de manibus parentũ amoueat, & in aliquo honesto Monasterio religiosarum vrbis poni,& sequestrari mãdet donec causa huiusmodi,sine debito fuerit terminata, signatur Placet arbitrio Auditoris.

L X X I I.

Si opposita exceptione attentatorum, fuit suspensum petitorium per Martinum, & nunc procurator Martini ad causas negocij principalis,siue apud acta constitutus,aut substitutus petat,licèt credat ex actis probasse de attentatis,tamen vt videatur veritas super principali mandari Auditori, quatenus ad causæ negocij principalis expeditionem, etiam articulo huiusmodi attẽtatorum penitus omisso pro aliàs fouente iustitiam procedat, signatur Placet. Aduerte ꝙ si principalis ipse hoc peteret, non esset dubium, sed fuit procurator eius, qui fortè colludebat.

L X X I I I.

Si orator, qui obtinuit causam committi in Rotam, D. Iacobàtio, dicat propter potentiam aduersarij, à iudicibus, in partibus coactum certo modo compromittere in aliquos, & huiusmodi liti, & causæ in curia pendenti renunciare, & compromissarij infra tempus nõ pronunciarunt, & sic compromissum ipso iure extinctum. Ideo petat orator committi eidem, vt procedat iuxta formam primæ commissionis, signatur Placet.

L X X I V.

Si orator contra quem aduersarius obtinuit committi in Rota, vt Auditor attenta obligatione in forma Cameræ procederet prout Auditor Cameræ in similibus procedere consueuit, dicat se esse in casu absolutionis, & petat, attenta commissione, de qua per aduersarium impetrata,mandari auditori,vt absque alia terminorum obseruatione, ad absolutionem,vel condemnationem procedat,signatur Placet.

L X X V.

Si orator petat mandari Auditori, quòd solus in Domo,omnibus diebus,& horis: primũ fatale, cuius finis hodie instat,prorôget, signatur Placet arbitrio Auditoris.

Si ora-

LXXVI.

Si orator, qui obtinuit, vt ſupra proximè, petat committi eidem Auditori, vt ſecundùm fatale aliàs ad ſex menſes prorogatum cuius finis hodie inſtat, ſolus in domo, &c. ad alios ſex menſes proroget, &c. ſignatur Placet. Aduerte, quia hic fuerit ſignatum placet ſimpliciter & ſupra, prout in proximè precedenti fuit additum arbitrio Auditoris. Niſi quia fortè. ex quo ſemel auditor arbitratus eſt prorogationem dandam, facilius datur ſecunda prorogatio, tamen deberet facilius dari prima, quàm ſecũda, & in alia ſimili ſupplicatione, vidi caſſata illa verba, ſolus in domo, &c.

LXXVII.

Si orator dicat, lite pendente coram Iacobatio, contra Borſium, illum deceſsiſſe, relictis filijs impuberibus, & puberibus, ſed minoribus hæredibus, cõtra quos intendit litem proſequi, & dubitet de validitate proceſſus, ideo petat committi Auditori, vt citatis dictis filijs, & hæredibus, extra pupillarem ætatem conſtitutis, & alijs de iure ad hoc vocandis, & per edictum, conſtito ſummariè, &c. de non tuto acceſſu, niſi infra aliquem terminum competentem, eius arbitrio præfigendum coram eo legitimè, cum eorum tutore, vel curatore comparuerint, vel infra terminum, ab eodem Auditore præfigendum tutorem, vel curatorem reſpectiuè petere neglexerint, ipſis hæredibus etiam abſentibus, & non petentibus curatorem, ſeu curatores, cum quo, vel cum quibus validè procedi poſſit, ad huiuſmodi cauſam deputet, vel decernat, ac cauſam pro fouente iuſtitiam decidat, ſignatur Placet. Aduerte, ꝙ illa verba, quæ habent ſubtus lineam, fuerũt omnia addita in ſignatura.

LXXVIII.

Si orator in cauſa beneficiali obtinuit primam ſententiam à Vanulio, à quo appellatum eſt, qui detulit appellationi, & dedit Reuerentiales, & cauſa appellationis alteri commiſſa. Nunc petat ſequeſtrum, & quia dubitatur, an ex quo Vanulius detulit appellationi, abdicauerit à ſe omnem iuriſdictionem, & an vigore bullæ Innocentianæ, poſſit procedere ad ſequeſtrum, abſque ſpeciali commiſſione, ideo petat mãdari dicto Vanulio, vt ad ſequeſtrum iuxta formam clem: ad compeſcendas. procedat, ſignatur Placet.

LXXIX.

Si orator dicat, ꝙ Auditor iudex nullitatis duarum ſententiarum in partibus pro, & contra latarum, qui pronunciauit pro aduerſario ſuper prætenſa nullitate, ſecundæ inſtantiæ, & cum orator inſtaret pariter pronunciari ſuper nullitate alterius, videlicet, primæ. Aduerſarius in cuius fauorem, eadem ſecunda, per viam nullitatis reuocata fuit cauſam aduocari fecit, modo orator mandari petat Auditori, qui habet adhuc Regeſtum penès ſe, & plenè informatus reperitur, & qui ſuper illa ſimul volebat pronunciare, ſed tunc non fuit repertus procurator aduerſarij, qui non potuit citari, vt cauſam dictæ nullitatis, primæ ſententiæ pari modo expediat, prout pro aduerſario fecit, ſignatur Placet.

LXXX.

Si procurator, qui egit pro abſente, dicat ſe credere, ꝙ principalis ſuus nolit vti Regeſto in partibus facto, crediturq; cauſa noua propter quam debeat oratorem conſulere. Ideo petat orator committi Auditori, vt ſi viderit dandam dilationem procuratori ad conſulendum principalem, eandem arbitrio ſuo concedat, ſignatur Placet.

LXXXI.

Si orator dicat, ſe vexari multipliciter ratione cuiuſdam ſocietatis initæ inter eum, & aduerſarium, & cauſam huiuſmodi commiſſam Auditori in Rota, & quod aduerſarius habet apud ſe libros rationum ſocietatis prout apud acta plenè conſtat, ſine quibus non poteſt reddi ratio, cùm in eis ſint nomina debitorum, & creditorum, & eos non ſine dolo aduerſarius exhibere recuſat. Ideo orator petat mandari auditori, cui cauſa commiſſa eſt, quòd attento quòd ipſe eſt paratus reddere rationẽ, dummodo libri exhibeantur, vt niſi dictus eius aduerſarius, infra aliquem terminum competentem, ſibi per eum præfigendum, dictos libros penès aduerſario exiſtentes, coram eo actualiter exhibeat oratorem ab impetitione dicti aduerſarij ſuper redditione rationis dictæ ſocietatis, prout aliàs iuris fuerit, liberet, & abſoluat, ſignatur Placet.

LXXXII.

Si orator dicat, ſe habere libros rationum Mediolani, & difficilè eſſe, & periculoſum, facere illos portari Romam, cùm in eis contineantur rationes maximarum ſummarum, & computa dictę ſocietatis poſſe videri tam Mediolani quàm Romæ, ideo petat orator, mandari Auditori cauſæ, vt dato ſaluo cõductu aduerſario per oratorem oblato, dicto aduerſariũ in curia præſento, & procuratore oratoris ad nominandum, & eligendũ duos probos mercatores, reuiſores dictæ ſocietatis in eadem ciuitate Mediolani exiſtentes cogat, & in euentum renitentiæ, habita per ſe extraiudiciali informatione de aliquibus idoneis, ipſos eligat. Demum ipſis partibus, aliquem terminum competentem ad comparendum coram ipſis mercatoribus, & producendum libros dictæ ſocie-

tatis,& ipsos instruendum de iuribus suis,statuat,& alicui probo viro in eadẽ ciuitate Mediolani, vt ipsos mercatores electos ad reuidendum computa dictæ societatis, & referendum conclusionem rationum ipsius societatis infra terminum,ipsius arbitrio statuendum etiam per censuras,&c. cogat,& compellat, relationẽq; ipsorum mercatorum sub manu publica, clausam, & sigillatam sibi remittat, qua habita,ad decisionem causæ huiusmodi procedat partibus iustitiam ministrando, signatur Placet arbitrio Auditoris,sed certè hæc signatura videtur aliquantulum dura,& fuit in causa Luciæ filiæ Monogoli de Comite, contra quendam Thomam de Monte Mediolanensem mercatorẽ,tunc Romanam Curiam sequentẽ.

LXXXIII.

Si orator dicat,ꝙ pendente causa,coram Iacobatio,q. decreuit litteras executoriales contra eum,propter duas sententias latas in partibus,quæ dicuntur trãsiuisse in rem iudicatam, & orator pro se defendendo venit ad Cur.Romanam,cum libris calculi,qui adhuc producti non fuerunt,cum penes oratorem nõ essent, & aduersarius attentando, per viam asserti brachij secularis, quod tamen inuocatum adhuc non fuit peruertendo ordinem,& stilum: à Gubernatore Vrbis capi fecit oratorem,& incarcerari,& ab oratore etiam petatur cautio de non offendendo, & orator infirmatus (vt dicitur)dicat sibi esse impossibile dare talem cautionem in Curia Romana, & petat orator cõmitti Iacobatio causam attentatorum,& ipsius relationem, cum cautione de se repræsentando,& non recedendo ab vrbe,& etiam alia petat vt ibi,quæ in pręsentia non seruiunt,signatur Placet de relaxatione à carcere arbitrio iudicis, in alijs prout de iure.

LXXXIIII.

Si orator,qui obtinuit supra proximè, petat propter ferias superueniẽtes quod Auditor solus in domo, ferijs non obstantibus procedat ad executionem suprascriptę cõcessionis,quia etiam aduersarius obtinuit quod ad executoriales,hoc modo procedere possit. Aut saltem, quod adhibitis secum duobus coauditoribus suo arbitrio,ad relaxationem oratoris,& in alijs prout de iure procedat, ferijs non obstantibus. Placet de secunda parte.

LXXXV.

Si orator procurator, qui fuit D. Nicolaus de Parma, dicat ꝙ propter eius improuisam infirmitatem,Reuerendi D. Auditores,& alij officiarij Curiæ Rom.libenter supersederent, & supersederi mandarent,præsertim in causis grauibus,in quibus ipse est procurator, tamen quandoque propter importunitatem, & magnam instantiam collitigantium non possent supersedere,ideo dictus procurator petat mandari eisdẽ auditoribus, & officiarijs,vt in causis præsertim grauibus, in quibus est procurator ad xij. vel x. dies, infra quos iuxta consilia medicorũ interesse posse sperat defensioni causarum,supersedeant,supersederiq; mandent,& faciant,decernẽtes irritum,& inane, quicquid in contrarium contigerit attentari,non obstãtibus quibuscunque, &c. signatur per Papam Placet, & ita mandamus.

LXXXVI.

Si orator Episcopus,qui fuit vigore obligationis in forma Cameræ condemnatus, & ab Auditore Cameræ excommunicatus appellauit,& causa commissa Auditori Rotæ, & quia orator credit sententiam & dictũ contractum obligationis inualidum, & nullum, & dicat in eum condemnando,nullam talem iudiciariam seruatam,vt igitur æquitas seruetur, petat eidem Auditori Rotæ committi, vt causam, & causas nullitatis contractus, necnon processus, & causæ cõdemnationis, & excommunicationis prædictę summariè,&c. sine figura iudicij, &c. ac prout in beneficialibus, omnibus terminis semel, vnico contextu, audientia, & citatione seruatis procedat, competenti termino, arbitrio iudicis ad probandum hincinde incumbentia primitus dato, &c. signatur Placet, quod summariè.

LXXXVII.

Orator petit, quod causa super parochiali ecclesia, quæ fuerat commissa Auditori, dum Auditor esset Episcopus, quod eo nunc creato Archiepiscopo, eandem causam terminet, signatur Placet.

LXXXVIII.

Si orator petat committi Auditori,vt compellat quoscunque Monacos, seu religiosos & alios quoscunque in Romana Cur. existentes ad testificandum in causa, sub excommunicationis pœna,&c. non habita licentia superioris, signatur Placet.

LXXXIX.

Si orator dicat in tertia instantia aliàs dedisse articulos ad probãdum spolium non fuisse commissum,in quorum probatione defecit, quia testes haberi non poterant,& petat committi auditori,vt Remissoriam decernat, non obstante, quod agatur super spolio, cum causa ventiletur in tertia instantia,& fructus monasterij,de quo agitur sunt sequestrati, & orator duas sententias habeat contra. Item quod testes pro parte aduersa examinatos in j. instantia,sine interrogatorijs ipsius oratoris repetat cum suis interrogatorijs, signatur Placet arbitrio Auditoris.

Si

XC.

Si orator Io. Petrus dicat, quod procurator Cardinalis Beneuentani constitutus ad acceptanda beneficia sub reseruatione præfati Cardinalis acceptauit in genere more curialium, coram quodam Notario, qui postea decessit, & propterea petat committi auditori, coram quo orator litigat, parochialem ecclesiam, de qua sibi prouisum extitit per cessionem Cardinalis, cui aliàs vigore præfatæ reseruationis commendata fuerat, vt constito sibi de obitu, & legalitate dicti Notarij rogati, de acceptationibus generalibus, & de consensu Cardinalis qui in hoc consensit, mandet extrahi instrumentum acceptationis, & commendæ specialis super dicta ecclesia parochiali sibi cessa, fiendæque extracto adhibeat, ac si à principio in forma speciali per eundem Notarium iam mortuum publicatum fuisset, signatur Placet.

XCI.

Si orator dicat, quod Io. Petrus aduersarius in præinserta, pro obtinenda prætensa extractione produxit prætensum prothocollum dicti Notarij mortui, quod postea fuit restitutum dicto Io. Petro, qui nuper produxit aliam prætensam notam acceptationis in specie, quam dicit esse de manu eiusdem Notarij mortui. Et quia orator, restitutioni præfati prothocolli nunquam consensit, neque ad illam vocatus fuit, & si de nouo dictum prothocollum exhiberetur, speraret orator conuincere dictã notam fuisse adulterinam, & ideo petat committi Auditori, Attento quod iura non consueuerunt restitui ante finitam causam, vt audiat causam contra dictam notam, & moneat Ioan. Petrum sub excommunicationis pœna, &c. vt in aliquem terminum, dictum prothocollum, apud acta reproducat, & dimittat, donec super præmissis discussum fuerit, Alioquin ad declarationem censurarum, &c. contra dictum Io. Petrum procedat, signatur Placet arbitrio Auditoris.

Cap. V. de sanatiuis defectuum.

I.

Si petitur, vt termini nulliter, & malè seruati, etiam defectu iurisdictionis, reiterentur.

Cassantur illa verba in supplicatione, etiam ex defectu iurisdictionis, & signatur Placet.

II.

Si orator facit committi causam litteris non expeditis, cum clausula quod essent expeditæ ante terminum ad articulandum, & aduersarius volens frustrare oratorem, quod præcipitanter seruauerit terminos, & dubitetur de validitate commissionis, ideo petat, quod Auditor reiteratis terminis, aut de nouo obseruatis procedat, ex quo orator expediuit bullas, & eas apud acta produxit, signatur Placet.

III.

Si aliqui per contradictas, & in partibus fortè minus legitimè fuerint citati, & sententia contra eos lata, qui postea mittant procuratorem cum sufficienti mandato, & pars, quæ fecit illos citari petat, vt termini reiterentur, vnico contextu, & procedatur in causa, &c. signatur Placet, parte legitimè citata.

IV.

Si orator coram Auditore obtinuit sententiam diffinitiuam, à qua fuit per partem aduersam appellatum, & commissa causa appellationis, & concluso in causa coram iudice ad quem appareat, quod aduersarius non fuit coram iudice à quo citatus, sed alius procurator, de cuius mandato non constat, & orator petat committi iudici ad quem, attento, quod processus factus coram iudice à quo in alijs est illegitimè factus, & quod pars aduersa appellauit, vt expensis ex ipsa nullitate prouenientibus per oratorem refectis, reiecta dicta sententia, idem Auditor ad quem in causa procedat &c. signatur Placet.

V.

Si orator stante præmissa proximè, dicat se pauperem, & petat eidem Auditori committi, vt sibi summariè de eius paupertate constito, expensas, de quibus supra in fine litis reseruet, signatur Placet.

VI.

Si orator, qui obtinuit commissionem litteris non expeditis, dummodo infra terminum ad articulandum, &c. seruatis terminis substantialibus, &c. dicat litteras fuisse expeditas ante prædictum terminum, sed hoc non posse aliter probare, quàm per librum sollicitatorum litterarum apostolicarum, &c. & petat committi Auditori, quod constito sibi quod nomina rescribendarii, & dictæ bullæ scriptorum, necnon aliorum officialium in litteris apostolicis apposita, cum nominibus in dicto libro offici sollicitatorum litterarum apostolicarum in scriptis concordant, & quòd litteræ apostolicæ per Cameram expeditæ ad officium sollicitatorum litterarum apostolicarum mitti non consueuerunt, ac etiam recepto iuramento oratoris, quod litteræ expeditæ fuerint ante terminum ad articulandum, dicto libro sollicitatorum fidem adhibeat, signatur Placet.

Si

VII.

Si orator dicat dubitari de iurisdictione Auditoris, quia multa per aduersarium impetrata fuerunt narrata, quæ non sunt verificata, ideo petat, vt iudex procedat ad absolutoriam, prout de iure, perinde ac si iurisdictio competeret, & de illis mentio per aduersarium facta non fuisset, signatur Placet.

VIII.

Si quis obtinuit causam committi super iactationibus, & diffamationibus creditorum, & non probauerit de diffamationibus ante commissionem, & fuerint omnes termini seruati, & orator petat, vt reiteratis terminis, &c. Auditor causam decidat, prout de iure, super diffamationibus factis lite huiusmodi pendente, perinde ac si ante commissionem emanasset, signatur Placet.

IX.

Si orator impetrauerit commissionem, ac litteræ nō fuerint expeditæ tempore commissionis, & citationis executæ, & postea petat attento, quòd adhuc nō est seruatus terminus ad articulandum, vt super illa Auditor, parte legitimè citata, procedat, ac si litteræ expeditæ fuissent, signatur Placet.

X.

Si fuerit commissa causa super beneficio, litteris non confectis, dummodo ante terminum ad articulandum, &c. & terminus ad articulandum fuerit tentus ante illarum productionem apud acta, & impetrans, non possit forte docere, ꝙ ante dictum terminum litteras expediuerit, & petat, vt termini male tenti vnico contextu, &c. reiterentur, & detur fides testibus aliàs rectè receptis & examinatis, signatur Placet.

XI.

Si orator, in fauorem cuius sint datæ compulsoriæ speciales cum deputatione iudicum, & termino xl. dierum, dicat, iura quibus indigebat in tempore debito, coram dictis iudicibus exhibita, sed quia non constabat de mandato illius, qui litteras huiusmodi præsentauit, & iura huiusmodi exhiberi, & transumi procurauit, ac etiam illa apparent post terminum per Notarium de mandato iudicum transumpta, licèt tamen prius in tempore exhibita, & ideo de iuribus huiusmodi transumptionis dubitetur, & orator petat committi Auditori, non obstantibus præmissis, vt iuribus huiusmodi, fidem plenariam perinde ac si aliàs rite extracta fuissent, adhibeant. Vel ex quo sequestrum est in dicto beneficio appositum, dictas litteras compulsoriales de nouo exequi mandet, & in præmissis, vel in altero eorum arbitrio dicti aduersarij, si de altera parte erit contentus, vel si recusaret, ipsius auditoris de altera parte arbitrio procedat, signatur Placet. Et aduerte, quòd ibi orator allegabat concessionem factam in fauorem aduersarij, qui dolosè litteris non confectis, causam committi obtinuerit, postquam de nullitate concessionis & processus, fuerat per oratorem oppositum, defectum huiusmodi sanatum fuisse absque aliqua refectione expensarum.

XII.

Si orator dicat, causam auocatam à partibus ad Rotam, & coram auditore causam instructam, vt ad decisionem procedi possit. Sed dubitari, an possit procedere non habitis processibus ex partibus, & dicatur vtramque partem consensisse in auditorem Rotæ, & processus in partibus habitos esse tantum super subreptione, & obreptione litterarum in iurisdictione iudicum, & per illos etiam si producerentur, non posse impediri expeditionem causæ, ideo petat illis non obstantibus, per auditorem ad vlteriora procedi, signatur Placet.

XIII.

Si orator dicat, super causa beneficiali comparuisse pro aduersario, procuratorem habentem mandatū generale ad omnes causas, tam profanas, quàm criminales, seu mixtas non aliter expresso ad causas beneficiales, qui procurator hoc mandatum ad acta causæ produxit, cum protestatione, quòd nihil fieret eo nō vocato; & orator iura, articulos & testes produxit, & examinauit, & causam ad plenum instruxit; & ille procurator exceptiones dedit, & causam, quātum in eo fuit, defendit, & quia de viribus processus dubitatur, petit orator mādari Auditori, ꝙ citato aduersario per Audientiam contradictarum, attento ꝙ causa huiusmodi est legitimè deuoluta, ac etiam ex abundanti citato dicto procuratore, de quo supra, reiteratis omnibus terminis vnico contextu, vnica audientia, ac vnica citatione tantum præcedente, causam pro aliàs fouente iustitiam decidat, fidemque testibus, & iuribus productis, si aliàs rite, &c. adhibeat, signatur Placet. Aduerte, quod ibi nihil dicitur de interrogatorijs partis aduersæ, sed tantum, si aliàs rite, &c.

XIV.

Si aduersarius obtinuit commissionem, litteris non expeditis, cum clausula solita, &c. orator dicat omnes terminos seruatos, nec cō stare de expeditione litterarum, ideò ne dubitetur de iurisdictione, petat orator mandari eidē auditori, vt reiteratis terminis, &c. vnico contextu, ad absolutionem, vel condemnationem, & totalem dictæ causæ expeditionem,

pro

pro fouente iustitiam procedat, &c. cassantur in supplicatione illa verba, condemnationem, &c. & post verbum, absolutionem, ponitur prout iustum fuerit, & signatur

Placet. Aduerte tamen, quòd supra in alia supplicatione simili non fuerunt cassata illa verba, vel condemnationem, &c. tamen videretur, quod melius esset, quod cassarētur, quia illa verba, vel condemnationem, sunt in fauorem aduersarii negligentis in expeditione, quem tamen fauorem si collitigans vult ei tribuere, potest & videretur tribuere, eo met petente, vt possit condemnari negligentia aduersarij non obstante, qui non debet posse obtinere, litteris non expeditis, & reperi postea illa verba, vel cōdemnationem, in multis alijs supplicationibus cassata semper, in aliquibus etiā paucis reperi, quod non fuerunt cassata.

XV.

Si orator dicat, in causa spolij obtinuisse sententiam absolutoriam ab Achille, in qua ad omnium terminorum obseruationem processum, & iurium productionem, & Regestum dicto Auditori datum per Petrum procuratorem aduersarij. Qui tamen, quoniam in vltima audiētia dictus procurator, qui totam causam egit, non potuit haberi idem Achilles quendam Franciscum procuratorem etiā aduersarij, ab ipso principaliter, & qui post huiusmodi procuratoris instrumenti apud acta causæ productionem, pro dicto aduersario causam huiusmodi sollicitauit, citari fecit ad sententiam audiendam, & quia apud acta causæ non reperiebatur, quod dictus Franciscus aliquem terminum per quem videretur onus procuratoris expressè acceptasse seruauerit: dubitatur de validitate dictæ sententiæ. Ideo orator petat committi Auditori, cui causa appellationis à dicta sententia commissa est, vt in causa huiusmodi ad infirmationem, vel confirmationem dictæ sententiæ, & aliàs, prout iuris fuerit, procedat, causamque huiusmodi terminet. Aut si magis placet, quod reiecta dicta sententia ad aliam ex eisdem actis, siue ex nouis ad nouam sentētiam procedat, causamque terminet & decidat, signatur

Placet de secunda parte refectis expēsis. Hęc secunda pars fuit addita in signatura quia pars illam non petebat; sed tantum primam partē.

XVI.

Si orator dicat, se obtinuisse commissionem litteris non confectis, cum clausula solita, & aduersarius videns illum absentem impetrauit commissionem, quia nondum produxerat litteras, vt reiteratis terminis, &c. ad absolutionem, prout iuris fuerit, procedat, & orator dicat aduersarium propter eius absentiam præcipitasse terminos, &c. & ita infra terminum ad articulandum orator non produxit litteras; nunc autem præsente oratore qui hæc cognouit, & qui multas impensas fecit, & dicat se habere bonum ius, & ideo quia dubitatur de iurisdictione, petat committi eidem Auditori, vt pręfatum oratorem ad iuris, ac litis, ac causæ huiusmodi prosecutionē admittat, & testibus assuturis prius per eum coram eo examinatis, fidem adhibeat ac causam decidat, perinde ac si litteræ ante terminum ad articulandum productę fuissent. Dummodo infra aliquem breuem terminum, per iudicem præfigendum, illas expediuerit; & in iudicio produxerit, signatur

Placet. Aduerte quod illa clausula, dummodo, &c. fuit addita in signatura.

XVII.

Si orator dicat, per auditorem prouisum fuisse minore de tutore, seu curatore ad litem, qui deputatus alium substituit, cum quo alij qui termini substantiales fuerunt seruati, & quia dubitatur de validitate processus tam facti quàm faciendi, ex eo quòd dictus tutor, vel curator non potuerit absque decreto iudicis facere talem substitutionem, licèt appareat coram Auditore factam. Ideo petatur mandari Auditori, vt de eodem substituto vel alio, vt sibi videbitur, eidem minori prouideat, & illo citato, reiteratis omnibus terminis, tam substantialibus, quàm accidentalibus, simul & semel, vnico contextu, & audiētia causam terminet, ac si in præfata substitutione decretum eiusdem Auditoris interuenisset, signatur

Placet.

XVIII.

Si orator egit super spolio contra Matrem & filios, & citatio fuit legitimè intimata, quò ad filios in eorum personam, Matri non quia reperiri facta diligentia personaliter non potuit, sed ad domum habitationis solitæ, & in ecclesia cathedrali dimissa vbique copia citata fuit. Deinde in eorum contumaciam, per audientiam contradictarum, ad omnium terminorum substantialium ac iurium, & testium productionem deuentum est, vt ne exhitaretur de executione citationis contra matrem de nouo ad domum, & in parochiali, & cathedrali ecclesia legitimè citata fuit, & per publicum instrumentum doctum, quod de mense specialiter ante productionem testium, dicta mater conuenit cum oratore, quòd posset ipsa cum filijs capere vinum vineæ, de cuius spolio agebat: non obstante quòd pro parte oratoris esset à sententia appellatum ad sedem Apostolicam, & etiam quòd eius filij speciale mandatum pro se, pro defensione causæ de data

diei

diei ante productionem dederunt, ex quibus potest præsumi manifestè ꝙ dicta citatio ad notitiam matris peruenit, cùm etiam non sit verisimile, matri fuisse incognitum quod filij sciuerunt: ideo attentis præmissis, petit orator ne dubitetur de validitate processus & testiũ, mandari Auditori, vt constito sibi de præmissis, adhibita fide ipsis testibus qui solùm super spolio producti sunt, etiam quò ad matrem, si aliàs rite examinati fuerint, ac reiteratis terminis vnico contextu, & vnica audientia, ad expeditionem dictæ causæ & spolij procedat, signatur

Placet. Aduerte, quod ibi nihil dicitur de interrogatorijs pro parte aduersa datis, quia præsupponitur eorum contumacia, vt supra.

XIX.

Si orator dicat in causa bonorum quindecim millium ducatorum fuisse processum absque speciali commissione sicut in beneficialibus, & dubitet de processu; ideo petat mãdari Auditori, vt reiteratis terminis coram eo, vt præmittitur tentis, vnico contextu & vnica Audientia, causam huiusmodi terminet, &c. signatur Placet.

XX.

Si orator, qui obtinuit auocari causam à partibus propter perhorrescentiam, & obtulit iuramentum perhorrescentiæ, dicat, quod iuramentum fuit præstitum per procuratorem oratoris ad causas, sed quia non habebat ad hoc speciale mandatum, ad præstandum dictum iuramentum, & omnes termini fuerunt coram Auditore seruati, & per hoc de viribus processus dubitetur. Ideo petat orator Auditori mandari, vt reiteratis omnibus terminis, tam ex præmissis, quàm aliàs nulliter aut male tentis, vnico contextu, & audientia, ad vlteriora, in causa procedat, perinde ac si dictum iuramentum perhorrescentiæ per oratorem, seu procuratorem habentem ab eo speciale mandatum, à principio præstitum fuisset, signatur Placet.

XXI.

Si orator qui fecit committi causam auditori in Rota super beneficio, cuius vigore aduersarius, seu eius legitimus procurator comparuit, & causa fuit instructa; sed quia per errorem formantis supplicationem commissionis fuit erratum in cognomine oratoris, ac etiam in cognomine aduersarij, quia sicut dici debebat Ioan. de Nuceto, fuit dictum Ioannes de Nonto, & vbi debebat scribi Iacobus de Plaza, fuit scriptum Iacobus de Paradia, & ideo nè dubitetur de viribus processus, petit orator attento ꝙ constat de corpore per comparitionem vtriusque partis, & de tali errore à neutra partium, hactenus oppositum fuerit, mandari Auditori, vt in causa ad vlteriora procedat, perinde ac si in dicta commissione causæ, dicta vera cognomina partium descripta essent, & in illis erratum non fuisset, signatur Placet.

XXII.

Si orator, qui obtinuit causam committi contra Petrum, & quosdam alios, &c. & virtute dictæ clausulæ, & quosdam alios, fecit circa sedis Apostolicæ notarium, & fuerint tenti alij qui termini substantiales, citato tamen legitimè procuratore eius ad dicendum contra articulos, & dubitetur an contra dictum Notarium potuerit procedi virtutæ dictæ clausulæ, & dubitetur de validitate processus; ideo orator petat mandari Auditori, vt ad vlteriora procedat, terminis præd. etiam aliàs fors ad male, &c. nulliter tentis, vnico contextu, Audientia, & citatione reiteratis, signatur Placet.

XXIII.

Si orator, qui habuit duas sententias in partibus pro se, & postea commissa causa in partibus ad instantiam eius aduersarij cuidam Decano, & deinde ad instantiam oratoris dicentis illum Decanum sibi suspectum, & bona de quibus agitur, ascendere mille Florenos renẽses, causa fuit commissa in Rota, & de partibus auocata, & coram Auditore seruati aliqui termini, &c. Deinde prætendente oratore, transiuisse sententias in rem iudicatam propter non prosecutionem, obtinuit committi eidem Auditori, vt constito sibi de re iudicata, illam exequatur, & taxet expensas. Modò orator dicat dubitari de viribus dictæ cõmissionis Auditoris, quia forsan non constat de suspicione dicti Decani, nec de valore rei, nec de dicta appellatione in partibus per aduersarium à secunda sententia interposita, & petat his non obstantibus, mandari Auditori, vt ad executionem procedat, iuxta formam suæ commissionis, signatur Placet prout de iure.

XXIV.

Si orator dicat, obtinuisse commissionem super beneficio, vt posset procedi contra Petrum per edictum, constito de non tuto accessu, & dicat decretam citationem executam in partibus, & post nonnullos actus & terminos substantiales seruatos, quidam procurator Petri ad causam super eodem beneficio, sed contra alium tertium, in prima instantia comparuit, & mandatum huiusmodi præsentauit, & quatenus non esset sufficiens sub certa pœna promisit, & cauit, & pro examinatione testium per oratorem productorum interrogatoria dedit, illorumque depositiones super certo ar-

to articulo publicari obtinuit, & eodem procuratore & similiter principali suo per audiẽtiam contradictarum ad nonnullos actus, & causæ instructionem pro ipsius oratoris parte processum fuit,& licèt citatio prædicta, in locis deputatis in illa in partibus legitimè executa fuerit, quia de executione illius in curia non constat, & quamuis mandatum prædictũ ad causam super dicto beneficio, de quo agitur, speciale sit, quia tamen est contra aliam personam, & ante decretum commissionis prædictæ concessum posset de viribus processus habiti,seu habendi, ac sententiæ ferendæ dubitari. Ideo petatur,prædictis non obstantibus,mandari Auditori, quatenus, Attento ꝙ citatio in locis deputatis in curia iam est executa, licèt post obseruationem omnium terminorum in causa procedat,& pro fouente iustitiam terminet,&c.signatur Placet. Aduerte, quod illa verba,attento, &c. fuerunt omnino addita in signatura.

XXV.

Si orator,contra quem fuit impetrata supra proxima commissio, dicat ꝙ terminus comparitionis nondum erat elapsus, sed pendebat, & ꝙ ipse orator ante executionẽ prædictæ citationis in Romana Curia factæ nullam notitiam de hoc habuit, & ideo ad causam prædictam non misit iura opportuna, ꝙ si aduersarius telam iudiciariam in similibus seruari solitã seruasset,iura, & defensiones suas, vt sperat,verisimiliter habuisset. Ideo petat mãdari Auditori,vt telam in similibus causis post terminum comparitionis obseruari solitam, seruari mãdet,cùm ipse,& procurator iurare parati sunt ꝙ nondũ iura, & defẽsiones suas pro ista causa receperant,quæ sperant interim recipere,si tela iudiciaria seruetur. Vel si magis placet mãdare,vt ad executionẽ proximæ cõmissionis minimè procedat,nisi post mensem inchoandũ,immediatè post finitũ terminũ citationis prædictæ in Romana Curia executæ, signatur Placet de secunda parte. Aduerte quod illa secunda pars nõ erat in supplicatione,sed fuit addita in signatura.

XXVI.

Si orator dicat, eius aduersariũ adhuc impuberem fuisse personaliter citatum, & illum constituisse procuratorem ad se defendendum super beneficio corã Auditore Rotæ, & orator petat propter hoc dubitari de viribus processus huiusmodi agitandi, & petat mandari Auditori Rotæ, vt eius aduersario impuberi, ad huiusmodi causam de idoneo tutore prouideat, seu etiam deputet, prout moris est. Deinde in causa procedat, signatur Placet.

XXVII.

Si fuit decreta remissoria ad partes Vngariæ pro probanda familiaritate alicuius Cardinalis Vngariæ, & fuit in Remissoria deputatus locus in ecclesia collegiata alicuius oppidi, vbi frequentius prædictus Cardinalis moram trahebat, & propter pestem præfatus Cardinalis à dicto loco recessit, qui postea mortuus est, & iudex deputatus in partibus fecit iurare, & examinare dictum Cardinalem & alios eius familiares in alio loco,quàm deputato,citato ad hoc legitimè aduersario, qui dedit interrogatoria,super quibus fuerunt examinati testes, & etiam iudex propter frigora hyemalia in illis partibus vigentia, aliquos testes examinauit in oppido deputato, non in ecclesia deputata, sed in domo sua citato legitimè aduersario, & cũ interrogatorijs per eum datis,& quia non fuerũt examinati in loco deputato, vt supra dubitat de viribus dictarũ attestationũ & examinis. Ideo petat orator mandari Auditori, vt fidẽ testibus prædictis adhibeat,& ad vlteriora procedat,signatur Placet.

XXVIII.

Si orator contra quem fuit impetrata supra proximè commissio, dicat se non fuisse præsentem, nec eius procuratorem in dicta examinatione, & quod dictus Cardinalis modò stabat in vno loco, modò in alio, secundùm eius voluntatem, nec dedit interrogatoria, ita ꝙ videtur tacitè consensisse non contradicendo, nec consensit, quod in alio loco quàm deputato procederetur,nec sciuit, quod iudex remissoriæ commisisset alteri receptionem prætensorum iuramentorum testium, nec dedit interrogatoria pro examinatione eorum, sed solum fuerunt interrogatoria, quæ tempore decretæ remissoriæ in Rom. Curia, procurator eiusdem dederat in Rom. Curia, ignorans, quod testes alibi produci deberent,& tamen locus remissoriæ certus apponitur ex mutuo consensu partium & decreto Auditoris, vt sciant partes,vbi comparere debeant,& debet fieri legitima citatio partis ad videndum iurare testes,& dãdũ interrogatoria vt citatus possit videre ipsos testes, & dare interrogatoria specialia, iuxta qualitates testium, & quia præfatus iudex nunquã fecit aliquem actum in loco deputato, fortè intelligens se cum aduersario; orator non fecit aliquas reprobationes in partibus,vbi illas omnino fecisset, si aduersarius benè processisset. Vnde hæc videns obtinuerat committi Auditori causam nullitatis præfatæ remissoriæ: ideo petat orator committi Auditori,vt prætẽsis testibus productis, solũ prout de iure fidẽ adhibeat, causã terminet,& debito fine decidat,signatur Pl.arb.Au.

Si

XXIX.

Si quis obtinuit, causam litteris non confectis committi cum clausula solita, & orator pro suo interesse in vim specialis commissionis fuit admissus in causa coram eodem Auditore, qui processit ad quàm plures actus & iurium, ac testium productionem, & examinationem, citra tamen causæ conclusionem, & aduersarius litteras gratiæ suæ hactenus non produxit, ideo dubitetur de validitate processus & iurisdictione Auditoris, & petat orator mandari Auditori, quatenus in huiusmodi causa, ac si à principio, prætensa commissio per aduersarium sine illa clausula, litteris non expeditis, obtenta fuisset testibus, & attestationibus, aliàs ritè & rectè habitis & examinatis, fide habita, reiteratis terminis vnico contextu, & Audientia procedat, & decidat, iustitia mediante, signatur Placet.

XXX.

Si orator, qui obtinuit auocari causam ad Rotam offerendo iuramentum perhorrescentiæ, obtinuit sententiam in Rota, & eius vigore sequestrum, à quibus est appellatum per aduersarium & causa appellationis commissa Triuultio, & postea compertum sit, quòd iuramentum perhorrescentiæ non fuit præstitum coram primo iudice ante obseruationem terminorum, sed post ante tamen reiterationem terminorum, & cum orator conquereretur cũ Notario, præsente quodam Simone Romano procuratore, & Notarius dixit se aptaturum dictum Regestum antequam subscriberet, & authenticaret, posteà Notarius se absentauit à Romana Curia absque eo, ꝙ dictum Regestũ aptauerit & authenticauerit. Modo vtraque parte instante pro iustitia, non potest fides adhiberi Regesto non authenticato tãquam simplici scripturæ: ideo petat orator mandari Auditori, vt reiectis quibuscunque nullitatibus, & reseruatis expensis in fine litis, attenta Notarij culpa, reiteratis terminis vnico contextu, & c. fidem testibus cum interrogatorijs examinatis, & iuribus productis adhibeat, & causam super negocio principali, pro parte fouente iustitiam decidat, signatur Placet. Aduerte, quod ista signatura videtur aliquantulum dura, & in illis verbis, quibuscunque nullitatibus aliter non restrictis, tamẽ postea in alia supplicatione eiusdem, reperi quod post illud verbum, nullitatibus, sequitur, iurisdictionem non tangentibus, quæ verba fuerunt addita in signatura.

XXXI.

Si orator aduersarius, contra quem est obtenta supra proximè commissio dicat esse alias nullitates processus, quam dicti iuramenti perhorrescentiæ omissi, & quod dictus Simon est procurator aduersarij, cui non creditur, quia agitur de tollenda nullitate eo procurante, & quod prætensis probationibus etiam alijs ex causis, nulla est fides adhibenda. Ideo petat mandari Auditori, quod constito sibi, quod dictus Simon sit procurator aduersarij, aliæque nullitates resultent, procedat super nullitatibus dicti sequestri, & causam terminet, dicta commissione non obstante, signatur Placet, quòd stet præinserta refectis expensis.

XXXII.

Si orator qui obtinuit committi Auditori secundæ instantiæ, vt reiectis nullitatibus processus primæ instantiæ de nouo procederet, dicat non posse exhibere processum de partibus, quia in reuolutione status Mediolani libri, processus, & prothocolla Notariorum fuerunt igne combusta, & difficile esset, testes coram primo iudice in curia citato procuratore aduersarij, & interrogatorijs examinatis, iterum propter eorum absentiam, à Romana Curia reperire & reproducere. Ideo petat committi Auditori, vt in causa & causis huiusmodi, etiam summariè, &c. procedat, fidemque testibus, & iuribus productis, si aliàs ritè, &c. adhibeat, illamq; siue illas, ac si processus de partibus fuisset productus super negocio principali, pro parte fouente iustitiam. Alijs præter quàm ex defectu iurisdictionis nullitatibus ex toto processu resultantibus non obstantibus, terminet & decidat, omnesq; & singulos terminos, nulliter aut malè tentos, vnico contextu, & audientia reiteret, &c. signatur Placet constito de assertis. Aduerte quòd hic nihil dicitur de refectione expensarum, quia in supplicatione narrabat obtinuisse propter paupertatem reseruari expensas in fine litis.

XXXIII.

Si orator qui obtinuit committi causam, litteris non confectis, cum clausula solita, &c. cuius vigore, citatio est executioni mandata, dicat supplicationem gratiæ postea fuisse reformatam propter quandam clausulam, quæ deficiebat, propter quam reformationem Data litterarum efficitur post impetrationem dictæ commissionis, cùm non sit sub data prioris supplicationis, propter quod de viribus cõmissionis dubitatur, ideo petat mandari Auditori, cui prius fuerat causa commissa, vt constito sibi, quòd prima supplicatio, dictæ gratiæ præcesserit commissionem sibi factam, in causa procedat, &c. non obstantibus quibuscunq; signatur Placet.

XXXIV.

Si orator non facta mentione de commissione

sione supra proximè contra eum obtenta, petat committi Auditori causam nullitatis commissionis impetratæ, litteris non confectis, & processus eius causa secuti, signatur Placet.

XXXV.

Si idem orator dicat dubitari, an vigore supra proximè per eum obtentæ, possit idem Auditor pronunciare beneficium non esse litigiosum, & aduersarium in expensis condemnare, ideo petat mandari eidem Auditori, vt si sibi constiterit de nullitate dictæ commissionis, oratorem ab instantia absoluat, & beneficium non esse litigiosum, quò ad aduersarium declaret, signatur Placet.

XXXVI.

Si orator, qui impetrauit vt supra tertiam, dicat aduersarium, qui impetrauit duas supra proximè commissiones, non fecisse mētionem de sua impetrata, cuius tenorem narret. Ideo petat committi Auditori eidem, vt si sibi constiterit summariè, & sine figura iudicij, vt supra tertia, & quod orator litteras gratiæ dictæ reformationis postea factæ ante terminum ad articulandum expediuerit, & in causa præsentatæ fuerint, vt mandabatur in eius commissione, &c. in causa negocij principalis procedat, & terminet dictis commissionibus supra proximè non obstantibus, signatur Placet.

XXXVII.

Si orator obtinuit committi causam in Rota cuius vigore habuit compulsoriam, & aduersarius citatus, & quia timet commissionē nullam fore vitio subreptionis, quia non fecit mentionem de litis pendentia in partibus, & & totum processum faciendum per hoc nullum, & processus agitatus in partibus vigore compulsoriæ extractus, sit penès auditorem, & iudex in partibus cessauit procedere. Ideo petat causam huiusmodi euocari de partibus, & eidem Auditori committi, eique mandari, vt in causa, & causis huiusmodi, vlterius procedat, & fine debito terminet, & decidat, si dictæ partes legitimè citatæ fuerunt, perinde ac si de litis pendētia in prædicta commissione sibi præsentata, specialis, & expressa mentio facta fuisset, ipsæque causæ in partibus pendentes aduocatæ, & tunc sibi commissæ fuisset, signatur Placet.

XXXVIII.

Si orator dicat, requisiuisse aduersarium in partibus, vt dimitteret beneficium suum in quo intrusus est, à qua requisitione aduersarius appellauit, & causam appellationis, cum negocio principali in Rota committi fecit, & fuerunt coram Auditore seruati omnes termini substantiales, & quia asseritur, dictū Aduersarium esse minorem, ideo petat orator, mandari auditori, causam cognoscendam, & decidendum cum potestate in Romana Curia, & extra eam, curatorē, seu curatores ad causam huiusmodi, dicto aduersario etiam absenti, prout iuris fuerit deputari mandandi, & faciendi, vel deputandi, ipsumque aduersarium, & deputatum curatorem in dicta Romana Curia, & extra eam, totiens quotiens fuerit opportunum citandi, & omnia in præmissis, & circa præmissa agendi, signatur Placet. Aduerte, quod illa verba, etiam absenti, fuerunt cassata in signatura, & addita illa verba, prout iuris, &c. manu propria Alexandrini, & tamen in multis alijs supplicationibus illa verba, etiam absenti, non fuerunt cassata. Aduerte etiam, quod in præsenti supplicatione non petitur aliqua conualidatio, nec reiteratio actorum.

XXXIX.

Si orator, qui ob non solutionem pensionis obtinuit committi causam priuationis super beneficio grauato pensione, contra aduersariū & in ea, ad iurium, & testium productionem processum hinc inde quod solùm quatuor termini, ad docendum paruisse litteris apostolicis assignationis dictæ pensionis, contra aduersarium seruati sunt, & dubitatur an Auditor possit etiam in causa adiudicationis beneficij absque alia obseruatione terminorū procedere. Ideo petat orator mandari Auditori, vt seruatis terminis, in beneficialibus causis seruari solitis vnico contextu, & audientia, ad decisionem causæ, & causarum, tam super declaratione incursionis censurarum, & pœnarum in litteris pensionis contentarum, quàm adiudicationis eiusdem beneficij procedat, signatur Placet.

XL.

Lata sententia diffinitiue super executione laudi in partibus contra oratorem, & pro Stephano, & quibusdam leprosarijs, fuit pro parte oratoris appellatum, & causa appellationis commissa in Rota, D. Io. Vanulio, qui decreuit citationem ad partes, cuius vigore Stephanus fuit personaliter citatus, leprosarij verò forte minus legitimè citati, & in cōtumaciam eorundem, termini fuerunt contra eos seruati per contradictas. Deinde pro parte Stephani, & leprosariorum fuit datum mandatum, sed nè de viribus processus, & sententiæ ferendæ dubitetur, petit orator, vt reiteratis terminis, &c. ad confirmationem, vel infirmationem sententiæ latæ, Auditor procedat, signatur Placet parte legitimè citata.

XLI.

Si orator dicat, quod super quibusdam canonicatu,

nicatu, & præbenda, in partibus aliquandiu litigauit, & postmodum causam de partibus auocari, & committi Domino Episcopo Castellimaris in Rota obtinuisse, & quia dubitatur an D. Episcopus possit causam expedire sine processu de partibus, & ideo petat cõmitti eidem Episcopo, vt præfigat terminum competẽtem parti aduersæ ad producendum dictum processum, si eo vti velit attento quod minimè partes releuaret, etiam si de eo constaret, quo elapso causam huiusmodi, absque dicto processu expediat, signatur Placet.

XLII.

Si orator dicat, quod in principio litis non iurauit de perhorrescẽtia prout tenebatur vigore commissionis, sed post terminorum obseruationem, ideo dubitari de validitate processus, & petat committi Auditori causæ, vt reiteratis terminis vnico contextu, &c. causam perinde, ac si iuramentum in primordio litis præstitum fuisset, expediat, signatur Placet.

XLIII.

Si orator dicat, aduersarium suum obtinuisse committi causam super canonicatu, & præbenda contra oratorem, litteris non expeditis, & absque derogatione regulæ, & per ipsum oratorem, coram Auditore, & omnes terminos obseruasse, & dubitari posse de validitate processus ob nõ expeditionem litterarum aduersarij, & ideo petat, vt reiteratis terminis saluo sibi iure opponendi, quamcunq; nullitatem ex non expeditione litterarum idem Auditor reiteratis terminis, &c. causa huiusmodi decidat, vel si magis placet eidem Auditori committere, nisi pars aduersa infra decem dies probauerit expediuisse bullas suas ante terminum ad articulandum jam per oratorem obseruatum, ex tunc eo elapso pronunciet se nullam habere iurisdictionem, partem aduersam in expensis condemnando, signatur Placet de secunda parte.

Cap. VI. de commissionibus appellationum, & executorialibus.

I.

Si petitur, quod sententia debitæ executioni demandetur, ponitur in corpore supplicationis, si, & prout ex tenore ipsius sententiæ de iure fuerit faciendum, & signatur Placet.

II.

Si petatur committi causam appellationis à diffinitiua, ac prætensis litteris executorialibus, & decreto earum per Auditorem causæ promulgatarum, signatur Placet sine præiudicio legitimæ executionis.

III.

Si petatur, q idem iudex Auditor, qui tulit sententiam, à qua dicitur non legitimè appellatum, & sic transiuisse in rem iudicatam, constito sibi de re iudicata exequatur, cum potestate aggrauandi, intercedendi, ac Brachium seculare inuocandi, &c. litterasq; desuper opportunas sub sigillo decerni, quæ rebelles & inobedientes quoscunque arctent, & constringant perinde, ac si sub plumbo expeditæ forent, constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, regula Cancellariæ vna cauetur, quod litteræ huiusmodi, aliàs quàm sub plumbo expeditæ nullæ sint, non obstantibus, &c. signatur Placet.

IV.

Si orator, qui fuit condemnatus vnica sententia per contradictas super beneficio litteris executorialibus decretis, à quibus cum habuit notitiam appellauit, & petit committi causam appellationis, ac si infra tempus decẽ dierum interposita fuisset, reseruatis expensis in fine litis, attenta paupertate oratoris, signatur Placet constito de paupertate.

V.

Si orator condemnatus ad pensionem, pro qua erat obligatus etiam in forma Cameræ, & constituerat procuratorem ad resignandum, in casu deficientis solutionis fuerit condemnatus ad pensionem, & aduersarius obtinuerit vigore dicti mandati procuratorij sibi prouideri de beneficio, dicat sententiam latam fuisse ipse non citato, & indefenso, & appellasse à die notitiæ, & beneficium pro quo fuerat constituta pensio ab eo fuisse euictum quod ab aduersario datum erat, & petat committi causam appellationis, nullitatis sententiæ, censurarum, resignationis & prouisionum desuper factarum, signatur Placet parito iudicato, & constito de bono iure.

VI.

Si petatur commissio executionis sententiæ, quæ transiuit in rem iudicatam, signatur Placet constito de re iudicata.

VII.

Si petatur commissio executorialis propter lapsum fatalium, signatur Placet constito de re iudicata.

VIII.

Si orator obtinuit committi executionem sententiæ, eo quod per non prosecutionẽ transiuit in rem iudicatam; & aduersario eius fuerint dati termini ad probandum de diligentia, intra quos, nihil probauit, quo postea mortuo, alius se in dicto beneficio intrusit, & orator petat reiterationem omnium terminorum

vnico

vnico contextu cõtra intrusos, & intrudendos, & quòd dictam sententiã exequatur, signatur Placet de reiteratione terminorum, in alijs prout de iure.

I X.

Si orator, qui obtinuit aduersarium grauari, &c. vsque ad auxilium bracchij secularis, & perdurauerit post per decem menses, & propter fauores in partibus, frater oratoris fuit in eius odium pessimè tractatus, & vexatus; ideo petat, vt monasterium de quo erat quæstio, & pro quo in fauorem oratoris fuit iudicatum, supponatur interdicto, signatur Placet.

X.

Si canonici alicuius ecclesiæ requisiti per executorem super prætensa prouisione pręposituræ ob non paritionem fuerint excommunicati, & appellauerint, petantque committi causam appellationis, signatur Placet sine præiudicio rei iudicatæ.

X I.

Si orator, qui obtinuit executoriales contra intrusos, & intrudendos, dicat lite pendente, alium se intrusisse in beneficio, & illi intimauerint executoriales, qui à die notitiæ ab executoribus & sententia appellauit, & orator petat, quòd procedatur cõtra illum, nec ipse impediatur in executione illarum quo ad possessionem, signatur Placet prout de iure.

X I I.

Si orator obtinuit litteras executoriales cõtra intrusum, qui mortuus est in intrusione, eoque mortuo, alius se intrusit, & petat quòd litteræ executoriales contra eum mãdentur executioni, ac si contra eum latæ essent, signatur Placet. Hic non narratur, quòd aduersarius appellauit ab executorialibus, sicut in præcedẽti.

X I I I.

Si orator appellet ab excessiua taxatione expensarum, & petat committi causam appellationis, signatur Placet citra præiudicium rei iudicatæ.

X I I I I.

Si petatur commissio executorialis, constito de re iudicata, non obstantibus ferijs natiuitatis Domini, signatur Placet constito de re iudicata.

X V.

Si orator dicat, causam appellationis desertam ob lapsum fatalium, & petat cõmitti executionem primo auditori, qui tulit sentẽtiam, cassãtur illa verba, primo auditori, &c. ponitur auditori, cui causa appellationis est commissa, & signatur Placet constito de re iudicata.

X V I.

Si orator, qui obtinuit, vt supra proximè dicat ignorare, cui causa sit commissa appellationis, & credat non commissam, ideo cum adhuc Regestum sit penes Notarium auditoris, qui tulit primam sententiam, & petat primo iudici executionem committi, signatur Placet.

X V I I.

Si orator dicat, anno elapso aduersarios non paruisse executorialibus, & sustinuisse censuras, ideo petat prioratum canonicorum regularium vicinum aduersarijs, & parochiales ecclesias eorum interdicto superponi, quia causa est magna, ascendens summam quadringentorum ducatorum, signatur Placet de parochialibus, in quibus habitant.

X V I I I.

Si orator petat committi causam appellationis interpositę per ipsum à sententia declarationis censurarum cõtra eum non intrusum, nec requisitum, nec ad causam vocatũ, ob non paritionem litterarum executorialium contra tertium decretarum lata ac nullitatis, & attentatorum, cum pręstate citandi, inhibendi, & absoluendi, signatur Placet sine præiudicio legitimæ executionis.

X I X.

Si orator, qui appellauit à sententia Martini auditoris, fecit cõmitti causam appellationis Petro auditori, & dicat partem aduersariã sub prætextu quòd habuit tres conformes obtinuisse mandari executionem, & taxationem expensarum, & cõmitti præfato Martino tamquam illi, qui tulit tertiam sententiam, quam orator dicit iniustam & notoriè nullã, & quòd etiam duæ sentẽtię in fauorem aduersarij fuerunt declaratæ nullæ, & reuocatæ, & quòd reuocatio transiuit in rem iudicatam, ideoq; prima eius sententia transiuit in rem iudicatam, ideo petat orator, quia non conueniens sit ꝙ Martinus sententiã tam apertè nullam, & iniquã exequatur, vt cõmittatur Petro, vt in causa procedat, & constito sibi de re iudicata, vnus vel alter illam exequatur, signatur Placet.

X X.

Si orator dicat, primò habuisse duas sententias pro se, & quæ postea fuerunt annullatæ & reuocatæ, deinde habuisse tertiam sententiã confirmantem duas suas primas, & reuocatoriam sententiæ latæ in fauorem aduersarij, à quarum vltima, pars appellauit, & obtinuit committi domino Castellimaris, & orator dicit se habuisse tres sententias, nec licere tertio prouocare, & petat committi iudici qui tulit tertiam sententiam vt exequatur, signatur Placet, ꝙ committatur domino Castellimaris.

X X I.

Si orator dicat, se obtinuisse sententiam ab Episcopo Cenetẽsi Auditore Rotæ contra aduersa-

uersarium, à qua licèt prætendat aduersarius appellasse, & causam appellationis commissam Domino Castellimaris, & inde dictus Episcopus Cenetensis, seruatis terminis seruãdis, vigore commissionis expensas taxauit, & litteras executoriales decreuit, & ideo petat, quòd mãdetur Domino Castellimaris, cui causa appellationis est cõmissa, vt inhibitionem, per eum dicto Episcopo Cenetensi factam, moderetur sine præiudicio legitimæ executionis, signatur Placet.

X X I I.

Si orator, qui habuit sententiam pro se in partibus, quæ ex eo, quod non est aduersarius eum prosecutus, infra terminum sibi à iudice datum, ad eam introducẽdam, transiuit in rem iudicatam, licèt causa appellationis alteri iudici in partibus commissa fuit, & deinde illi eidem mandatum, ꝙ constito de legitimo impedimento, non obstante dicto lapsu termini, ac quòd sententia, vt præfertur, transiuerit in rem iudicatam, in negocio principali procedat, & quia coram eo, aduersarius numquam docuit de legitimo impedimento. Ideo orator coram dicto iudice pro executione rei iudicatæ institerit quòd quia sibi denegatum fuit, appellauit, & quia non sperat consequi iustitiam in partibus prout iurare paratus est, petat causam appellationis cõmitti in Rota, & mandari Auditori Rotę quòd cõstito sibi de re iudicata, sententiam prædictã exequatur, & executoriales decernat, &c. signatur Placet.

X X I I I.

Si orator petat mandari Auditori, vt litteras executoriales concessas contra quendã, qui lite pendente se de beneficio intromisit, vt per edictum illas exequatur, quia ad eum, tutus nõ pateat accessus, signatur Placet.

X X I V.

Si orator dicat, aduersarium, qui allegando paupertatem, & quòd dimisit possessionem, fuit admissus ad prosecutionem causæ non obstante re iudicata, non verificasse contenta in eius commissione, nec possessionem dimisisse, ideo petat illi præfigi terminum arbitrio Auditoris moderandum, infra quem, nisi verificauerit contenta in eius commissione, quòd procedatur ad executionem executorialium, &c. signatur Placet.

X X V.

Si orator dicat, fuisse aduersarium excommunicatum, & deuentum vsque ad inuocationem bracchij secularis de mẽse Maij proximè præteriti, ideo petat pòni interdictũ in ecclesia cathedrali, in qua habet pręposituram, & in ecclesia collegiata, in qua habet canonicatũ, & quòd mandetur eius aduersario sub pœna priuationis omnium & singulorum beneficiorum præpositurarum, & canonicatuum suorũ quòd debeat paruisse infra certum terminũ statuendum, infra quem, si paruisse non docuerit, auditor declaret illum incidisse in pœnam priuationis suorum beneficiorum, signatur Placet de interdicto in ecclesia collegiata, in qua est canonicus.

X X V I.

Si orator, qui habuit sentẽtiam pro se super attentatis contra aduersarium, qui appellauit, qui forte considerans eam friuolam, liti causæ, ac possessioni huiusmodi cessit, & eam relaxauit, & orator dicat se dubitare etiam stante dicta cessione, & relaxatione non posse assequi possessionem dictorum bonorũ citra incursus attentatorum, & petat, vt auditor taxet expensas in causa factas, & executoriales in forma solita decernat, eundemq; oratorem in possessionem induci mandet, signatur Placet.

X X V I I.

Si oratrix, quæ est vidua, & reportauit sententiam contra se super attentatis, cum condemnatione fructuum & expensarum, à qua appellauit, deinde liti cessit, dimittendo & relaxando iudicialiter possessionem, data aduersario facultate, & libera potestate illam apprehendendi, saluo sibi iure proprietatis, dicat se habere bonum ius in principali, scilicet in petitorio, petat committi auditori, vt constito sibi de viduitate, & paupertate, ac de ipsius possessionis relaxatione, quo ad prætẽsos fructus, qui nondum sunt liquidati, & expensis in fine litis reseruatis, causam super principali procedendo resumat, signatur Placet.

X X V I I I.

Si ad instantiam illius, qui habuit rem iudicatam contra intrusum in beneficio, non parentem declaratum, &c. & propter eius contumaciam, fuit ventũ ad interdictũ ecclesiæ collegiatæ, in qua aduersarius erat canonicus in regno Vngarię seu Boemiæ, & Cardinalis protector illorum regnorũ dicat, ꝙ in partibus illis sunt permixti Christiani Catholici cum Boemis, & Hæreticis, & ꝙ si illud interdictum seruetur, erit magnũ periculũ, nè aliqui Christiani cum Boemis, & Hæreticis adhæreant, & nè maiores hæreses pullulent. Ideo petat Cardinalis orator, propter multa scãdala euitãda, in partibus illis, vt illud interdictũ relaxetur, signatur Placet constito de assertis.

X X I X.

Si orator, contra quem signata præinserta proxima, dicat in dicta ciuitate, vbi est dicta ecclesia collegiata, nec circum vltra dietam nõ pullulare hæreses, nec ibi patiũtur morari hæretici, nec sectæ Boemorum, ideo petat interterdi-

terdictum reponi, attento maximè pertinacia aduersarij, vt ex litteris eiusdē in iudicio productis, & recognitis apparet, vel si magis placet, ꝙ moneatur aduersarius sub pœna priuationis omnium beneficiorum, vt infra certum terminum arbitrio iudicis statuendum, doceat se paruisse in totum executorialibus, & ꝙ Canonici vtriusque ecclesiæ, tam Cathedralis, quam collegiatæ, in quibus aduersarius est canonicus, moneantur ad expellendum dictum aduersarium, & ad auferendum fructus beneficiorum, quæ in dictis ecclesijs obtinet, cum comminatione contra canonicos præfatos, ꝙ nisi paruerint, contra eos apponetur interdictum, & quòd interim auditor causę sequestret fructus beneficiorum suorum, signatur

Placet de secūda parte, & ista secunda nō erat in supplicatione, sed fuit apposita in signatura.

XXX.

Si orator, qui obtinuit tres sententias conformes, quarum vltima per Dominum de Accoltis lata est, & à quarum tertia aduersarius appellauit, licèt non ponent, dicat D. de Accoltis, cui causa cōmissa fuit taxationis expensarum, & executorialium dedisse parti aduersę apostolos reuerentiales quatenus à sententia per ipsum vltimo loco appellare posset, & deneget oratori taxationem expensarum, & executorialium decretum, à quarū denegatione, & apostolorum reuerentialiū dilatione orator appellauit, & petat committi appellationem illi auditori, cui vltimo loco appellatio à tertia sententia cōmissa fuit, cum potestate, vt constito sibi de huiusmodi re iudicata, aut ꝙ dictus aduersarius appellare non potuit, etiam causis appellationis huiusmodi, & grauaminis omissis, Assumptis sibi duobus, aut tribus ex coauditoribus, etiam ferijs de mēse Augusti non obstantibus, & ter in Hebdomada, in diebus in quibus procederetur, si feriæ non essent, expensas taxet, &c. & sententias pro oratore latas debitæ executioni mandet, & executoriales decernat, &c. signatur Placet.

XXXI.

Si Antonius orator, qui obtinuit rem iudicatam pro se contra Petrum, qui iterū fuit admissus ad prosequendam causam coram Martino auditore, reseruatis expensis, & fructibus in fine litis, constito de paupertate, & parito iudicato, quò ad possessionē, petat orator prȩfigi terminum arbitrio iudicis moderandum, ad verificandum narrata in sua commissione, aliàs quòd auditor procedat ad declarationes, & totalem executionem, signatur Placet.

XXXII.

Si Petrus, qui habuit, vt prætenditur, rem iudicatā contra se, non facta mentione de prȩcedenti cōmissione per eum obtēta, dicat Antoniū eius aduersarium, vigore re iudicatę per eum prætensæ, fecisse taxari expensas, & obtinuisse executoriales, & illum possessione dicti beneficij spoliasse, & petat alicui alteri auditori causam cōmitti dicti spolij, & nullitatis dictarū censurarū, & executorialiū, &c. signatur Placet sine præiudicio legitimę executionis.

XXXIII.

Si Antonius orator, qui habet rem iudicatā pro se, contra quem Petrus aduersarius obtinuit commissionem supra proximè, dicat, quia Petrus non verificauit, quæ tenebatur vt supra, causa diffugij obtinuit prȩcedentem: ideo petat orator, quòd cōmittatur dicto Martino auditori, cui fuit prima commissa per Petrum præsentata, & coram quo orator comparuit, vt præfixo eidem aduersario, aliquo breui peremptorio ad verificandū, & colorandum suam vltimam commissionem supra proximè, quam nisi verificauerit, ad vlteriora procedat, partibus iustitiam faciendo. Non obstantibus supra proximè cōmissione, nec inhibitione eius vigore facta, præsertim cum in narratis in prima commissione aduersarij, euidenter colligatur, stante re iudicata, & executorialibus, aliquod spoliū minimè fuisse cōmissum, signatur Placet, quòd omnia committantur eidem magistro Martino.

XXXIIII.

Si orator dicat, aduersarium, dimisso procuratore oratoris, qui præsentauerat mandatum, & protestatus fuerat, ꝙ nihil fieret eo non vocato, alium procuratorem in mandato contentum, qui non acceptauerat onus causæ, & (vt creditur) se procuratorem oratoris ignorabat, nec officium procurationis exercebat, ad concludendū, & audiendum sententiam, in vltima audientia citauit, sententiam in sui fauorem decepto, vt creditur Auditore, reportasse, à qua, cùm ad notitiam procuratoris deuenisset, à die notitiæ infra decem dies appellauit, & causa appellationis Triuultio commissa, & Aduersarius prætendens sententiam transiuisse in rem iudicatam, obtinuit commissionem executionis. Ideo orator petat committi Triuultio, vt ad causæ expeditionem procedat, ne prætextu dictæ fraudis expeditio causæ impediatur, & si prædicta sententia transiuit in rem iudicatam, ipse exequatur, signatur Placet & constito de re iudicata.

XXXV.

Si orator dicat, se obtinuisse sententiam in sui fauorem contra omnes sua interesse putantes, amoto quolibet à beneficio illicito detentore, quę transiuit in rem iudicatā, & petat cōmitti eidem. Auditori, quatenus sententiam, &

omnia in ea cōtenta exequatur, litteras executoriales decernendo, signatur Placet.

XXXVI.

Si orator de quo supra proximè dicat lite pendente, quendam se intrusisse in dicto beneficio, & adhuc in eo intrusum esse, nec ad eum patere tutum accessū pro executorialibus decretis intimādis, & petat committi Auditori, vt constito sibi summariè, & etiam extraiudicialiter de nō tuto accessu, litteras executoriales per edictum publicum in Romana Curia, & extra exequi mandet, & in euentum non paritionis, &c. declaret, &c. signatur Placet.

XXXVII.

Si orator, qui reportauit sententiam contra se, & executoriale, cum condenatione fructuū, & expensarum, dicat se offerre satisfacturū de expensis, dummodo reseruatis fructibus, quorū liquidatio facta non fuit, donec illi liquidētur, & petat, ꝙ super principali procedatur, prestita cautione de satisfaciendo de fructibus, postquam liquidati fuerint, signatur Placet. Ista nō fuit signatura R. D. Alexandrini, sed R. S. Petri ad Vincula, ideo postea reformatur per Alexandrinum, vt statim in proxima sequitur.

XXXVIII.

Si orator, contra quem fuit impetrata supra proximè commissio, dicat non esse deueniendum ad prestationem cautionis, ex quo fructus liquidati sunt, & de illorum quantitate, & valore apparet Auditori, ideo petat mandari Auditori, vt constito sibi ex actis, & probationibus de quantitate, & valore fructuum, & ꝙ de illis aduersarius non satisfecerit, & ꝙ liquidati fuerint ad declarationem incursus censurarum, prout iustum fuerit, procedat, prædicta commissione non obstante, signatur Placet. Hæc fuit signata per Alexandrinum, & signatura addidit illa verba, & ꝙ liquidati fuerit, & illa, prout iustum fuerit.

XXXIX.

Si orator, qui impetrauit, vt supra, secūdam, qui tamen non facit mentionem de cōmissione supra proximè per aduersarium impetrata, dicat noluisse soluere expensas aduersario, qui noluit acceptare, vt staret semper in possessione, ideo orator dicat, illas deposuisse, ac etiam obtulisse idoneè cauere de fructibus soluendis, postquam fuerint liquidati. Ideo orator petat committi Auditori, vt constito sibi de premissis, ac præstita per oratorē idonea cautione, de satisfaciendo de fructibus soluendis, postquam liquidati fuerint ad expeditionē causæ, & negocij principalis vnà cum dicta liquidatione coniunctim, vel diuisim, prout sibi magis videbitur, ad vlteriora, partibus iustitiā ministrando procedat, signatur Placet.

XL.

Si aduersarius, conquerēdo de supra proximè commissione, dicat partem aduersam hoc cōfingere, & ꝙ per plures mēses ante dictas cōmissiones obtentas liquidati fuerunt fructus, ideo petat mandari Auditori, vt constito sibi simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij etiam ex actis, ꝙ fructus huiusmodi fuerint liquidati, dudum ante dictas cōmissiones, aduersariū ad satisfaciendum de dictis fructibus, iuris remedijs, prout iustum fuerit, cogat & compellat, & successiuè in causa negocij principalis, & non ante procedat, signatur Placet. Aduerte, ꝙ illa verba, prout iustū fuerit, fuerunt addita in signatura.

XLI.

Si orator dicat, se possidere beneficium, & vigore litterarum executorialium in fauorem aduersarij decretarum, in quibus ipse non est comprehensus, nec nominatus, quòd est requisitus ab executore, vt aduersarium ponat in possessionem, & ipse appellat, & petat committi causam appellationis, signatur Placet.

XLII.

Si orator, contra quem fuit impetrata supra proximè cōmissio multis narratis, in effectu dicat obtinuisse rem iudicatam contra alios aduersarios, & executoriales, & lite pendente, aduersarium de quo supra, se intrusisse in beneficio. Ideo petat mandari Auditori Triuultio, cui causa appellationis de qua supra est commissa, & qui inhibuerat, &c. vt vigore supra proximè commissionis sine præiudicio legitimæ executionis, & non aliàs procedat, ac inhibitionem prædictam sine ipso præiudicio moderetur, signatur Placet.

XLIII.

Si idem orator, qui obtinuit commissionem supra secundā, dicat se molestari vigore dictarum litterarum executorialium, in quibus non est nominatus à Domino de Accoltis Auditore, qui illas decreuit, cùm ipse in dictis litteris executorialibus minimè comprehendatur, & petat committi Auditori Triuultio, cui fuit commissa causa, vt supra, ꝙ Auditor dictam causam executionis dictarum prætensarū executorialium, & in euētum, quòd executionem mereantur, illas exequatur, tamquam si ab initio talis executio sibi cōmissa fuisset: alioquin procedat iuxta cōmissionem supra secundam, signatur Placet.

XLIV.

Si primus, & secundus agant contra tertium intrusum in beneficio, & lata sententia in fauorem primi contra secundum, & tertium, quæ quò ad tertium tantùm possessorem transiuit in rem iudicatam, & non quò ad secundum.

Et

Et primus nunc orator petat decerni executionẽ dictæ sentẽtiæ, & expensas taxari, & omnia, & singula in dicta sententia contẽta executioni mandari, dictum tertium concernẽtia, signatur Placet. Illa verba, dictum tertium concernentia, fuerunt per signaturam addita,

XLV.

Si orator dicat, ꝙ capitulũ, & canonici alicuius ecclesiæ, contra quos sunt decretæ executoriales propter rem iudicatã, & qui propter paupertatem petierunt se admitti ad beneficiũ c. Odoardus. & qui, vt orator asserit, nihil probant, sed dicunt causa fugiendæ executionis, & petat mandari Auditori, quatenus præfixo aliquo termino suo arbitrio ad hoc probandũ, &c. quo elapso, in euentum non legitimæ probationis ad vlteriorem executionem, prout iustum fuerat, signatur Placet.

XLVI.

Si oratores presbyteri, qui asserunt, eo ꝙ fecerũt processiones in quodam Castro, vt Deus eos liberaret à talpis comedentibus omnes eorum vineas, ab eorũ Episcopo Nuscanensi fuisse incarceratos, & excommunicatos, & coactos ad euitandos carceres, soluere quingentos ducatos, à quibus omnibus appellarunt ad Archiepiscopum Salernitanum eorum Metropolitanum, qui primò fecit declarationem in eorum fauorem, postea propter fauores aduersarij illam reuocauit, à qua etiam appellarunt, & petant committi in Rota causam omnium nullitatum, & appellationem, &c. signatur Placet sine præiudicio legitimæ executionis. Aduerte quomodo fuerint apposita illa verba, sine præiudicio, &c. cùm non fieret aliqua mentio, nec de tribus sententijs, nec de re iudicata.

XLVII.

Si orator, qui obtinuit rem iudicatã, & executoriales, & ob non paritionem litterarum executorialium, huiusmodi negocij declarationem, coram Domino de Flores instruxit, & dicat aduersarium ad diffugiẽdum executionem, causæ declarationis huiusmodi fecisse causam committi alteri iudici super molestatione, & inhiberi, licèt eius procurator coram Domino de Flores comparuerit, & petat orator mandari Domino de Flores, vt illo non obstante, in causa declarationis ad vlteriora procedat, signatur Placet.

XLVIII.

Si orator, qui obtinuit vsque ad inuocationem brachij secularis contra aduersarios comites in Germania, qui indurauerunt per quinque annos, & postea obtinuit poni interdictum in Stant oppido supposito Domino dictorum comitum iam per quindecim menses, & adhuc non paruerunt, ideo orator petat supponi interdicto Ciuitaem Viẽnensem, & cathedralem ecclesiam, & alia Monasteria, & capellas dictæ ciuitatis, &c. signatur Placet de interdicto in vna ecclesia conuentuali.

XLIX.

Si orator, qui obtinuit causam committi in Rota D. Iacobatio, dicat propter potẽtiam aduersarij à iudicibus in partibus coacti, certo modo compromittere in aliquos & huiusmodi liti, & causæ in curia pendenti renunciare, & cõpromissarij infra tempus non pronunciarunt, & sic compromissum ipso iure extinctũ, ideo petat orator committi eidem, vt procedat iuxta formam primæ commissionis, signatur Placet.

L.

Si orator, contra quem fuit obtenta supra proximè cõmissio, dicat se habere aduersariũ in forma Cameræ obligatum, & illum ad differendam executionem fecisse cõmitti causam in Rota, ideo petat mandari eidem Auditori, vt exhibitio coram eo dicto instrumẽto in forma Cameræ procedat, & procedi permittat eo modo, & forma, quibus procedi consueuit coram Auditore Cameræ super instrumentis in forma Cameræ, signatur Placet.

LI.

Si orator, contra quem aduersarius obtinuit committi in Rota, vt Auditor, attenta obligatione in forma Cameræ procederet, prout Auditor Cameræ in similibus procedere consueuit, Deinde se esse in casu absolutionis, & petat attenta commissione, de qua per aduersarium impetrata, mandari Auditori, vt absque alia terminorum obseruatione, ad absolutionem, vel condemnationem procedat, signatur Placet.

LII.

Si orator, qui habuit duas sententias, & executoriales propter transitum in rem iudicatam, & quia aduersarius latitabat, obtinuit committi Achilli, vt etiam per edictum, constito de non tuto accessu, dictas executoriales executioni mandet. Modò orator dicat, ꝙ eo quia vacationes generales indictæ fuerunt, aduersarius non sine dolo, ad impediendam executionem rei iudicatæ, causam nullitatis prætensæ dictarum duarum sententiarum, & executorialium committi fecit Vanulio, qui inhibuit Achilli, ideo petat orator mandari Achilli, vt præmissis non obstantibus, dictas litteras executoriales etiam per edictũ, constito de non tuto accessu, &c. iuxta formam dictæ commissionis exequi mãdet, & faciat, & si postmodum de nullitate dictarum duarum sententiarum sibi constiterit, illas annullet & reuocet, aliàs facta dictarum executorialium exequatur ad

declarationem censurarũ contra aduersarium procedat ferijs nõ obstãtibus, signatur Placet de legitima executione, ferijs non obstantibus.

LIII.

Si orator qui habuit tres sententias conformes pro se, cum fructuum, & expensarum condemnatione contra aduersarium, & postea aduersarius restitutus ad prosequendam causam obtinuit similiter tres sentẽtias pro se, cum simili condemnatione fructuum, & expensarum post restitutionem factarũ contra ipsum oratorem, & petat orator, attento ꝙ sibi debẽtur fructus, & expensę ex pari causa iudicati, sicut aduersario, mandari Auditori, cui causę executio mandata est, vt quatenus compensatis hinc inde fructibus, & expensis pro modo debiti declarati in eo, quòd altera partium apparuerit obligata, ad satisfactionem eum cogat, signatur Placet prout de iure.

LIIII.

Si orator dicat, etiam facta compensatione de qua supra in pręcedenti cõmissione manere debitorem aduersarij circiter quadraginta ducatos, & propter eius inopiã debeat admitti ad Alternatiuã miserabiliũ beneficiorũ, signatur Placet. Aduerte quòd ad supplicationem fuerunt addita illa verba, prout iuris fuerit, quæ reperiuntur etiam cassata, de quo miror, quia quasi semper signatura solet esse in simili casu, placet prout de iure.

LV.

Si petatur cõmitti Auditori potestas relaxandi interdictum ecclesiasticum in ciuitate, & ecclesia cathedrali positũ, &, & prout de iure videbitur faciendum, signatur Placet.

LVI.

Si petatur ad tollẽdum dubium iurisdictionis, &c. & obuiandum scandalis, committi Auditori informato, vt interdictum ecclesiasticum speciale ciuitatis, quatenus de iure fuerit relaxandum relaxet, & si dubium vel difficultas in hoc occurrerit, ex nunc arbbitrio suo illud simpliciter, vel ad tempus, sub modo vel conditione, &c. relaxet, &c. signatur Placet prout de iure.

LVII.

Si orator dicat, Sempronium, super quodam canonicatu obtinuisse contra Titium rem iudicatam, cum condemnatione, &c. & etiam litteras executoriales contra eum, & dictum Sempronium, licèt admissus fuerit per capitulum, tamen non habuisse fructus, sed per canonicos semper datos Titio, & mortuo Sempronio aliter possessione non habita, orator fuit in eius locum surrogatus, & alter se intromisit in beneficio, & petat orator mandari eidem Auditori, penes quem acta, & Regestum causæ existunt, vt cõstito sibi etiam summariè, & extraiudicialiter de pręnctis, aut saltẽ quantum sufficiat, pręfatos canonicos & capitulum, ac singulas personas eiusdem, ac dictum intrusum, omnesq; alios intrusos, & intrudendos dicti canonicatus, ac fructuum, & prouentuum, & omnes alios ad quos solutio dictorũ fructuum spectat, quatenus ipsi canonici & intrusos, occupatoresque, possessionem realem, & corporalem dicti canonicatus, ac eius prouentuum vacuam, & liberã eidem oratori, seu eius procuratori dimittere, & relaxare: dicti verò canonici illum admittere, &c. ac de ipsis fructibus oratori respondere infrà vnum competentem terminum per auditorem præfigendũ sub censuris, & pœnis pecuniarijs, &c. necnon vt infra alium competentem terminũ, ipsum auditorem de paritione huiusmodi certificasse habeant, & quilibet eorum debeat sub eisdem pœnis, &c. censuris, &c. paruisse respectiuè moneat in Romana Curia, vel extra, litterasque executoriales in euentum non paritionis contra eos decernat, &c. signatur Placet.

LVIII.

Si orator petat causam appellationis, & appellationem, nullitatis & nullitatum, & desertionis earundem pro parte aduersarij interpositarum aduersus sententiam in fauorem oratoris latam, & petat eas committi alicui alteri auditori, cum potestate in euentum, quòd dicta appellatio deserta sit, & quòd sẽtẽtia transiuerit in rem iudicatam quod omnes expensas taxet, &c. & exequatur &c. & sequestrum appositum in fauorem oratoris tollat, &c. signatur Placet.

LIX.

Si orator dicat se aduersario condemnatum in viginti ducatis pro expensis, & aduersarium sibi pro quinquaginta taxatis, & liquiditatis, & aduersarius cogat oratorem ad solutionem dictorũ viginti, orator verò petat committi Auditori exequenti, vt dictos viginti ducatos, in quibus oratori aduersario teneri prætenditur, cum illis quinquaginta sibi exhibitis, in quibus dictus aduersarius est sibi cõdemnatus pro expensis & qui taxati, moderati, & liquidati sunt, verbo solùm, & duntaxat, etiam absque obseruatione terminorum substãtialium, compenset, &c. signatur Placet.

LX.

Si orator, qui obtinuit sententiam, & executoriales pro se contra aduersarium, dicat illas intimari fecisse aduersario in partibus, tamen propter penuriam testium orator, qui iam dictas litteras executoriales in actis repetijt, & quatuor terminos consuetos contra procuratorem aduersarij, ad docendum dictum aduersarium

sarium litteris executorialibus paruisse, non confidit posse facere recognosci instrumentum intimationis dictarum executorialium aduersario factæ, & dicat orator quòd constare poterit aliter, quàm per dictum instrumentum intimationis, quod per plures menses ante obseruationem dictorum terminorum, dictæ litteræ ad notitiam aduersarij peruenerunt, idéo petatur mandari Auditori, qui dictas executoriales decreuit, & coram quo dicti termini seruati sunt, committi, vt constito sibi, quòd dictæ litteræ ad notitiam aduersarij per plures menses ante obseruationem dictorum terminorum decreuerint, in causa huiusmodi executionis, vlterius procedendo, dictum aduersarium excommunicationis maioris, & aliàs Ecclesiasticas sententias, censuras, & pœnas in executorialibus contentas incidisse declaret, aggrauet, &c. iuxta formam ipsarum litterarum executorialium, & prout de iure fuerit faciendum, perinde ac si dictæ litteræ executoriales apparerent eidem aduersario intimatæ, signatur Placet, quatenus peruenerint ad notitiam.

L X I.

Si orator in causa Depositi dicat, habuisse sententiã in eius fauorẽ, & in vim cõmissionis litteras executoriales, sed de Decreto litterarũ executorialiũm dubitatur ex eo quòd de diligentijs appellationis à dicta sententia, quę dicebatur non prosecuta, non apparet in capserta commissionum, & etiam inhibitio fuit facta per Auditorem Rotę, cui causa appellationis commissa erat post Decretum litterarum executorialium, ante tamen declarationem, & quia aduersarius nũquam docuit de dictis diligentijs coram iudice à quo, vt orator frustraretur, ideo ad euitandas expensas petat orator mandari dicto Auditori, cui causa appellationis fuit commissa, vt constito sibi de desertione appellationis à dicta sententia interpositæ, & ꝙ sententia prædicta transiuerit in rem iudicatã, cum dictis litteris executorialibus, vt præfertur Decretis, & intimatis, seruatis terminis seruari solitis, & dicto aduersario, eisdẽ litteris non parẽti præfatum aduersarium, declaret, aggrauet, &c. Aliàs iuxta formam, & tenorem dictæ commissionis, executorialis præfato iudici à quo præsentatæ attento ꝙ agitur de causa depositi, & aduersarius habet procuratorem in Curia, qui acceptauit, signatur Placet. quòd de nouo executoriales decernantur constito de re iudicata.

L X I I.

Si orator, qui obtinuit supra proximè, dicat, si de nouo executoriales concedi oporteret, & aduersarium, & ipsum duplici expensa grauari, & aduersarium fuisse in culpa, qui de diligentia non docuit ante decretum executorialium. Ideo petat orator mandari Auditori, vt sibi cõstito de re iudicata, cum eisdem executorialibus iam decretis cõtra aduersarium, iuxta formam, & tenorem præinsertæ procedat. Vel si magis placet constito de re iudicata, ac de nouo intimatis eisdem litteris nisi infra tempus quindecim dierum à dicta die intimationis inchoandorum, aduersarius huiusmodi litteris executorialibus paruerit, seu paruisse docuerit, terminis seruatis vnico contextu ad docendum se paruisse ad declarationem censurarum in ipsis contentarum, iuxta formam, & continentiam ipsarum litterarum executorialium procedat, attento quòd est causa depositi, & in terris ecclesiæ, signatur Placet de secunda parte.

L X I I I.

Si orator, qui obtinuit supra proximas, dicat dubitari, an illa verba, constito de re iudicata, in eisdem apposita, intelligantur, ꝙ constare debeat de re iudicata, tempore decreti dictarum litterarum executorialium, & non tempore præsentationis dictæ vltimæ proximè. Ideo petat mandari eidem Auditori, quòd constito, ꝙ dicta sententia transiuit in rem iudicatam tempore præsentationis dictæ vltimę commissionis ad dictarum litterarum executorialium, dictęque sententiæ vlteriorem executionẽ procedat, prout in illa secunda eius parte creditur concessum & mandatum, signatur Placet. Aduerte, ꝙ illa verba, prout in illa secũda eius parte, fuerũt addita manu Alexãdrini.

L X I I I I.

Orator Nicolaus Castellanus cuiusdam Castri, ac illius coloni à quodam officiali in partibus, cui commissa super solutione cuiusdam census soluendi collegio maiori Artistarum, ob non solutionem dicti census fuerunt excommunicati, à qua excommunicatione pro parte oratoris, & colonorum fuit appellatum, quia petunt committi causam appellationis huiusmodi in Rota, cum potestate absoluendi eosdem, signatur Placet.

Cap. V I I. De reparatorijs causarum.

I.

Si petatur cõmissio appellationis interpositę per fictũ contumacem à prætensa diffinitiua sententia lata, contra sua interesse putantes inscio, & non citato oratore, qui iusto, & canonico titulo possedit per triẽnium beneficium de quo agitur, signatur Placet prout de iure.

I I.

Si reus cõdemnatus per tres sententias pareat iudicato quoad possessionem, & obtinens

possederit per triennium pacificè, & sit tutus regula de triennali, si tamen succumbens dicat se habere ius in beneficio, & alleget impedimentum infirmitatis, paupertatis, &c. & petat admitti non obstante regula, signatur Placet.

III.

Si quis obtinuit tres sententias diffinitiuas contra se conformes super beneficio, & vigore executorialium fuerit excommunicatus, & dicat iure & defensiones non fuisse productas, & sibi bonum ius competere in beneficio, & ob eius inopiam non posse satisfacere condemnationi fructuum, & expensarum, ideo petat, vt iterum causa super dicto beneficio committatur, &c. signatur Placet, constito de paupertate, & bono iure, & parito iudicato quò ad possessionem.

IIII.

Si orator, prædicto stante proxima præinserta supplicatione, & cõmissione, petat vt prædicto Auditori cõmittatur, vt ad totalem causæ huiusmodi expeditionem, pro aliàs fouẽte iustitiã omissa pronunciatione aliqua, super surreptione commissionis præinsertæ, pro parte aduersarij impetratæ, diffinitiuæ videlicet absoluendo, vel condemnando, prout iuris fuerit, procedat, &c. signatur Placet.

V.

Si orator dicat, non fuisse deductũ suum bonum ius coram Auditore, qui tulit sententiam cõtra eum à qua fuit appellatũ, & deserta quia per procuratorẽ non prosecuta. Ideo petat causam appellationis, iniquitatis, & nullitatis cõmitti, &c. non obstante desertione, &c. signatur Placet parito iudicato.

VI.

Si orator condemnatus etiam super restitutione fructuum, & emolumentorum, & postea acquieuit, quia nullos fructus habuit, petat mãdari eidem Auditori, vt assignet terminũ eius arbitrio aduersario ad liquidandum fructus & emolumenta, quo elapso si non liquidauerit, constito quòd orator litteris executorialibus in alijs paruerit, prout iustum fuerit, absoluat, signatur Placet.

VII.

Si orator, qui habuit sententiam contra se, super beneficio appellauit, & procurator non est prosecutus causam, & dicat se habere bonum ius in beneficio, ideo petat causam appellationis super beneficio committi, &c. nè maneat aduersario beneficiũ sine titulo, signatur Placet parito iudicato.

VIII.

Si orator, contra quem fuerit obtenta præinserta proxima, petat cõmitti eidem Auditori, vt præfiat aduersario aliquem breuem terminum peremptoriũ competentem arbitrio suo, ad parendum iudicato, & ad docendum de bono iure suo, & si non paruerit, & docuerit, ex tunc præinsertam cõmissionem, nullam, inualidam, & subreptitiam, nullamq; iurisdictionem habuisse declaret absque alterius telæ iudiciariæ obseruatione, signatur Placet.

IX.

Si quis petat committi causam nullitatis, & iniquitatis, Decreti litterarum executorialiũ, signatur Placet sine præiudicio legitimæ executionis.

X.

Si orator possessor beneficij dicit illud de iure ad se spectare, & in illo bonum ius habere, &c. Non obstãte quòd aduersarius per audientiam contradictarum obtinuit sententiam, & executoriales pro se, & fortè nisus fuerit probare per testes oratorem fuisse citatum, & petat causam appellationis, &c. signatur Placet refectis expensis.

XI.

Si orator, stãte præinserta proxima, qui obtinuit dictam sententiam, petat beneficium sequestrari, iuxta clem. ad compescendas, &c. signatur Placet.

XII.

Si orator dicat, se ab aduersario grauiter percussum, qui credens illum moriturũ, beneficiũ illius impetrauit, & in causa in Rota commissa, orator per tres sententias succubuit, & dicat propter paupertatem, & expensas in infirmitate factas nõ potuisse ius bonum suum defendere: & petat se restitui ad illius prosecutionem, signatur Placet constito etiam extra iudicialiter de bono iure, &c.

XIII.

Si orator dicat, à iudice in partibus remotis, à quo appellauit datum sibi fuisse terminũ centum dierum ad extrahendum processum, & centum se ad præsentandum conspectui Sedis Apostolicæ cui præfixioni orator non consensit: immo tunc verbo appellauit, & dixit processum infra tempus extrasisse, sed quòd infra tempus se non præsentauit, propter inopiam, & paupertatem, sed tamen infra dictum tempus, procuratorem ad causam prosequendam constituit, qui infra annum, causam debitè fuit prosecutus. Et ideo orator, quia dubitat sententiam transiuisse in rem iudicatam, petat, quòd si constiterit iudici, ꝙ propter paupertatem, se infra dictum tempus præsentauerit, reiteratis terminis, &c. illum admittat, ac in causa huiusmodi procedat, ac si infra dictum tempus se præsentasset, signatur Placet.

XIIII.

Si orator dicat, in causa beneficiali habuisse

buisse tres sententias contra se, & executoriales, nihilominus habere bonum ius & alleget paupertatem, &c. & petat committi causam de nouo, &c. signatur
Placet constito de paupertate, & bono iure, ac parito iudicato, quò ad possessionem.

XV.

Si orator, qui impetrauit proximè præinsertam, dicat non posse verificare præinsertā ante inditionem vacationum proximarum, & petat mandari Auditori, vt constito sibi summariè de paupertate, & ꝙ possessionem dicti beneficij dimisit, oratorem à cēsuris simpliciter, vel ad cautelam absoluat, signatur Placet.

XVI.

Si orator, dicat aduersarium, qui contra se duas proximè præcedentes obtinuit, tempore præsentationis dictarum commissionum, de quibus supra proximè possidere pacificè beneficium, de quo agitur, & se pauperem confixisse ad illudendum tres conformes, & quibusdā testibus extraiudicialiter productis, & examinatis super paupertate obtinuisse absolutionē, ideo petat committi auditori, quòd constito sibi, ꝙ prædictus aduersarius, tempere præsentationis præcedentium commissionum, possideret dictum beneficium de quo contenditur, & alia beneficia quæ excedunt summam quadraginta ducatorum, nisi infra certum terminum, arbitrio auditoris moderandum, rei iudicatæ huiusmodi plenariè paruerit, dicto termino elapso, aduersarium in censuras reintrudat, nō obstātibus præmissis, signatur Placet.

XVII.

Si oratores religiosi, qui fuerunt excommunicati ob non paritionem litterarum executorialium, & quorum Monasterium fuerat interdicto suppositum, dicant se paruisse & absolutos fuisse à censuris, & quia dubitatur, an auditor possit relaxare interdictum & petant oratores vt attento quod paruerint mandari auditori, vt interdictum relaxet, signatur
Placet prout de iure.

XVIII.

Si prior, conuentus, & Monaci S. Petri dicant per eorum aduersarium causam fuisse cōmissam contra eorum Abbatem absque eo ꝙ de Priore & conuentu aliquod verbum factum fuerit. Et nihilominus per illos auditores Rotæ qui iudicauerunt, etiam ipsos fuisse declaratos, & grauatos, ideo petat committi causam nullitatis dictarum censurarum, signatur
Placet sine præiudicio legitimę executionis.

XIX.

Si oratores sequendo supra proximè supplicationem dicant, ꝙ auditor excommunicauit dictos Monacos S. Petri & etiam sancti Benedicti. Qui sancti Benedicti aliquo modo non erant in causa, & quòd per errorem ipsi fuerunt inserti in sententia, quod patet ex eo, quia auditor qui tulit sententiam, huiusmodi errorem correxit, & per notariū corrigi mandauit, tamen quò ad abbatem, quia ei mandabatur quod adimpleri non poterat, licèt fecerit omnem diligentiam pro excommunicatis publicati fuerunt, & ideo appellauerunt, & petant committi causam appellationis, nullitatis &c. signatur
Placet sine præiudicio legitimæ executionis.

XX.

Si orator, contra quem est lata sententia & decretæ executoriales, postea venit ad concordiam cum aduersario, qua non obstante aduersarius vult procedere ad executionem executorialium, sub prætextu quòd orator non seruauit concordiam, & orator, qui credebat ex concordia se tutum, & satis absolutum, petat committi auditori, quòd constito sibi de concordia apostolica auctoritate cōfirmata, & obstante præfata concordia, oratorem non esse declarandū obseruatis omnibus terminis vnico contextu, audientia, & citatione tantùm procedat ad sententiam absolutoriam, prout iuris fuerit, signatur Placet.

XXI.

Si orator, cuius aduersarius obtinuit præcedentem, dicat aduersarium, qui dicitur successor in beneficio illius, contra quē sunt res iudicata, & executoriales decretæ dicat quòd attento, ꝙ nunc aduersarius non potest prætendere ignorantiam dictarum executorialiū, aliàs super dicta commissione per aduersarium obtenta, non pronunciato, & quòd orator paratus est consentire, ꝙ aduersarius absoluatur, sed refectis expensis, quòd parte aduersarij legitimè factis, & seruatis quatuor terminis consuetis, videlicet, primò, secundò, tertiò, & quartò, ad docendum se dictis litteris executorialibus, quo ad dimissionē possessionis, & fructuum post eius intrusionem perceptis paruisse, si non paruerit, eundem aduersariū in censuras incidisse declaret, grauet, &c. signatur Placet de legitima executione.

XXII.

Si orator dicat, aduersarium suum, qui substinuit censuras, vsque ad bracchium seculare, per plures annos circa xij. ob non paritionem rei iudicatæ obtinuisse in forma Breuis Apostolici absolutionem à censuris, eo nō vocato, neque rei iudicatæ parito, ideo petat mandari Auditori, quatenus huiusmodi prætensam absolutionē, nullam irritam, & inanē, ac contra S. D. N. intentionē processisse, verbo vel inscriptis declaret, & ea absolutione nō

obstante,

obstante, iuxta priorum processuum declarationem decretorum declaret, aggrauet &c. signatur Placet.

XXIII.

Si orator dicat, decreta remissoria in prima instantia ad partes, & reportata nullitate actorum, ex inordinato processu dictæ remissoriæ coram iudicibus, in partibus habito deprehendi manifestè, & petat committi eidem Auditori qui decreuit Remissoriam quatenus causam, & causas quarumcunque nullitatum, tam processus, & actorum, coram iudicibus in partibus prætextu dictæ remissoriæ habitis, quàm aliàs etiam in dicta causa, quomodolibet resultantibus, seruatis terminis coram eo, vnico cõtextu, prout in beneficialibus decidat, cum potestate citandi, tam in Romana Curia, quàm extra, signatur Placet.

XXIIII.

Si oratrix Monialis dicat, pendente lite in Rota contra aliam Monialem, super Abbatissatu aduersariã, omissa negocio principali intentasse causam attentatorum, in quo aduersaria contra oratricem cum condemnatione fructuum, & expensarũ & litteras executoriales, & quia oratrix est pauper, & habet bonũ ius, petat committi vltimo Auditori, qui pronunciauit super attentatis, vt constito sibi summariè de eius paupertate, reseruatis expensis, & fructibus in fine litis in causa principali procedat, attento quòd paruit, quo ad possessionem, signatur Placet.
Placet, & constito de bono iure.

XXV.

Si orator, qui habuit rem iudicatam contra se, dicat se minorem & lęsum, & petat mandari Auditori, vt sibi minori curatorem ad prosequendam huiusmodi litem, & restitutionem petẽdam deputet, & deputari mandet, signatur Placet prout de iure.

XXVI.

Si orator dicat, se minorem & sententiã latam contra se, quæ dicitur transiuisse in rem iudicatam, & ꝙ etiam nunc est minor, & lęsus, & petat committi Auditori, vt constito sibi summariè, & sine figura iudicij de minoritate dicti oratoris, & quòd à dicta sententia non fuit appellatum culpa, dolo, seu negligẽtia curatoris, vel procuratoris, & prosequens fuerit læsus, oratorem, & minorem aduersus dictam sententiam, & rem iudicatam, prout in iuris fuerit, restituat, eundemque de nouo in suo iure audiat, signatur
Placet. Aduerte, quòd illa verba, prout iuris fuerit, opposita fuerunt in signatura.

XXVII.

Si orator dicat, se super beneficio vocatum ex partibus in Rota, & quia fuit domi incarceratus, & spoliatus bonis, & exul factus non potuit venire nec mittere pro defensione, & in contumacia, contra se sententiam reportauit, quæ dicitur transiuisse in rem iudicatam, & decretas executoriales, quibus intellectis ad curiam venit, vt doceret de bono iure suo, sed obstante dicta re iudicata non potest audiri. Ideo petat committi Auditori, coram quo causa est vt constito de præmissis summariè &c. & extraiudicialiter, oratorem ad appellandum restituat, appellationisq; causam decidat, & terminet, reseruatis fructibus, & expẽsis in fine litis, constito de paupertate, signatur Placet constito de legitimo impedimẽto. Aduerte quòd ibi nulla sit mentio; ꝙ pareat quo ad possessionem, nec aliter parito iudicato, cum tamen videatur, quòd orator possideret, ex quo fuerat condemnatus ad fructus.

XXVIII.

Si orator dicat aduersarium, qui obtinuit supra proximè commissionem stetisse vltra duos menses, & nihil de contentis in dicta cõmissione verificasse, ideo petat committi eidẽ Auditori, vt dicto aduersario, seu eius procuratori, aliquem competentem, breuem terminum præfigat, infra quem, si dicta in sua commissione non verificauerit, eundem aduersarium in domo habitationis suæ etiam solus, sententias, & censuras in dictis executorialibus cõtentas, incidisse declaret, &c. ferijs non obstantibus, signatur Placet.

XXIX.

Si minor contra quem fuit lata sententia, & decretæ executoriales obtinuerit committi restitutionem, & quia restitutio non fuit petita per procuratorem habentẽ speciale mandatum, fuit data sententia in causa restitutionis cõtra minorem, qui decessit relicto altero minore hęrede, qui iterum cõmitti petat causam restitutionis idem Auditori, signatur Placet prout de iure.

XXX.

Si orator, contra quem minor petijt se restitui vt supra proximè, dicat se obtinuisse sententias in causa nullitatis, & aliàs contra minorem, qui per multos annos longis litibus fatigauit oratorem, & promulgata executoriali contra dictum minorem defunctum, non hæres etiam minor, vt euitet executionem, petijt committi causam restitutionis, quam petitam iam per nouem menses prosequi non curauit, ideo orator petat mandari eidem Auditori, vt si ex actis causæ sibi videtur, quòd dictus minor, hæres aduersarius, prætensam restitutionem calumniosè, & verisimiliter ad impediendam executionem rei iudicatæ allegauerit, ac etiam

etiam de notorio ipsius hęredis non iure constiterit,& nisi hæres infra aliquem terminum sibi præfigendum,de eius bono iure, seu prætensa læsione (cuius vigore meritò locus fit restitutioni) legitimè docuerit. In causa huiusmodi,ad vlteriorē rei iudicatæ executionem, prout sibi per commissionem executorialium mandatum fuit, partibus iustitiam ministrando procedat, signatur Placet.

XXXI.

Si orator dicat dum esset lis inter eum, & inter Guardianũ, & patres minores cuiusdam Monasterij super prioratu,& suspenso petitorio fratres obtinuisse super possessione tres sẽtentias,cum condemnatione fructuum, & expensarum,& dicat orator se habere bonum ius in petitorio, in quo si succubuerit,vult non sibi licere appellare,& quod sperat,quòd de iure fratres sibi condemnabuntur in fructibus, & expẽsis, contra quos propter paupertatem eorum erit inanis actio. Ideo petat committi Auditori,coram quo est Regestum, vt dimissa per eum possessione religiosis aduersarijs,fructibus, & expensis reseruatis in fine litis causam audiat in petitorio, &c. signatur

Placet parito iudicato.

XXXII.

Si orator de quo supra dicat,hoc sibi licere de iure communi, quod sibi supra concessum est,& iterum petat reseruari fructus, & expensas in fine litis. Additur in supplicatione, constito de paupertate oratoris, & signatur Placet.

XXXIII.

Si orator,qui fuit subrogatus in iuribus defuncti litigantis cum alio etiam quò ad possessionem: & aduersarius dederit de attentatis, & obtinuerit sententiam contra oratorem super fructibus & expensis, & orator dicat sibi bonum ius competere in petitorio,& velit dimittere possessionem aduersario,& dicat se filium familias, & nihil in bonis habere,& propterea sit clericus pauper, nec modum viuendi aliter habeat, nisi eius pater victum & vestitum subministraret, & clericus de iure nequeat,nisi inquantum facere potest coarctari, ideo petat mandari Auditori, vt constito sibi summariè de oratoris paupertate, reseruatis fructibus,& expensis in fine litis procedat in petitorio, &c. signatur

Placet prout de iure. Aduerte, quia semper in alijs similibus consueuit signari Placet constito de paupertate, ideo considera, qua de causa hic non signauerit more solito.

XXXIIII.

Si orator dicat, per mortem cuiusdam familiaris Cardinalis Neapolitani, sibi de eius consensu de beneficio prouisum, & alium vigore gratiæ expectatiuæ quæ ad beneficia reseruata non extenditur, illum acceptasse, & causam in Rota commissam,& oratorem personaliter citatum,sed postea per Audientiam contradictarum, vsque ad sententiam,cum fructuum, & expensarum condemnatione, contra oratorem processum, quæ dicitur in rem iudicatam transiuisse, litteris executorialibus desuper decretis, & oratori intimatis. Modo orator,nè vitiosus detur aduersarius ingressus, petat alteri Auditori committi, vt constito sibi de oratoris paupertate, reseruatis condemnatis in fine litis,eundem oratorem in secunda instantia,ac si diffinitiua sententia prætensa legitimè fuisset appellatum,& causa appellationis sibi commissa fuisset, necnon nullitatis,iniquitatis,& iustitiæ dictæ sententiæ &c. cum potestate absoluendi à censuris simpliciter,vel ad cautelam,&c. signatur

Placet. Aduerte quæ potuerit esse ratio,quod non fuerit signata, vt quasi semper solet, sine præiudicio legitimæ executionis, vel parito iudicato, ex quo orator fatetur, se personaliter fuisse citatum.

XXXV.

Si orator, qui obtinuit supra proximè, petat,vt ad effectum tantum docẽdi de eius paupertate,& deinde ad euitandum executionem vigore supra proximè, quòd Auditor solus in domo audiat,ferijs non obstantibus, signatur Placet.

XXXVI.

Si orator,qui habuit rẽ iudicatam contra se, super beneficio,& in cẽsuris positus,deinde ad causam restitutus parito iudicato & cõstito de bono iure,dicat videri,quod vigore dictę commissionis etiã quod paruerit iudicato, nisi de bono iure suo constiterit, absolui non possit; ideo petat orator committi Auditori, attento quod vult parere iudicato, in eo quod potest, & quod fuit condemnatus in contumaciam,vt constito sibi de impotentia oratoris,eundem à prædictis censuris absoluat, signatur

Placet prout de iure.

XXXVII.

Si orator dicat,à sentẽtia lata contra se infra legitimum tẽpus appellasse, & causam appellationis infra debitum tempus prosecutam, tamen iudex à quo, vigore specialis commissionis litteris executoriales decreuit, à quo etiam decreto appellauit orator & causæ appellationum prædictarum D. de Flores commissæ,qui inhibuit, & inhibitione non obstante, iudex à quo vigore dictarum executorialium ad declarationem processit: & ideo orator conqueratur, quod hoc modo cogatur stare

vnicæ

vnicę sententię, & petat causam prętensæ executionis prædictæ, à dicto iudice, à quo euocari, illamque, & illas in eodem statu, in quo nūc sunt, vnà cum causa prædictæ appellationis, à dicta declaratione prædicto Domino de Flores committere reassumendas, cognoscendas, & decidendas, &c. ac coniunctim, & diuisim, vt iustum fuerit, necnon procedendi solum, & dumtaxat ad vlteriorem executionem dictæ sententiæ si in rem transiuerit iudicatam, & executionem meruerit, & cum facultate oratorem simpliciter, vel ad cautelam absoluendi, &c. signatur Placet.

XXXVIII.

Si orator dicat, ꝙ fuit spoliatus sua Abbatia quam possederat per triennium à quodam Galeotto, & quendā Sebastianum prætendentem ius in dicta Abbatia, oratore ignorante, litem mouisse contra eundem Galeottum, ac postmodum oratori litteras executoriales intimari fecisse, & vsque ad bracchium seculare contra eum, qui mortuo Galeotto, ad possessionē dictæ Abbatiæ reuersus fuerat processisse, & ideo appellasse; & petat committi causam suæ appellationis, vnà cū negocio principali, cum facultate à censuris absoluendi, interdictum relaxandi, & bracchium reuocandi, signatur Placet prout de iure.

XXXIX.

Si orator dicat, quod lite pendente, coram Episcopo Castellimaris, super parochiali ecclesia aduersarium suum, oratore minus legitimè citato, sententiam cum expensarum condemnatione, & litteras executoriales obtinuisse, de quibus nisi nuperrimè numquam habuit notitiam, qua habita statim ab omnibus appellauit, & ideo petat causam appellationis committi, & perinde audiri, ac si essent infra decem dies ad appellandum, reseruatis expensis in fine litis, attento quod orator fuit indefensus & est pauper, & sententia est vnica, & lata per audientiam contradictarum, signatur Placet constito de paupertate.

X L.

Vacante Abbatia Sancti Hippolyti de Faventia, fuit de eadem prouisum oratori, illiusque possessionem; per plura tempora continuauit. Quidam tamen Dominus ciuitatis Fauentiæ, oratorem, vt illi Abbatię renunciaret, cogere volebat, eique minabatur: quamobrem orator ab illa Abbatia metu se absentauit, nonnumquam tamē ad illam eundo, possessionemque illius retinendo: interim quidam Galeottus, qui oratorem, fauoribus laicorum à sua possessione impediebat, mortuus est, & orator ipse ad suam possessionem continuandam venit. Quidam tamen Sebastianus sub prætextu quod aiebat se mouisse litem super dicta Abbatia contra Galeottum de eius obitu cognito, sententiam contra interesse putantes, ac contra oratorem litterasq; executoriales per edictum intimari obti..uit, à quibus omnibus orator appellauit, & cum pro parte oratoris, de titulo, & possessione doctum fuerit, tamen ipse aduersarius manu armata, oratorem de possessione spoliauit, ex quo statim orator appellauit, & causam attentatorum, &c. cum facultate absoluendi à præfatis censuris, saltem quò ad effectum agendi committi fecit. Supplicat igitur orator, quod constito sibi de titulo, & possessione dudum ante litem motam inter Sebastianum, & Galeottum, & propter minas principis, impedimenta per Galeottum illata, orator ipse non potuerit possessionem pacificę continuare, & quod orator se pluries ad dictam Abbatiam contulit intermedio tempore, & constito sibi quod Sebastianus ante prolatam dictam sententiam contra sua interesse putantes, nominauerit oratorem in Abbatem dictæ Abbatiæ Sancti Hippolyti per suas litteras missiuas, propter eaque nō debuisset vbi certum sit, aduersarium contra sua interesse putantes procedere, & constito sibi, quod tutus & facilis esset accessus, propterea non debuissent præfatę litteræ executoriales per edictum intimari, eidem Auditori cōmittatur, vt idem orator à censuris simpliciter, vel ad cautelam absoluat, cùm sit paratus orator præstare iuratoriam cautionem de parendo iuri, & de satisfaciendo de expensis, ac causam appellationis vnà cum negocio principali attentatorum audiat, &c. cum potestate, &c. non obstantibus, signatur Placet prout de iure.

X L I.

Si orator Gerardus dicat latas fuisse tres sententias conformes contra se super quodam prioratu, quia iura sua non fuere producta, nec defensiones factæ; ideo petat, vt reseruatis expensis in fine litis, committatur causa alicui Auditori inter ipsum oratorem, & Bernardinum aduersarium, signatur Placet constito de paupertate, & bono iure & parito iudicato, quò ad possessionem.

X L I I.

Si Bernardinus orator dicat, Gerardum post præsentationem præinsertæ obseruasse omnes terminos, & produxisse iura, nec tamen plenè docuisse de bono iure, & alijs iuxta signaturā præinsertę: ideo dubitari an Auditor causæ ad sententiam procedere posit, quia petat eidem Auditori committi, vt omissa pronunciatione aliqua super commissionis surreptione prçinsertę pro parte aduersa impetratæ diffinitiuè procedat, videlicet absoluendo, vel condemnando

nando prout iuris fuerit, signatur Placet.

X L I I I.

Si idem Bernardinus orator, in secunda pręinserta dicat, ante secundo loco præinsertæ commissionis præsentationem pro parte Gerardi aduersarij omnes terminos tētos, & quia dictum fuit apud acta, de regula triennali, propter quam termini prædicti ex defectu iurisdictionis nulliter obseruati dicuntur, ideo dubitari, an auditor ad reiterationem illorum, iuxta bullam Innocentij reiterare, & illis reiteratis causam expedire, ideo orator Bernardinus petat committi eidem auditori, vt reiteratis terminis vnico cōtextu, &c. iuxta proximè formam ad causæ expeditionem procedat, signatur Placet.

X L I I I I.

Si orator dicat, quod sub prætextu, quod ipse consenserit cuidam pensioni super fructibus sui prioratus, & in euentum non solutionis, procuratorem ad resignandum ipsum prioratum constiterit, & propter non solutionē prætensam, fuit declaratus incidisse in pœnas, & censuras, & excommunicatus ipso absente, & aduersarius per cessionem asserti procuratoris de dicto prioratu prouisus fuerit, à quibus omnibus orator appellauit, ideo petat committi Auditori, coram quo causa pendet, causam appellationis, & nullitatis, tam pretensę resignationis, & prouisionis, quam omnium processuū desuper habitorum, signatur

Placet, parito iudicato, & constito de bono iure. Aduerte quod hic non narratur, ꝙ fuerint latę contra oratorem tres sententiæ, & tamen per signaturam respondetur constito de bono iure, quæ clausula solet apponi, quando narrantur tres sententiæ latæ contra oratorem.

Cap. VIII. Super causis pensionarijs.

I.

Titius asserens ex causa resignationis sibi esse reseruatum pensionem super fructibus illius beneficij soluendam sub pœna priuationis in forma consueta, & reseruato etiam sibi ingressu in euentum non solutionis, & priuationis huiusmodi, intendens tam decursas ante incursum pœnæ priuationis huiusmodi, & non solutas pēsiones exigere, quàm etiam vigore gratię regressus præfati beneficium ipsum adiudicari sibi, petijt committi Domino Auditori Cameræ, similium causarum iudici ordinario, vt si seruatis quatuor terminis consuetis inueniret aduersarium ob non solutionem incurrisse pœnam priuationis, & censurarum in litteris contentarum, propterea que factum esse locum regressui præfato præuia declaratione incursus pœnæ priuationis, & censurarum huiusmodi, & seruatis terminis substantialibus in causis beneficialibus seruari solitis, etiam super effectuatione regressus, & adiudicatione beneficij huiusmodi, coniunctim, vel diuisim audiret, terminaret, & decideret. Placet.

I I.

Sempronius asserens iusto titulo se esse adeptum possessionem Abbatiæ, & quod quidam Gaius asserit super illius fructibus reseruatam esse sibi pensionem de consensu Martini olim prætensi Abbatis, qui tamen reuera numquam fuit Abbas, neque possessor, propterea quod assignatio pensionis fuit inualida, & nulla, ipseque desiderat illam nullam, & inualidam declarari, propterea supplicat committi alicui, &c. causam nullitatis, & inualiditatis huiusmodi, &c. signatur

Placet sine retardatione solutionis.

I I I.

Abbatissa & Moniales asserentes venisse ad sui notitiam quod quidam Petrus iactabat, & diffamabat sibi auctoritate Apostolica super sui monasterij fructibus, Apostolica auctoritate de ipsarum consensu reseruatam esse annuam pensionem centum ducatorum, & tamen sua iura ostendere differebat, ipsę oratrices cupiētes rem clarificari, ne per temporis diuturnitatē probationes perirent, aut aliud præiudicium eis generaretur, per curiam D. Auditoris Cameræ obtinuerunt illum moneri, vt infra tunc expressum terminum deberet à diffamationibus, & iactationibns huiusmodi desistere, & quæcunque sua prætensa iura deducere, & producere, ne autem de modo procedendi, aut iurisdictione dicti auditoris, siue aliàs de validitate sententiæ ferendæ dubitari contingat, supplicant committi eidem Auditori, vt eidem Petro alterum similem terminum loco terminorum substantialium pręfigat, & illo elapso, si quod releuet non deducat, aut à diffamationibus, & iactationibus prędictis desistendo non cedat ipsas oratrices absque alia terminorum substantialium, vel telæ iudiciariæ obseruatione absoluat, sententiamque absolutoriam in forma de iure conuenienti proferat, signatur Placet.

I I I I.

Ioannes narrante quod quatenus aliàs cuidam Iacobo super beneficio, quod ipse Io. possidet, reseruata fuisset annua pēsio, ccc. ducatis cum facultate transferendi, & idem Iacobus translationem huiusmodi fecerit in fauorem cuiusdam Lucæ aduersarij pro quanto in eisdē litteris fuit apposita conditio, ꝙ translatio huiusmodi fieri deberet infra sex menses tūc

proximos

proximos, & ex instructione instrumenti trãslationis apparet quod translatio facta fuit post sex menses, & sic nulliter. Ideo petit committi causam nullitatis, & inualiditatis huiusmodi. Placet.

V.

Gregorius dicens nuper sibi fuisse prouisum de portione in ecclesia cathedrali, quam possidebat Alfonsus, & quod licèt cuidam Ferdinando aduersario aliàs de consensu dicti Alfonsi reseruata fuisset pensio, centum ducatorum etiam super fructibus dictæ portionis, tamen non fuit super eiusdem portionis solius, sed etiam super aliorum quatuor beneficiorũ, quæ idem Alfonsus similiter obtinebat fructibus confusè, & indistinctè assignata, vnde clarè petat quod non est tota, & ex fructibus eiusdem portionis persoluenda, nihilominus dictus Ferdinandus non cessat iudices comminari velle totam ab ipso oratore exigere, interestque ipsius oratoris, vt vnus pensionis huiusmodi proportionabiliter, & attento valore fructuum omnium, & singulorũ beneficiorũ prædictorum distribuatur, & declaretur quota illius portio per eundem oratorem occasione pensionis prædictæ sit persoluenda. Ideo supplicat committi causam & causas distributionis & declarationis huiusmodi. Placet.

V I.

Iulius commendatarius, & possessor præpositur æ asserens quod Io. Florentinus sub prætextu quod aliàs xviij. annis præteritis, super eiusdem præpositur æ fructibus reseruata fuisset Nicolao pensio. ccccc. ducatorum, & quod postea idem Nicolaus interim contracto per eum matrimonio, virtute priuilegiorum collegij militum S. Petri eandem pensionem in personam eiusdem Ioannis Florentij transtulisset, huiusmodi translationis prętextu intendebat ipsum Iulium molestare, & è contra ipse intendat pensionem huiusmodi nullam, & inualidam declarari, præsertim ex eo quòd priuilegia prædicta quò ad translationes pensionum maximè per coniugatos, nũquam fuerunt vsu recepta, & attẽto quod nec Nicolaus, nec Ioannes Florentinus præfati ab ipso oratore, nec à duobus alijs dictę prępositurę commendatarijs antecessoribus suis pensionẽ prędictam vmquam exegerunt. Ideo supplicat committi causam iactationis, ac nullitatis, & inualiditatis, seu extinctionis pensionis prædictæ summariè, &c. Audiendam, &c. Placet.

V I I.

Idem Ioannes Florentius qui supra asserẽs quod putabat per errorem fuisse in præinserta ommissum apponi clausulam consuetam, sine retardatione solutionis pensionis, petit cõmitti eidem Auditori, vt in causa prædicta, necnon in causa declarationis incursus censurarum, & pœnarum in litteris reseruationis pensionis eiusdem contentarum fine retardatione solutionis à die intimationis litterarum tantum procedat.

Placet. Et nota quod illa verba, à die intimationis litterarum tantum, addita fuerunt per signaturam, propter antiquitatem pensionis, quę etiam per duos antecessores non fuerunt soluta.

V I I I.

Præfatus Iulius præinsertis duabus proximis superioribus, narrato quod pensio fuerat imposita de consensu Christofori, qui numquam possederat præposituram, & quòd propter ea ipse non erat cogẽdus soluere pensionem quam tertius posuerat super alieno beneficio, & quod tempore factæ translationis, priuilegia militum de transferenda pensione non erant facta, & quòd propterea nec Nicolaus, nec Ioannes Florentius ausi fuerant per xiij. annos, pensionem petere, nec fuerunt in possessione præcipiẽdi, & quod si hæc expressa fuissent, proximè pręinserta signata nõ fuisset. Ideo petit committi Auditori, vt præfixo vtrique parti termino ad probandum incumbentia, illo elapso causam huiusmodi pro debito iustitiæ, dicta clausula in proximè pręinserta posita non obstante procedat, terminet, & decidat. Placet.

I X.

Suprascriptus Ioannes Florentius pręinsertis tribus proximis superioribus, & subiuncto quod Iulius aduersarius mentitus erat inquantum exposuerat, de non iure Christofori, qui consensit pensioni, & de non existentia priuilegiorum, cum in contrarium sit veritas, propterea supplicat committi eidem Auditori, vt iuxta formam secundo pręinsertæ fine retardatione solutionis etiam simpliciter, & absq; illis verbis, à die intimationis litterarũ, procedat. cum potestate citandi, &c. vel si magis placet, committatur eidem Auditori vt constito de bono iure, procedat cum clausula sine retardatione solutionis à die intimationis tantùm. Placet de secunda parte.

X.

Filippus asserens se nuper canonico titulo præcedente assecutum prçeceptoriam loci N. Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani & inuenisse quod quidam laicus iactabat fuisse sibi super eiusdem prçeceptorię fructibus auctoritate apostolica assignatam pẽsionem 800. ducatorum, quę tamen si vnquam assignata fuit, remãsit extincta pro eo, quia dictus Lutius simplex

plex clericus secularis nō emisit professionem ordinis hospitalis præfati iuxta quandam constitutionem à Papa Clemente V I I. desuper editam,& quoniam secūdum ordines, & stabilimenta dictæ religionis fructus dictæ præceptoriæ duobus primis annis nō per ipsum oratorem nouiter prouisum, sed per receptores communis thesauri religionis prædictæ sunt percipiendi,& nihilominus interim ipse orator intendit facere declarari pensionem præfatam fuisse,vt præfertur,extinctam,& quatenus pendente lite solutio non sit retardanda, eam dictus aduersarius non ab oratore, sed à dictis receptoribus petere debeat : ideo supplicat committi causam inualiditatis seu extinctionis pensionis huiusmodi audiendam, &c. in forma consueta. Placet.

SEQVVNTVR NVNC COMmissiones diuersarum materiarum secundùm ordinem, vt infra.

Commissio causæ super ecclesia parochiali.

DIGNETVR S.V. causam & causas quam & quas deuotus E. S. V. orator N. cler. Lubicensis diœcesis habet & mouet, habereq; & mouere vult, & intendit cōtra & aduersus quendam Io. assertum clericum aduersarium omnesq; alios, & singulos sua communiter,vel diuisim interesse putantes de & super paroc. ecc.n. dictæ diœc. quam quondā B.dum vixit, obtinebat, rebusq; alijs in actis causæ & causarum huiusmodi latius deducendis,& illorum occasione alicui ex R. patribus dominis vestri sacri palatij causarum auditoribus,committere audiendas, cognoscendas fineq; debito terminādas,cum omnibus & singulis earum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis,& connexis,cum potestate dictum Io. omnesq; alios & singulos supradictos,& in executione citationis præsentium vigore ad partes decernendæ nominandos in Rom. Cur. & extra eam in partibus totiens quotiens opus fuerit citandi, sibiq; & alijs quibus videbitur inhibendi. Constitutionibus, & ordinationibus apostolicis stilo palatij, quodq; causa seu causæ huiusmodi non sint forsan ad Ro. Curiā legitimè deuolutæ, neque in ea de sui natura, aut iuris necessitate tractandæ,& finiendæ,cæterisq; in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque.

Commissio super perpetua capellania pro familiari Cardinalis.

Dignetur S. V. causam & causas quam & quas deuotus orator vester N. perpetuus capellanus ad altare sub inuocatione sanctæ Catherinæ situm in parochiali ecclesia beatæ Mariæ Virginis Lubicensis,& R. in Christo patris,& domini domini G. sancti Marci sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri Cardinalis familiaris continuus commensalis habet & mouet, habereq; & mouere vult & intendit contra, & aduersus quemdam Io. assertum clericum aduersarium in dicta capellania intrusum, omnesq; alios, &c. alicui ex R. P. &c. committere audiendas,&c. Cum potestate, &c. Constitutionibus, &c. quibuscumque.

Commissio super Vicaria necnon fundo, & decimis.

Dignetur S. V. causam & causas quam & quas deuotus orator vester Ar. de Brema Vicarius,&c. intendit contra & aduersus quendam G.assertum clericum,&c.de & super Vicaria,&c.necnon causam & causas appellationis & appellationum pro parte eiusdem oratoris à quibusdam intrusionis, detentionis, & occupationis cuiusdam fundi,ac nonnullarum decimarum ad Vicariam præfatam pertinentibus,in actis causæ huiusmodi latius exprimendis, & nonnullis alijs grauaminibus sibi per præfatum G. de & super Vicaria fundo,& decimis prædictis, ac iura ad ea pertinentia, & ipsorum occasione præstitis,& factis,& fieri comminatis ad Sanctitatem vestram sanctamque sedem Apostolicam interpositæ, & interpositarum vnà cum toto negocio principali alicui ex R. P. &c.

Commissio absolutionis ad effectum agendi super parochiali ecclesia.

Dignetur S. V. R. P. Domino Laur.de N. Auditori causæ & causarum inter deuotum E. V. S. oratorem Io. rectorem parochialis ecclesiæ in N. ex vna & quendam N.de & super possessorio & spolio dictę Ecclesię & illius occasione partibus ex altera committere & mandare quatenus prædictum oratorem à quibuscumque prætensis ecclesiasticis censuris in eū occasione quarundam prætensarū iniuriarum verbalium ac litium & expensarum ad instantiam cuiusdam N. prætensi clerici quomodolibet latis & prolatis ad effectum prosequendi causam dictæ parochialis ecclesiæ ne expeditio causæ impediatur simpliciter vel ad cautelam

lam prout expedit, absoluat. Et quòd vlterius in causa ecclesiæ prædictæ breue iustitiæ complementum ministret præmissis iuribusq; constitutionibus & ordinationibus apostolicis stilo palatij cancellariæ regulis statum causæ & causarum huiusmodi quem pro sufficiẽter expresso habendo ceterisque contrarijs, non obstantibus quibuscunque attento quod præfato aduersario nihil iuris ex præmissis ac re sit vel decre ssit nihil nisi causæ protractio, & vt eo diutius in sua violentia intrusione & spolio glorietur in scandalum Christi fidelium plurimorum.

Commissio causæ cum potestate citandi per edictum.

Dignetur S. vestra causam & causas quam & quas deuotus orator vester I. Barbatus canonicus Lubicensis habet & mouet habereque & mouere vult & intendit contra & aduersus quendam Bartoldum assertum clericum dictorum canonicatus, & præbẽda illicitum detentorẽ & intrursum omnesque alios & singulos forsan intrusos & intrudendos ac sua cõmuniter vel diuisim interesse putantes & in executione citationis præsentium vigore decernendæ nominandos de & super dictis canonicatu & præbenda rebusque alijs in actis causæ latius deducendis & illorum occasione alicui ex R.p.d.&c.cum potestate citãdi præfatum Bartol. intrursum omnesque alios & singulos forsan intrusos & intrudendos ac sua communiter vel diuisim interesse putantes in Ro. cur. extra & in partibus totiens quotiens opus fuerit. Etiam per edictum publicum cũ propter dicti Bartol. potentiam ad eũdem in eius propria persona citandum tutus non pateat accessus necnon inhibẽdi omnibus & singulis quibus videbitur expedire, constitutionibus, &c.

Commissio quòd procedatur non obstantibus ferijs ter in hebdomada pro familiari vicecancellarij expresso nomine cancellariæ, vt causa detur sibi gratis propter familiaritatem.

Dignetur S. V. committere & mandare R. p. d. N.&c. quatenus in quibusdã causis coram eo vertentibus inter quendam N. agentem ex vna & deuotum oratorem vestrum Io. Reuerendissimi domini Vicecãcellarij familiarem de & super parochiali eccle.n. n. diœcesis rebusque aliis, &c. & illorum occasione partibus ex altera in quibus ad nõnullos actus iudiciales, citra tamen ipsius causæ conclusionẽ quos hic habere dignemini pro sufficienter expressis est processum procedat non obstantibus feriis per e.s.v. indictis seu in breui indicendis etiam de mense Augusti & ter in hebdomada diebus quibus procederetur si feriæ illæ indictæ non forent, attento P.S. quod dictus n. supplicans fuit, & est reus cuius est fugere & tamen cupit in causa huiusmodi breuem iustitiam ministrari, constitutionibus, &c.

Commissio pro citationibus & compulsorijs &c. decernendis per prælatum existentem cum Papa extra curiam Rota remansit in curia loco auditoris.

Beatissime pater, cum nõ modicum dispendiosum atque incommodum sit deuotis oratoribus vestris curialibus S. V. sequentibus & ad eandem curiam venientibus pro decretis citationum & compulsorialiũ ac aliarum litterarum sine partis vocatione decerni cõsuetarum ad vrbem Ro. proficisci. Et si vnus aut duo prælati hic ab eadem S. V. deputarentur qui citationẽ & compulsorias aliasq; litteras huiusmodi decernerent ipsos curiales à laboribus & expensis non modicũ releuarent. Supplicatur igitur E.S.V. pro parte eorundem curialium, quatenus Reuerendis in Christo patribus & dominis dominis N.& N. Episcopis committere & mandare dignemini vt in causis cuiuscumqne naturæ sint in locis N. & N. aut alibi vbi S. V. vsque ad eius reditum ad vrbem Ro. prædictam residere contingerit Reuerendis patribus dominis auditoribus in dicta alma Vrbe vel alias vbicunq; residentibus per Sanctitas Vestra, & de mandato vestro cõmissis & committendis citationibus inhibitionibus compulsorias, arresta, absolutiones & absolutionum cõmissiones siue subdelegationes, aliasque litteras & instrumenta de stilo dicti palatii absque partium vocatione decerni cõsuetas pro eisdem auditoribus decernant, & quilibet eorum dercernat, necnon citandos ad comparendum coram eisdem auditoribus, quibus causæ huiusmodi commissæ fuerint seu eorum surrogãdis iustitiam recepturos citent & inhibeant iuxta commissionum desuper signatarum & signandarum formas & tenores. Necnon R.D. Vicecancellario, vt commissiones causarum quæ sibi signandæ videbuntur eisdem auditoribus signet, & committat perinde, ac si in dicta vrbe existeret motu proprio committere & mandare dignemini de gratia speciali, stilo dicti palatii, cæterisque in cõtrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Commis-

Commissio prorogationis propter regulam pro expectante apostolico qui misit citationem ad partes.

Beatissime pater, licèt aliàs deuotus vester Io. clericus N. diœcesis Ecclesiam parochialẽ in N. dictæ diœcesis tunc per obitum N illius vltimi possessoris vacãte vigore certę suæ gratiæ expectatiuæ acceptauerit, & sibi de eadem prouideri obtinuerit aliasq; opportunas desuper fecit diligentias & causam quam contra quemdam L. assertum præsbyterũ in dicta ecclesia intrusum de & super eadem ecclesia & illius occasione inter alia mouere intendebat R. p. d. Ludou. &c. sacri palatij apostolici causarum auditori cõmitti fecerit, citationemq; ad partes miserit: tamen propter regulã Cancellariæ apostolicæ de publicãdis acceptationibus & prouisionibus per S. V. editam, in qua inter alia caueri dicitur expectante apostolicum suas acceptationem & prouisionẽ & ipsarum publicationem à die prouisionis factę infra annum possessori beneficij acceptari ritè & legitimè insinuare, aut aliàs secum in iure experiri debere: alioquin inter alia acceptatio, & prouisio huiusmodi nullius sit roboris vel momenti: dubitat idem Io. orator præfatus in Ro. Cu. pręsens, an dicta sua citatio lõgè infra tempus debitum per eum ad partes missa contra in dicta ecclesia intrusum debito tempore executa sit. ne igitur ipse Io. propterea à bono suo iure cadat, & attento ꝙ tempus infra ꝙ citatio exequi, ac idẽ intrusus in causam trahi, & euocari possit nondum lapsum existat. Dignetur e. S. V. huiusmodi causę auditori, vel in eius loco surrogato, vel surrogãdo committere, & mãdare quatenus terminum infra quem idem orator de suo iure cum in dicta ecclesia intruso experiri tenetur à tempore præsentationis præsentis supplicationis siue commissionis ad sex menses proroget, infra quos orator ipse iterato suam diligentiam in & circa iuris sui prosecutionem facere teneatur, regula antedicta cæterisq; in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Commissio de procedendo summariè inter laicos in causa pecuniaria.

Beatissime pater, licèt quondam Io. socius & factor A. & sociorum mercatorũ Ro. Cu. dictorum A. & sociorum nominibus promiserit soluere deuoto oratori vestro B. laico N. diœc. nomine cuiusdam C. ratione venditionis certorum animalium centũ ducatorũ sine aliqua retentione a. d. e. x. mensis N. per totum mensem M. proximè futurum de anno D. M. cccc. lxxix. ad idem orator cedulã seu apocam manu propria scriptam, & signo solito dicti banchi signatã desuper dederit prout mercatores in dicta curia consueuerunt. Nihilominus tamen A. prædictus licèt ad id per R. p. d. curiæ causarum Cam. Apo. generalẽ auditorem monitus fuerit dictam summam soluere indebitè denegauit, & cõtra dixit: prout denegat, & cõtradicit in animę suę periculũ & ipsius oratoris graue damnũ. Ne igitur clemẽtissime pater dictus orator occasione pręmissa vbi adeo claram probationẽ habet litium dispendijs inuoluatur, sed veritas executionem paratã habere possit. Dignetur S. V. præfato D. auditori Cameræ cõmittere & mandare quatenus causam & causas huiusmodi inter dictas partes sũmariè, simpliciter & de plano sine strepitu & figura iudicij terminis nõ seruatis sola facti veritate inspecta audiat, cognoscat, decidat, & fine debito terminet, cũ singulis suis emergẽtibus, incidentibus, dependentibus annexis, & connexis. Constitutionibus, etc. quibuscumque.

Commissio super causa matrimoniali.

Beatissime pater, cum deuota vestra N. mulier N. diœc. non sperans in partibus posse cõsequi iustitiæ complementum contra N. laicũ dictæ diœcesis de & super matrimonio inter eos contracto carnali copula consummato, ad vestræ beatitudinis pedes cepit gressus personaliter in Rom. Cur. expectare volens iustitiæ complementum pręsens existat. Dignetur igitur S. V. causam & causas quam & quas mouet seu mouere vult, & intẽdit dicta oratrix, & habet contra aduersus præfatum N. de & super matrimonio prędicto, & illius occasione alicui ex R. P. vestri sacri palatij apostolici causarum auditoribus committere audiendas, &c. Cum omnibus & singulis suis emergentibus, etc. Et cum potestate præfatum N. omnesq; alios et singulos sua interesse putantes citandi, et inhibendi, etc. Non obstante ꝙ causa et causæ, etc. Constitutionibus, etc. quibuscunque.

Commissio quòd procedatur terminis abbreuiatis, ac si in tertia instantia esset.

Dignetur S. V. committere et mandare R. P. D. G. vestri sacri palatij causarum auditori quatenus in quadam causa coram eo in prima instantia pendente inter deuotum oratorem vestrum N. agentem ex vna, et N. de et super parochiali ecclesia N. et illius occasione etc.

partibus ex altera, et in qua ad nonnullos licet paucos actus quos hic pro sufficienter expressis habere dignemini per audientiam contradictarū processum est, procedat summariè, simpliciter et de plano sine strepitu, & figura iudicij terminisq; abbreuiatis per iudicē, ac si huiusmodi causa in tertia instantia esset quacunq; appellatione prçterquā à diffinitiua seu diffinitiuç sententiçvim habente reiecta stilo, vsu & consuetudine dicti palatij, cçterisque contrarijs non obstantibus quibuscumque.

Commißio generalis.

Dignetur S.V. omnes, & singulas causas beneficiales, profanas, matrimoniales ciuiles, criminales, & mixtas R.p. d. g. vtriusq; iuris doctori sacri palatij apostolici causarum auditori, tam generalium quàm specialium cōmissionum vigore commissas & committendas, in quibus deuoti vestri.a.b c.d.cler.n.& n.diçcesis publici apostolica & imperiali auctoritatibus notarij coram eodē d. G. auditore scribebant, & ad scribendum deputari fuerāt seu deputabuntur propter ipsius d.G.auditoris à Ro. Cur. absentiam, vsq; ad eius reditum, & earundem causarū resumptione alicui ex R.p.d. vestri sacri palatij apostolici causarum auditoribus committere reassumendas vlteriusq; audiendas, cognoscendas, decidendas & fine debito terminandas cum potestate citandi, litteras decernendi decretas sigillādi, expensas taxandi, sententias & quçcumque instrumenta extrahendi, & in publicam formam redigēdi, & redigi mandandi, ac omnia, & singula faciēdi, & fieri mandandi quç dictus d. G. auditor fecisset & facere, decernere, mandare & cōcedere potuisset si à dicta curia non recessisset, ac plenaria & omnimoda potestate eidem d. G. auditori quarumcumq; commissionum sibi in dictis causis prçsentatarum seu prçsentandarum vigore concessa & attributa. Et ꝙ dicti a.b.c.d.notarij in eisdem vlterius scribant, & scribere continuent. in contrarium facientibus. non obstantibus quibuscumque.

Commißio super reiteratione terminorū.

Beatißime pater, licèt in quadam causa coram R.p. domino G. vestri sacri palatij apostolici causarum Auditore inter deuotū oratorem vestrum B.e.S.V. familiarem, & continuum cōmensalem actorem ex vna, & quemdam Io. assertum clericum de & super prioratu.n.n. diœcesis rebusque alijs in actis causç & causarum huiusmodi latius expressis & eorum occasione partibus ex altera in prima pendente instantia ad omnium & singulorum terminorum substantialium obseruationem, citra tamen ipsius causç conclusionem, prçter tamen terminum ad libellandum qui per errorem omissus siue malè tentus inuenitur processum extitit; nè contingat de validitate processus huiusmodi fortè propter inualidam dictorum terminorum obseruationem & prçfati termini omissionem in posterum dubitari. Dignetur igitur S.V. statum causç huiusmodi & in ea actitatorum pro expressis habente prçfato domino auditori committere, & mandare quatenus dictum B. seu eius legitimum procuratorem ad dicti termini ad libellandum, necnon omnium, & singulorum terminorum de consuetudine, & stilo palatij obseruari solitorum obseruationē, & reiterationem recipiat & admittat, ac omnes & singulos terminos huiusmodi simul & vnico contextu, et in vna audiētia inter partes prçdictas reiterari et obseruari faciat atq; mandet, ac ipsis sic reiteratis et obseruatis ad vlteriora in huiusmodi causa procedat. Prçmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis stilo palatij, cçterisq; in contrarium facientibus, nō obstantibus quibuscumque.

Alia commißio super reiteratione terminorum.

Dignetur S.V. R.p.d.G.de N.vestri S.P.apostolici causarum auditori cōmittere et mādare, vt omnes et singulos terminos substātiales, et non substantiales in quadam causa quç corā eo inter deuotum oratorem vestrum Io. rectorē parochialis ecclesiç de n. n. diçcesis ex vna et quēdam B.assertum clericū de et super dicta parochiali ecclesia de N. et eius occasione partibus ex altera in prima vertitur instantia etiam malè nulliter et aliàs qualitercūq; tentos et obseruatos simul et semel vnico cōtextu ac vnica et eadem audientia vnicaq; citatione prçcedēte reiteret et reasumat, ac reiterari et reasumi faciat, ac illis reiteratis in causa concludat et partibus prçdictis iustitiç ministret complementum, cōstitutionibus et ordinationibus apostolicis, et vestri sacri palatij causarū prçdictis, ac alijs in contrarium editis, vel facientibus, non obstantibus quibuscumque.

Commißio de consensu partium, vt idem auditor seruet, & reiteret terminos simul, & semel, & vnica audientia terminet causam.

Dignetur S.V. R. p. domino G. vestri sacri palatij apostolici causarum auditori committere

tere et mādare quatenus causam, et causas ad deuoti oratoris vestri M. clerici N. dięcesis instantiam contra deuotum vestrum Io. clericū eiusdem diœcesis de & super parochiali ecclesia N. dictæ dięcesis,& illius occasione in prima instantia commissas in quibus per partes prædictas seu verius earum procuratores ad nonnullorum terminorum substantialium obseruationem,citra tamen causæ conclusionem extitit processum de partium ipsarum hincin de consensu vlterius audiat & cognoscat, decidat & fine debito terminet cū singulis earum incidentibus,emergētibus,dependentibus,annexis,& connexis,& cum potestate omnes & singulos terminos substantiales, & accidentales de stilo palatij prædicti seruari solitos nōdum seruatos simul, & semel ac vnico & eodem contextu vnica citatione præmissa, vnicaque & eadem audientia seruandi & continuandi terminosq; iam forsan benè, vel nulliter seruatos reiterando de nouo seruandi, ac illos continuari, reiterari,& de nouo seruari, ac cætera alia ad pręmissa necessaria faciendi, & admittendi. Constitutionibus apostolicis stilo palatij cæterisq; in contrarium facientibus,non obstantibus quibuscumque.

Commissio causæ super canonicatu & præbenda.

Dignetur S. V. causam, & causas quam,& quas deuotus eiusdem S.V. orator Io. Ma. clericus Mindēsis dięcesis habet, & mouet quam habere & mouere vult & intendit contra & aduersus quendam Ia. de Brema. assertum clericum de & super certis canonicatu, & præbenda ecclesiæ collegiatæ sancti Stefani Bremensis nuper vacātibus per obitum quondam P. N. eorundem dum vixit possessorem,& eorum occasione, & spolio eorundem tam coniunctim quàm diuisim alicui ex R.P. causarum vestri sacri palatij apostolici auditoribus committere audiendas,cognoscendas,decidendas, & fine debito terminandas, cum omnibus, & singulis emergentibus, incidentibus, dependētibus, annexis, & connexis, & cum potestate præfatum Ia. & quoscumq; alios sua interesse putantes,& in executione præsentium vigore decernendę nominandos tā coniunctim quam diuisim in Ro Cur. & extra eam citādi, ac inhibendi,&c. Non obstantibus ꝙ causa seu causæ huiusmodi ad Ro. Cur. forsan legitimè non existant deuolutæ, siue in eadem de iuris necessitate, seū de natura sui tractandę & finiendæ. Constitutionibus, ordinationibus apostolicis,cæterisq; in contrarium facientibus,non obstantibus quibuscumque.

Commissio pro interesse.

Dignetur S.V.R.p. Io. electo Metensi vnius ex sacri palatij causarum auditoribus locumtenenti aut in eius forsan loco surrogato, vel surrogando auditori committere,& mandare. Quatenus deuotum oratorem vestrum Stefanum Simonis clericum Maguntinensis dięcesis e.S. V. familiarem continuum commensalem ad causam quæ coram eodem domino Io. electo inter quosdam Io. Ma. & Ia. de N. de & super canonicatu, & pręḃenda ecclesiæ beatæ Mariæ Nannetensis quos quondam Petrus Ia. dum viueret obtinebat, & illorum occasione in prima pendere dicitur instantia pro suo interesse in statu in quo existit, admittat, & causam ipsam inter oratorem, ac alios supradictos necnon quam, & quas ipse orator contra pręfatos Io. & Ia. omnesq; alios & singulos sua communiter, vel diuisim interesse putantes de & super dictis canonicatu,& pręḃenda, & illorum occasione mouere vult & intendit causas audiat,cognoscat,decidat,& fine debito terminet cum omnibus, & singulis suis emergentibus,incidentibus,depēdentibus,annexis, & connexis, & cum potestate citandi dictos Io. & Ia. omnesq; alios,& singulos supradictos in Ro. Cur. & extra eam ad partes,ac inhibendi totiens quotiens, etc. alijsq; clausulis consuetis, et opportunis. Constitutionibus apostolicis stilo palatij, alijsq; in contrarium facientibus,non obstantibus quibuscumque.

Alia commissio pro interesse.

Dignetur S.V.R.p.d. G. vestri sacri palatij apostolici causarū,aut eius surrogato vel surrogando auditori in quadam causa coram eo in prima instantia inter quosdam G. possessorem,& A. assertos clericos de & super parochiali ecclesia sancti N. in N. S. diœcesis, & illius occasione ad nonnullorum terminorum substantialium obseruationē, citra tamen causæ conclusionē processum extitit committere, et mandare quatenus deuotum eiusdem S. V. oratorem B. canonicum n. legum doctorem ad dictam causam,et litem in eodem statu iu quo coram eo indecisa pendet conflicto summariè de aliquo iure pro suo interesse admittat et recipiat,ac recipi et admitti faciat, vlteriusq; causam,et causas huiusmodi,ac quam et quas dictus orator habet, et mouet habereque, et mouere vult, et intendit contra et aduersus G. intrusum, et possessorem et A. prædictos omnesq; alios, et singulos sua communiter, vel diuisim interesse putantes de et super dicta parochiali ecclesia in N. ac illius occa-

sione audiat, decidat, fineque debito terminet, cum omnibus, & singulis suis emergentibus, incidentibus, dependentibus, annexis, & connexis cum potestate præfatos G. & A. respectiuè, ac alios quoscumque in executione citationis præsentium vigore decernendæ nominandos in Ro. Cur. & extra eam citandi, & in forma inhibendi, non obstantibus φ causa seu causæ huiusmodi ad ipsam curiam forsan legitimè deuolutæ seu in eadem de sui natura aut iuris necessitate tractandæ seu finiendæ non existant, statum causæ præsentis pro sufficienter expressis habendo. Constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, &c.

Commissio pro interesse in secunda instantia.

Dignetur S. V. R. P. d. N. in locum R. P. D. Matthæi de Porta vestri sacri palatij Apostolici causarum auditoris propter ipsis absentiā surrogato auditori committere, & mandare quatenus in quadam causa quæ coram R. P. Domino Gaspare de Theramo etiam dicti palatij causarum auditore inter quosdam Io. N. actorem ex vna, & Guil. reum & intrusum, de & super certis canonicatu, & præbenda ecclesiæ Tarbatensis rebusq; alijs in actis latius expressis, & eorum occasione partibus ex altera in prima, & coram præfato d. N. vt surrogato in locum dicti R. p. d. Matthæi in secunda verti prætenditur instantia deuotum vestrum oratorem Io. Badenbech canonicum Tarbatensem pro suo iure, & interesse in eo statu in quo coram eo pendet indecisa admittat, causamque, & causas huiusmodi inter dictum Io. Badensem necnon Io. N. & Guil. aduersarios simul & semel, ac audientia vnica, & eadem vnica citatione præcedente audiat, cognoscat, & decidat, fineque debito terminet partibus aliàs breue iustitiæ complementum ministrando, statu causæ, & causarum huiusmodi, &c. cæterisque in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque.

Commissio super nullitate processus.

Dignetur S. V. R. p. domino Io. Didaci de Coca electo in locum Ouetensis vnius ex sacri palatij apostolici causarum auditoribus locumtenente, coram quo causa inter quemdam Io. Mauert. ex vna, & deuotum oratorem vestrum Ia. de Mota reum, de & super certis canonicatu, & prębenda ecclesię collegiatę beatæ Mariæ Nannetensis, & illorum occasione partibus ex altera in prima verti prætenditur instantia quatenus omnes, & singulas causam, & causas nullitatis prętensi processus coram eodem domino electo inter partes prædictas, & super dictis canonicatu & prębenda, & illorum occasione, vt dicitur factis, & habitis audiat, cognoscat, decidat, & fine debito terminet, cum omnibus, & singulis suis incidētibus, emergentibus, dependentibus, annexis & connexis, & cum potestate citandi, & inhibendi, ac alijs clausulis consuetis, et opportunis. Constitutionibus, & ordinationibus apostolicis cæterisque in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque.

Commissio super sequestro.

Dignetur S. V. R. P. D. Io. Didaci de Coca electo causarum vestri palatij apostolici auditori in locum vnius S. qui nuper in quadā causa coram eo in prima instantia vertente inter deuotum. e. S. V. oratorem Io. Mauert actorem ex vna, & quosdā Ia. de Mota intrusum, et Stefanū Simonis assertis clericis de & super certis canonicatu, et præbenda ecclesiæ collegiatę beatæ Mariæ Nannetensis, & earum occasione partibus ex altera quamdā diffinitiuam sententiam eorundem canonicatus, et prębendæ adiudicatoriam cum fructuum, & expensarum condemnatione in fauorem dicti Io. oratoris et contra prælatos Ia. de Mota intrusum necnon dictum Stef. tulit, et promulgauit cōmittere quatenus canonicatum, et prębendam prędictos, necnō fructus, redditus, et prouētus eorundē sequestret, et sequestrari mandet sub pęnis, et censuris in cler. ad cōpescendas contentis vsq; ad finalē causę victoriam, constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac regulis cancellarię, illa pręsertim qua caueri dicitur, vt sequestra sub plumbo, et bulla expediri debeant, cæterisq; in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque.

Commissio appellationis à diffinitiua sententia lata in prima instantia.

Dignetur S. V. causam & causas pętensarū appellationis, & appellationū pro parte quorumdam Ia. de Mota. et Stef. Simonis, necnon nullitatis, et desertionis earundem ad eandem S. V. prætenditur interpositæ, et interpositarum à quadam diffinitiua sententia per R. p. dominum Io. Didaci de Coca electū Ouetensem in causa tunc coram eo in prima instantia vertente inter deuotum. e. S. V. oratorem Io. Mauert actorem ex vna, et præfatos Ia. et Stefanum de et super canonicatu, et prębenda ecclesię collegiatæ beatę Marię Nannetensis, et eorū occasione partibus ex altera in fauorē

dicti

dicti Io. oratoris,& contra præfatos Ia.& Stefanum lata alicui alteri ex reuerẽdis patribus causarum vestri sacri palatij apostolici auditoribus committere audiendas, cognoscendas, decidendas,& fine debito terminandas, cũ omnibus & singulis emergentibus, incidentibus, dependentibus,annexis & connexis, in cõtrariũ facientibus non obstantibus quibuscunque.

Commissio appellationis à diffinitiua lata in secunda instantia.

Dignetur S.V. causam,et causas appellationis,et appellationum pro parte deuoti oratoris vestri Iacobi de Mota ab admissione cuiusdam Io. Mauert ad reiterandum terminos vnico contextu in causa quæ coram R. p. domino Ioan.de Coca electo Ouetensi vnius ex sacri palatij apostolici causarum auditoribus locumtenente, inter præfatum Io. Mauert actorem ex vna, & Ia. oratorem de & super quibusdam canonicatu,& præbenda,ecclesiæ beatæ Mariæ Nannetensis, & illorum occasione partibus ex altera in prima verti prætendebatur instantia per eundem dominum electũ taliter qualiter in præiudicium oratoris facta, per quã grauamen quod in appellatione à diffinitiua reparari non posset, infertur interpositæ,& interpositarum vnà cum negocio principali alicui ex præfatis dominis auditoribus committere audiendas,cognoscandas, decidẽdas,& fine debito terminandas,cum omnibus, & singulis suis incidentibus,emergẽtibus, dependentibus & connexis,& cum potestate citandi & inhibendi, ac alijs clausulis cõsuetis, & opportunis Cõstitutionibus,& ordinationibus apostolicis cæterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Commissio appellationis interpositæ ab admissione ad reiterandum terminos.

Dignetur S.V.causam & causas appellationis & appellationum pro parte deuoti oratoris vestri Ia.de Mota ab admissione cuiusdam Ioan. Mauert ad reiterandum terminos vnico contextu in causa quæ coram Reuerendo patre domino Ioan.de Coca electo vnius ex sacri palatij apostolici causarum auditoribus locumtenente inter præfatum Io. Mauert actorum ex vna & oratorẽ de & super quibusdam canonicatu,& præbenda ecclesiæ beatę Marię Nannetensis, & illorum occasione partibus ex altera,in prima verti prætendebatur instantia per eundem dominum electum taliter qualiter in præiudicium oratoris facta, per quam grauamen quod in appellatione à diffinitiuà reparari non posset, infertur interpositæ & interpositarum vnà cum toto negocio principali alicui ex præfatis dominis auditoribus committere audiendas,cognoscendas,decidendas, & fine debito terminandas, cum omnibus & singulis suis incidentibus, emergentibus, dependentibus, annexis,& connexis,& cum potestate citandi & inhibendi, ac alijs clausulis consuetis & opportunis, constitutionibus & ordinationibus apostolicis cæterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Commissio appellationis in tertia instantia.

Dignetur S. V. causam & causas prætensarum appellationis & appellationum ad e.S.V. vt prætenditur interpositę & interpositarum, ac nullitatis & desertionis earundem pro parte quorundam Ia. de Mota,& Stefan. Simonis assertorum clericorum à quadam diffinitiua sententia nuper per R. p. d. Io. de Cæsarinis in causa quæ tunc coram eo in secunda, & aliàs coram Reuerendo patre domino Io. electo in prima versæ fuerunt instantia,inter deuotum eiusdem S. V. oratorem Io. Mauert actorem ex vna, & prædictos Ia.& Stefan.de & super certis canonicatu, & præbenda ecclesiæ collegiatę beatę Marię Nannetensis, & eorum occasione partibus ex altera in fauorem dicti Io.oratoris,& contra prędictos Iac. & Stefan. lata alicui alteri ex R. p. causarum vestri sacri palatij apostolici auditoribus committere audiendas, cognoscendas, decidendas, & fine debito terminandas,cum omnibus, & singulis emergentibus, incidentibus, dependentibus, & connexis. in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Commissio causæ appellationis à sententia secunda reuocatoria primæ.

Dignetur S. V. causam & causas appellationis & appellationum pro parte deuoti e. S. V.oratoris A. à quadam prætensa sententia etiam si diffinitiua dici mereatur, quæ prætensa sententia per R. p. d. N. sacri. &c. auditorem in causa quæ coram eo interdictum oratorem & quẽdam N.de & super N.&c. rebusque alijs in actis causę latius expressis,& illorum occasione partibus ex altera in secunda verti prętendebatur instantia diffinitiuam sententiam pro dicto N. oratore, & contra dictũ N.aduersarium per R.p.d.N. &c. auditorẽ latam cassasse & annullasse seu reuocasse,& desu per suã prętensam sententiã cum expensarum

condemnatione promulgasse prætenditur ad S.V. sanctamq; sedem apostolicam interpositæ & interpositarum, nullitatisque & nullitatum iniquitatis & iniustitiæ dictæ prætensæ sententiæ ipsius domini N.totiusq; prætensi processus desuper quomodolibet habiti, & facti vnà cum toto negocio principali alicui alteri ex R.P.D. &c auditoribus committere audiēdas, cognoscendas, decidendas, & fine debito terminandas, cum omnibus, & singulis suis emergentibus, incidentibus, dependentibus, annexis & connexis, cæterisque contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Commissio causæ appellationis ab exclusione à capitulo, & tractatibus eiusdem.

Beatissime pater, licèt deuotus S. V. orator Ia. de N. &c. non meruerit neque fecit talia propter quæ præsertim à quibusdam N. & D. assertorum canonicorum dictæ ecclesiæ asserentium se capitulum eiusdem ecclesię repræsentare à capitulo excludi, & negocijs, & tractatibus secularibus interesse, & veniens non admitti debuerit. Nihilominus premissis non obstantibus ex eo maximè cum illa non videbatur, subsistere causa q litteras Apostolicas & mandata S.V. exequi & executioni demandare tentauit dicti domini N. & D. temerè, & de facto nulla causa legitima subsistente nullo iuris ordine seruato eundem Ia. oratorem à capitulo excludere, eundemq; ad interessendū actibus, & negocijs, & tractatibus capitularibus venientem admittere recusare, ipsumque diuersis iniurijs & contumelijs afficere præsumpserunt, pęnas contra tales à S.V. in diem Iouis sancta promulgatas damnabiliter incurrendo, à quibusquidem omnibus, & singulis tam coniunctim quàm diuisim ad S.V. sanctāque sedem apostolicam pro parte dicti Ia oratoris prouocatum extitit & appellatū. Dignetur igitur e. S.V. causam, & causas appellationis, & appellationum huiusmodi attentatorūque, & innouatorum quorumcūq; nullitatisq; & nullitatum iniquitatis, & iniustitiæ dictarum prætensarum exclusione omniumq; processuum desuper quomodolibet per eosdē N. & D. habitorum vnà cum negocio principali iniuriarumq; & contumeliarum præmissorum occasione ipsi oratori illatarum, damnorumq; & interesse alicui ex R.P.dominis vestri sacri Palatij causarum auditoribus cōmittere cum potestate citandi, ac eosdem N. & D. in pœnas, sententias, & censuras ecclesiasticas contra tales in bulla S. V. publicatas incidisse declarandi, ac inhibendi. Constitutionibus, & ordinationibus, &c.

Commissio causæ appellationis à sententia super attentatis lata vnà cum toto, &c.

Beatissime pater, nuper quadam causa inter deuotum vestrum L. canonicum, &c. ex vna, & quendam C. assertum clericum de & super parochiali ecclesia S. Martini, &c. & ipsius occasione partibus ex altera coram R. P. D. Magno Episcopo Hilde loci ordinario indecisa, vt prætenditur vertente lata quadam per dictum Episcopum in fauorem dicti C. & cōtra præfatum L. prætensa diffinitiua sententia, & ab ea pro parte dicti L. ad R. P. D. Archiepiscopum Maguntinensem appellato, & causa appellationis huiusmodi coram domino Ioan. Suarte asserto iudice eiusdem sedis Maguntinensis ad instantiam præfati domini L. introducta causaq; coram eodem Io. Suarte asserto iudice indecisa, vt prætenditur vertente præfatus C. prætendens licèt minus veraciter q dictus L. nonnullos cēsuarios, siue redditarios, & collectores fructuum dictæ ecclesiæ sancti M. sub excommunicationis latæ sententiæ, & alijs pecuniarum pœnis per quendam N. fabri decanum ecclesiæ sancti Io. Mindensis tanquam sub executorem cler. ciuitatis & diœcesis Mindensis in sui, & litispendentiæ huiusmodi præiudicium, vt sibi, & nulli alteri de fructibus, redditibus, & prouentibus, ac iuribus, & obuentionibus saltem salinarijs de salina Lunemburgensi ad ipsam ecclesiam, vt asserebat spectante satisfacere, & respondere deberent moneri, & requiri, & q similiter etiam ipsos censuarios seu redditarios siue colonos prædictos occasione præmissorum aliàs molestauerit, & excommunicationis sententiam incidisse declarari fecerit, causam super prætensis attentatis huiusmodi coram dicto Io.S. introduxit, vt prætenditur, ipseque Ioa. perperam, & iniquè procedens quandam prætensam sententiam super prætensis attentatis huiusmodi in fauorem dicti C. nullum ius sine titulum in dicta ecclesia sancti M. seu ad eam habentis cum prætensarum expensarum damnorum, & interesse condemnatione, vt dicitur promulgauit reseruando etiam in dicta prætensa sententia ipsius prætensi in interesse quantitatem de dicto prætenso interesse non cognito iuramento dicti C. præfigendo etiam ipsi certum per ipsum tunc peremptorium statutum terminum infra quem de dicto prætenso interesse ipse C. deberet & teneretur satisfacere

facere prout præmissa in dicta prætensa sententia, & ab eodem prætenso iudice appellationis ad S. V. & sanctam sedem apostolicam extitit prouocatum, & appellatum. Dignetur igitur S. V. causam, & causas appellationis,& appellationum huiusmodi vnà cum toto negocio principali, necnon nullitatis, iniquitatis, & iniustitiæ dictorum prætensorum processuum,& prætensarum sententiarum prædictarum tam per dictum dominum Maguntinentem episcopum aut eius officiales seu forsan commissarios per eum forsam deputatos, ac etiam per dominum Io. Suarte prætensum iudicem in præiudicium dicti L. quomodolibet habiti & facti, alicui ex dominis, &c. terminandam cũ omnibus,& singulis, &c.& cum potestate dictũ C.omnesq; &c.citandi,& inhibendi constitutionibus,& ordinationibus,&c.

Commissio appellationis ab absolutione excommunicationis ob non paritionem rei iudicatæ, &c.

Dignetur S.V.causam & causas appellationis, & appellationum pro parte deuoti oratoris vestri B. canonici N. à quadam prætensa sententia siue ordinatione per quam R.P. dominus Ioan. de Cæsarinis auditor quendam N. de H. intrusum in canonicatu, & præbenda dictæ ecclesiæ ob non paritionem rei iudicatæ,& occupatione dictorum canonicatus, & præbendæ fructuumq; eorundem vsurpatione maioris excõmunicationis sententia ligatum à dictis sententijs, & censuris taliter qualiter procedẽdo absoluisse, & nonnullos nominatos in dicta prætensa sentẽtia pro inquisitione dictarum quarundam litterarum apostolicarum & aliorum in prætensa sententia expressorum deputasse prętenditur tacitaque pro terminis repulsionis rebusque & grauaminibus alijs in appellatione desuper interiectis ad S. V. sanctamque sedem apostolicam interpositę,& interpositarum,nullitatisque iniquitatis, & iniustitiæ dictæ prætensæ sententiæ, & ordinationis,totiusque prætensi processus desuper per eundem d. Ioan. habitis,& factis attentatorũque & innouatorum quorumcunque, necnon surreptionis,& obreptionis, nullitatisque, ac defectus intentionis cuiusdam prætensę commissionis per eundem N. prætextu cuius huiusmodi prætensam sententiam promulgasse dicitur extortè. Alicui alteri ex R.P.V. sacri palatij, &c. auditoribus committere audiendas,&c. cum omnibus, & singulis, &c. constitutionibus, & ordinationibus apostolicis statum causæ,& in ea actitatorũ tenores præsentibus pro expressis habendo. Alijsq; in contrariũ facientibus, nõ obstantibus quibuscunque.

Commissio appellationis ab intrusione perpetuæ vicariæ.

Dignetur S.V.causam,& causas appellationis, & appellationum quarũcumque pro parte e.S.V.oratoris N. clerici Mindensis diœcesis rectoris,siue perpetui vicarij altaris sanctorum trium regum suum in parochiali ecclesia beatæ Mariæ Virginis Lubicensis ab intrusionis,iniectionis, ac occupationis, detentionis, & impedimentis,grauaminibus alijs in appellatione desuper interiectis plenius expressis, & in deductione causæ latius deducendis per quendam Io. assertum clericum aduersarium de & super dicta perpetua vicaria trium regum,& illius occasione factis,præstitis,& illatis ad S. V. sanctamq; sedem apostolicam interpositæ, & interpositarum, necnon causam, & causas quam & quas ipse N. contra, & aduersus Io. prædictum intrusum omnesq;alios, & singulos sua communiter, vel diuisim interesse putantes, & in executione præsentium quomodolibet nominandos mouet, mouereq; vult,& intendit,de & super dicta vicaria,& illius occasione. Alicui ex R.p.d. vestri sacri palatij apostolici causarum auditoribus committere audiendas,&c. Cum omnibus, & singulis suis emergentibus,&c. Cum potestate Io. prędictum omnesq; alios, & singulos in executione citationis huiusmodi præsentium vigore decernendæ nominandos in Rom. Cur. & extra eam,& in partibus præmissorum occasione prout opus fuerit citandi, & inhibendi omnibus, & singulis quibus fuerit inhibendum, ac aliàs,& alia faciendi, & circa præmissa necessaria, & opportuna, non obstantibus ꝙ causa seu causæ,&c. alijsq; in contrarium, &c.

Commissio appellationis à mandatis, & monitionibus,&c.ad soluendum decimas Archiepiscopo Coloniensi.

Dignetur S. V. causam, & causas appellationis, & appellationum pro parte deuotorum V.S. oratorum decanorum, & capitulorũ necnon personarum, & canonicorum, sanctorum Gereonis Seuerini Cuniberti Andreæ Apostolorum beatæ Mariæ ad gradus, et Georgij Coloniensis ciuitatis ecclesiarum ipsorumque adhærentium,et sua communiter, vel diuisim interesse putantes à quibusdam prætensis impositionibus, concessionibus, siue pronunciationibus ipsis non vocatis,nec auditis ad soluẽdum

dum vigintiquatuor decimas in certis terminis statutis R. domino Theodorico Archiepiscopo Coloniensi, necnon mandatis atque monitionibus sub prætensis pœnis, & censuris ecclesiasticis desuper emissis, alijsq; etiam grauaminibus in appellatione propterea interiectis plenius expressis ipsis per dominos decanum, et capitulum ecclesiæ Coloniensi, necnon assertum officialem Coloniẽsem taliter qualiter, factis, præstitis, exortis, et illatis ad e. S. V. interpositæ, et interpositarum, nullitatisq; iniquitatis, et iniustitię dictarum prætensarũ impositionum siue pronunciationũ, atque monitionum, et mandatorum, omniumque, et singulorum prætensorum processuum coram præfatis dominis decano, et capitulo ecclesiæ Coloniensis seu eorum instantiam, atque asserto officiali coniunctim, vel diuisim occasione pręmissorum habitorum, et factorum attentatorũ, et innouatorum quorumcumque vnà cum toto negocio principali alicui ex Reuerendis patribus dominis vestri sacri palatij Apostolici causarum auditoribus committere audiendas, etc. terminandas cum omnibus, et singulis suis emergentibus, etc. cum potestate pręfatos decanum, et capitulum atque officialem coniunctim, et diuisim omnesq; etiã alios, et singulos sua communiter, vel diuisim interesse putantes, et in executione, etc. in Romana Cur. et extra, etc. citandi atque sub excommunicationis pœna alijsque censuris ecclesiasticis inhibendi, necnon pręfatos dominos decanos canonicos, et capitula, ipsorumq; etiam adhęrentes coniunctim, et diuisim à quibuscumque prętensis excõmunicationis suspẽsionis alijsq; censuris ecclesiasticis, quibus forsan pręmissorum occasione laqueati pretenduntur simpliciter, vel ad cautelam quatenus indigeant absoluendi atque quodcumque prętensum interdictum forsitan etiam positum tollendi, et relaxandi iuribus necnon constitutionibus, et ordinationibus apostolcis stilo palatij, ac quòd causa seu causę huiusmodi non sint forsan ad Rom. Cur. etc. quibuscumque.

Commissio prætensæ appellationis à monitionibus factis occupatori bonorum possessoribus, & hominibus loci. N. Lucensis diœcesis, vt ab occupationibus desistant, & desertionis eiusdem.

Beatissime pater, licèt bona, possessiones, & vassalli loci N. Lucensis diœcesis vulgariter nuncupati ad deuotos vestros decanum, & capitulum ecclesiæ Compostelanæ eorumq; capitularem mensam pleno iure pertineant, ipsique oratores huiusmodi bona, possessiones, & vassallos prędicti loci N. in prędicta diœcesi Lucensi ab antiquis temporibus possedissent, & in huiusmodi loci N. iuriumque, & pertinentiarum omnium eiusdem possessione seu quasi pacifica, & quieta fuissent, nihilominus tamen quidam A. laicus quibus spiritu, titulo, causa, vel ratione ductus nescitur temerè, & de facto se in huiusmodi bonis, possessionibus, & vassallis dicti loci N. intrusit, & prędictos oratores huiusmodi bonis, possessionibus, & vassallis prędicti loci N. spoliauit, vnde prędicti oratores sentientes se propter pręmissa indebitè grauari, ad Abbatem monasterij de sancto Paulo ciuitatis Compostelanen. ordinis sancti Benedicti conseruatorem suum auctoritate apostolica deputatum recursum habuerunt, dictusque abbas conseruator per suas certi tenoris litteras prędictam A. sub excommunicationis alijsque pęnis, & censuris ecclesiasticis quatenus infra certum expressum terminum huiusmodi bonorum possessionum vassallorum dicti loci N. possessionem liberam, vacuam, et expeditam prędictis oratoribus vestris dimittere monuit, et requisiuit seu moneri, et requiri fecit à quibus quidem monitionibus, et requisitionibus fuit, vt pretenditur pro parte dicti A. aduersarij ad S. V. sanctamque sedem Apostolicam appellatum. Verùm, Pater sancte, prędictus A. in partibus illis est potens, et prędicti oratores vestri attenta potentia dicti A. eorum aduersarij non sperant posse consequi iustitię complementum, dignetur S. V. causam et causas prętensarum appellationis, et appellationum huiusmodi desertionisq; et nullitatis illorum, necnon etiam spoliationis prędictis vnà cum negocio principali alicui ex R. p. d. vestri sacri palatij apostolici causarum Auditoribus committere audiendas, etc. Cum potestate etiam citandi dictum B. aduersarium, omnesq; alios etc. extra Ro. Cur et ad partes etiam per edictum publicum in locis circumuicinis totiens quotiens opus erit, cum non sit tutus accessus ipsis oratoribus ad citandum dictum aduersarium laicum, non obstante quacumque commissionem per rescriptum apostolicum, aut aliàs ad instantiam dicti laici aduersarij. Alicui seu aliquibus iudici, vel iudicibus in partibus super pręmissis, et eorum occasione facta, etiam si vigore illius ad aliquos actus processum fuerit, et quod forsan causa seu causę huiusmodi non sint ad Rom. Cur. etc. quibuscumque, etc.

Commissio appellationum à sententijs in partibus latis super bonis immobilibus.

Dignetur S.V. causam & causas appellationis, & appellationum pro parte deuoti vestri N. canonici ecclesiæ Lubicensis à quadam diffinitiua sententia per venerabiles A. & B. assertos iudices per R.d.p. Archiepiscopum Bremensem, vt dicitur deputatos in causa quæ coram eis vertebatur inter præfatum N. ex vna; & Io. habitatorem ciuitatis Lubicensis. & administratorem ecclesiarum sanctorum C.& D. dictæ ciuitatis Lubicensis de & super quibusdam molédinis, & bonis immobilibus in villa E. dictæ Lubicensis diœcesis sitis, & nullitatis desertionis eiusdé appellationis pro parte dicti N. à quadá diffinitiua sententia per quendam officialem Lubicensem super dictis bonis pro dicto Io. & contra præfatum N. & rebus alijs in actis causæ deductis, vt dicitur lata, & promulgata, ad e. S.V. sanctamq; sedem Apostolicam interpositæ, & interpositarum, necnõ iniquitatis, nullitatis, & iniustitiæ processus, & sententiarum prædictarũ vnà cum toto negocio principali, ac attentatorum, & innouatorũ quorumcumque alicui ex R.p. vestri sacri palatij apostolici causarum auditoribus, attento ꝙ causa huiusmodi in prima instantia fuit coram loci ordinario. & post coram Metropolitano ventilata committere audiendas, &c. Et cum potestatè citandi, &c. Non obstãte ꝙ causa, seu causæ huiusmodi, &c. quibuscumque.

Commissio appellationis à requisitione & monitione ad soluendum pensionem annuam.

Beatissime pater, licèt deuotus orator vester P. rector parochialis ecclesiæ de A. N. diœcesis nullatenus teneretur ad alicuius pensionis solutionem ratione dictæ suæ ecclesiæ, cum numquam consensisset, vt super illius fructibus aliqua pensio assignaretur, ipseque illam tenuisset, & possedisset prout tenet & possidet de præsenti absque eo ꝙ de alicuius pensionis solutione requisitus fuerit, pensionesque super fructibus beneficiorum absque consensu rectorum eorumdem constitui, & assignari non debeant. Nihilominus quidam Ioan. N. assertus clericus prætendens quadam annuam pensionem super fructibus dictæ ecclesię de A. sibi reseruatam, & assignatam fuisse, quasdam litteras super dicta prætensa reseruatione, vt dicitur expediuit, & illas præfato oratori præsentari, ac ipsum ad solutionem dictæ prætensæ pensionis moneri fecit A. quibus quidem prætensis requisitione, & monitione, ac nonnullis alijs grauaminibus ipsi oratori illatis, & inferri comminatis fuit ad S. V. sanctamque sedem Apostolicam appellatum, ac de nullitate dictum. Dignetur igitur S. V. causam, & causas appellationis, & appellationum huiusmodi, nullitatisq; iniquitatis, & iniustitiæ tam dictarum prætensarum requisitionum, & monitionum quàm aliorum contra dictum oratorem occasione prætensæ assignationis dictæ prętensę pensionis gestorum, & habitorum, attentatorumque, & innouatorum, ac totius negocij principalis committere alicui ex vestri sacri palatij causarum auditoribus audiendas, etc. Et cum potestate citandi, etc. non obstante ꝙ causa seu causę, etc. Constitutionibus, &c. quibuscumque.

Commissio appellationis à spolio beneficij.

Dignetur S. V. causam, & causas appellationis, & appellationum ad e. S. V. sanctamque sedem Apostolicam pro parte deuoti oratoris vestri Io. N. vicarij perpetui ad altare sancti Martini situm in eccles parochiali S. Io. Lubicensis ab indebita admissione, necnon intrusione, & spolio per quemdam Alb. N. assertum clericum perpetratis alijsque grauaminibus in appellatione desuper interiecta expressis, cuius tenorem, &c. dignemini habere pro sufficienter expressis interpositæ et interpositarum nullitatisque, iniquitatis, et iniustitiæ dictæ prætensę admissionis, attentatorumque, et innouatorum quorumcumque necnon causam, et causas quam et quas dictus orator habet, et mouet habereque, et mouere vult, et intendit cõtra et aduersus dictum Albertum intrusum, omnesque alios et singulos sua cõmuniter, vel diuisim interesse putãtes de et super intrusione et spolio dictæ Vicariæ, et impedimẽtis, molestationibus, et vexationibus, et inquietationibus prætensi iuris rebusq; alijs in actis specificãdis alicui ex R. patribus dominis, etc. terminandas cum singulis suis emergentibus, &c. connexis cum potestate dictum Albertum omnesq; alios, etc. cõstitutionibus, etc. quodq; causæ, &c. non obstantibus quibuscumque.

Commissio appellationis à prætensa spoliatione, intrusione, & incarceratione in partibus illatis.

Pater sancte, licèt deuotus orator S. V. Io. parochiales ecclesias N. Lubicensis, et N. Verdensis

densis diœcesis sibi canonice collatas ex dispensatione S.V. sibi super hoc concessa ad inuicem obtineret, ac obtinere, & retinere vsque ad certum tempus nondum finitum canonicè posset. Nihilominus quidam dominus A. officialis, & Vicarius domini Episcopi Lubicensis assertus ad suggestionem cuiusdam P. Mindensis diœcesis seu aliàs licèt tamen indebitè, & de facto dictum Io. præfata ecclesia N. Lubicensis diœcesis, vt dicitur priuauit seu taliter qualiter declarauit esse priuatum, ac ipsum ab eadem amouit, illamque dicto Petro quamuis etiam indebitè, & de facto contulit, idemq; Petrus ipsius ecclesiæ N. possessionem intrauit, seu potius se intrusit in eadem, ac præfatum Ioannē Ecclesia ipsa eiusque possessione spoliauit, dicto Ioanne absente in duris carceribus existente, & detento sic, & taliter q ipse coram dicto asserto officiali, & Vicario etiam si ad hoc fuisset debitè vocatus comparere, nec ius suum defendere, dispensationemque prædictam exhibere nequiuit, sed à priuatione, seu amotione, & collatione alijsq; grauaminibus supradictis quantotius ad ipsius Ioannis notitiam peruenerunt ad S.V. appellauit. Dignetur igitur S.V. causā & causas appellationis, & appellationum huiusmodi, necnō aliàs quas idem Ioannes mouet mouereque vult, & intendit contra, & aduersus officialem, & Petrum prædictos omnesque alios, & singulos dictæ ecclesiæ detentores, ac sua communiter, vel diuisim interesse putantes, de & super præfata parochiali ecclesia N. priuationeque, amotione, & intrusione prædictis, ac nullitatis sententiæ priuatione seu declaratione, amotione, & collatione prætensarum, prædictarum, & cuiuslibet ipsarum tam coniunctim quàm diuisim. Alicui ex R. p.d. vestri sacri palatij apostolici causarum auditoribus committere audiendas, &c. Et cum potestate citādi præfatos dominos officialem & Vicariū si sua putauerint interesse, & processus suos voluerint sustentare, necnon dictum P. & quoscunque alios sua in præmissis interesse putantes, & dictæ eccle. de N. detentores in Cu. Ro. & extra semel, & pluries totiens quotiens fuerit opportunum, ac etiam inhibendi quibus fuerit inhibendum, constitutionibus, &c.

Commissio appellationis non obstante quòd non sunt dati apostoli cum multis clausulis.

Dignetur S. V. causam, & causas appellationis, & appellationum pro parte deuoti oratoris vestri N. ad eandem S.V. nuper interpositæ, & interpositarum à quadam prætensa sententia per dominum N. causarum Apostolici auditorem in fauorem cuiusdam Io. & contra quemdam Petrum N. in quadā causa quæ coram eo inter dictas partes ventilari dicebatur de & super parochiali ecclesia N. N. diœcesis, ac quibusdam prætensis spolijs attentatis, seu innouatis, & eorum occasione, vt dicitur lata necnon prætensa taxatione expensarum inde, vt dicitur secuta, ac etiam à decreto certarum dicta sententia exequenda decretarum necnon ipsarum prætensarum sententiæ, ac taxationis, ac præfatarum litterarum executorialium decreti seu concessionis, & cuiuslibet illorum nullitate, & iniquitate, & iniustitia vnà cum toto negocio principali alicui alteri ex dictis dominis dicti palatij causarum apostolici auditoribus committere tam coniunctim quàm diuisim audiendas, cognoscendas, &c. Et cum potestate citandi, &c. ac inhibendi quibus fuerit inhibendum tam in Romana curia quam extra eam. Non obstantibus q apostoli super huiusmodi appellationibus nōdum dati fuerint, cùm interim pendentibus huiusmodi dilationibus ad dandum apostolos dictus appellans niteretur prout nititur dictam prætensam talem qualem, & nullam sententiam executioni facere demandari. Constitutionibus, etc. quibuscumque, etc.

Commissio appellationis extra curiam ad partes etiam vltra vnam dietam.

Dignetur S.V. causam, & causas appellationis, & appellationum pro parte R.p.d. Io. episcopi N. à quadam prætensa sententia, alijsq; grauaminibus in appellatione expresis per venerabilem virum dominum N. abbatem monasterii sancti Petri, diœcesis N. assertum iudicem delegatū auctoritate apostolica in causa quæ coram eo verti prætendebatur inter quemdam H. laicum agentem ex vnà, & dictum dominum Io. episcopum de & super quibusdam pecuniarum summis, & rebus alijs tūc expresis, & ipsorum occasione partibus ex altera pro dicto H. & contra dictum Io. episcopum, vt dicitur latis, & promulgatis ad sanctam sedem apostolicam interpositæ, & interpositarum, necnon nullitatis, iniquitatis, & iniustitiæ processus, & sententiæ prædictorū vnà cum toto negocio principali alicui probo viro in partibus etiam vltra vnam dietam. Nō obstantibus cōstitutionibus Innocentij tertij, & Bonifacij octaui committere audiēdas, &c. cum potestate citandi dictum H. &c. ac inhibendi

bendi dicto iudici, & aduersario, & alijs de quibus videbitur expedire etiam sub censuris ecclesiasticis, nè in præiudicium litispendentiæ, & dicti domini episcopi aliquid attentent seu innouēt. cōstitutionibus, &c. quibuscūque.

Commissio appellationis super fœdere matrimonij à grauaminibus, & processu iudicis secularis, & cum auocatione causæ.

Dignetur S. V. causam, & causas appellationis, & appellationum pro parte deuoti vestri Io. clerici N. diœcesis à nonnullis grauaminibus, & iniustis processibus in appellationibus huiusmodi latius expressis per quēdam P. assertum iudicem secularem ad instantiam cuiusdam Catherinæ filiæ quondam S. ciuis Bremensis, & contra dictum Io. super prætenso fœdere matrimonij, & eius occasione inter eos, vt dicitur contractis factis, & illatis ad S. V. sanctamque sedem Apostolicam interpositę, & interpositarum vna cū toto negocio principali etiam cum auocatione causarum huiusmodi à quibuscumque iudicibus ecclesiasticis, vel secularibus statum causarū huiusmodi, etiam si de eis specialis, & expressa mentio habēda sit alicui ex R. p. dominis vestri sacri palatij apostolici causarum auditoribus committere audiendas, &c. cum potestate citandi, &c. Dictisque Cathe. & iudicibus sub censuris ecclesiasticis, & centum marcarum auri pœnis quas contrafacientes ipso facto incurrant nè vlterius se de dicta causa intromittant, & nè in præiudicium dicti Io. quicquam attentent seu innouent. Non obstantibus ꝙ causa seu causæ huiusmodi de sui natura, &c. Constitutionibus, &c. quibuscumque.

Commissio appellationis à monitionibus, et requisitionibus ad soluendum annuam pensionem.

Beatissime pater, licèt deuotus orator vester Io. rector parochialis ecclesiæ N. M. diœcesis nullatenus teneretur ad alicuius pensionis solutionem ratione dictæ Ecclesiæ cùm numquā cōsensisset, vt super illius fructibus aliquā pensio assignaretur, ipseque illam tenuisset, & possedisset prout tenet, & possidet de præsēti absque eo quòd de alicuius pēsionis solutione requisitus fuerit pensiones super fructibus beneficiorū absq; cōsensu rectoris eorumdē constitui, & assignari nō debeant. Nihilominus quidam E. assertus clericus prætendens quandam annuam pēsionem super fructibus dictæ ecclesiæ sibi reseruatam, & assignatam fuisse quasdam litteras super dicta prætēsa reseruatione, vt dicitur, expediuit, & illas præfato oratori præsentari, ac ipsum ad solutionem dictæ prætensę pensionis moneri fecit. A quibus quidem prętensis, requisitione, & monitione, & nonnullis alijs grauaminibus ipsi oratori illatis, & inferri cominatis fuit ad S. V. sanctamque sedem apostolicam appellatum, ac de nullitate dictū. Dignetur igitur S. V. causam, & causas appellationis, & appellationū huiusmodi nullitatis, iniquitatisque, & iniustitiæ tam dictarū prætēsarū requisitionis, & monitionis, quàm aliorū cōtra dictū oratorē occasione prætensę assignationis, dictæ prætensæ pensionis gestorū, & habitorū, attentatorūque, & innouatorū vnà cum toto negocio principali cōmittere alicui ex vestri sacri palatij apostolici causarum auditoribus audiendas, cognoscendas, &c. cū omnibus, & singulis suis incidentibus, &c. Et cum potestate citandi, &c. non obstantibus ꝙ causa seu causę, &c. cōstitutionibus, &c. quibuscūque.

Commissio appellationis per dependentiam.

Dignetur S. V. causam, & causas prætensarū appellationis, & appellationū, ac desertionis, & nullitatis earundem ad S. V. vt prætenditur interpositę, & interpositarum pro parte cuiusdam P. asserti clerici à quadam diffinitiua sententia super spolio per R. p. d. A. dę B. causarū sacri palatij Apostolici auditorē in causa tunc coram eo in secunda instantia vertente inter deuotum e. S. V. Ioa. ex vna, & dictum P. de & super canonicatu, & præbenda ecclesiæ Lubicēsis, & eorum occasione partibus ex altera in fauorem dicti oratoris, & contra præfatum P. lata alicui ex R. p. d. &c. committere audiēdas, &c. cum omnibus, &c. & connexis. Et si placet R. p. d. A. cui causa prætensi grauaminis ante sententiam ad instantiam aduersarij commissa reperitur ne continuè causarum diuidātur, & corā quo termini superdicto prætenso grauamine seruati dicuntur, in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque.

Commissio appellationis à denegatione iustitiæ super spolio fructuum, &c. per capitulum facta comparatione facti.

Beatissime pater exponitur. S. V. pro parte deuoti oratoris vestri N. canonici &c. quòd licèt ipse dudum nonnullis redditibus, & proventibus

uentibus sibi ratione canonicalis portionis debitis, & ab antea per eum pacificè, et quietè perceptis per Decanum seniorem, et capitulũ præfatæ ecclesiæ contra institutiones spoliatus causam super spoliatione,& detētione fructuum, & prouentuum huiusmodi contra eosdem decanum seniorem, & capitulum coram R.p.d. A.Episcopo N.iureiur. et prosequendo possessiones,et spoliationes,ac detētiones prędictas sufficiēter,et legitimè probauerit, necnon præfatum dominum Episcopum sæpius quatenus sibi super præmissis iustitiam ministrare dignaretur,requisiuerat,et illi supplicari fecerit.Idem tamē dominus episcopus præfatis decano,et capitulo,vt videbatur nimis fauens causam huiusmodi per varia subterfugia expedire distulit,vnde præfatus n. cum causæ huiusmodi post multas supplicationes, et requisitiones pro ministranda iustitia dicto episcopo factis expeditionē habere non potuerat etiam postquam centum dies à conclusione in causa factas lapsi essent à denegatione iustitię, et alijs præiudicijs, ac grauaminibus sibi per præfatum episcopum factis, et illatis ad S. V. sanctamq; sedem apostolicam appellauit. Cum autem pater sancte valde existeret iniquũ præfatum oratorem ob inordinatos fauores quos Decanus, et capitulum prædicti apud præfatũ episcopũ sentiũt fructibus,et redditibus prędictis sic inaniter spoliatus,et destitutus. Quare pro parte dicti N. præmissis,ac quòd etiã episcopus præfatus eidem S. V. & sedi apostolicæ immediatè subiectus existit attentis,supplicatur dictæ S.V. quatenus omnes,& singulas causas appellationũ prędictas vnà cũ negocio principali,ac suis emergētibus,&c. alicui ex R.patribus dominis,&c.cõmittere,&c vt in forma.

Commisio restitutionis ad appellandum.

Beatissime pater, lite, & causa in vestro sacro palatio apostolico inter deuotum S.V.oratorem Io.de N. reum,& possessorem ex vna,& quendam N. assertum clericum aduersarium actorem corã R.p.domino A.dicti palatij causarum auditore de & super certis canonicatu, & præbenda ecclesiæ sanctæ Crucis Hildensis rebusq; alijs in actis causæ,& causarum huiusmodi latius designatis, & illorum occasione in prima vt prætenditur instantia pendēte, idem dominus A.auditor taliter qualiter procèdens quandam prætensam diffinitiuam sententiam cuiusdam assertæ gratiæ si neutri,canonizatoriam pro N. & contra præfatum Io. oratorem cum fructuum,& expensarum condemnatiōne promulgauit,& à qua pro parte dicti Io. infra tempus debitũ appellato, apostolisq; reuerentialibus datis, & x. dierum termino, vt moris est,ad prosequendũ assignato, infra quem credens Io.seu eius procurator pro parte aduersa factam diligentiã,& appellationis causam cõmissam eo quòd N. ipsum ad dicendum contra cõmissionem ad primam diem in causa huiusmodi canonicatus, & præbendæ coram R.p.d. N. eiusdem palatij causarũ apostolici auditore pendente citari procurauit,quæ tamen cõmissio non super huiusmodi,sed ipsius N. appellatione à diffinitiua sententia super possessorio pro præfato Io. contra N. lata diu antea præsentata reperitur.Et propterea idem N.coram eodē domino N.auditore super huiusmodi appellatione agit desertione terminis iam seruatis. Verum pater sancte dictus Io.qui dictis canonicatum,& prębendam spacio xij. annorum tenuit, & possedit per prætensam sententiam huiusmodi, & ꝗ iura, defensiones, & rationes quibus prætēsam gratiam si neutri huiusmodi eneruabit non dedit neque in eis auditus est, læsus est,& grauatus,læsisque & grauatis nunc ad appellandum nunc in integrum restitutionis beneficio per principem etiam post res bis iudicatas succurri soleat,& prouideri. Dignetur igitur S.V.præfato domino N.auditori cõmittere, & mandare quatenus præmissis non obstantibus ipsum Io. ad appellandũ appellationemq; & illius causam prosequendũ restituat, & exinde causam, seu causas appellationis huiusmodi nullitatisq; iniquitatis,& iniustitiæ dictæ prætensæ ipsius domini A. sententiæ totiusq; prætensi processus coram ipso desuper quomodolibet habiti atque facti vnà cũ toto negocio principali audiat,cognoscat, decidat,& fine debito terminet cum omnibus,& singulis suis emergentibus,incidētibus,dependentibus,annexis,& connexis pręmissis,necnõ constitutionibus,& ordinationibus apostolicis stylo palatij iuribus statutis causæ ipsius cum prætensis sententiæ, ac in causa actitatorũ tenoribus pro sufficiēter expressis habētes alijsq; in contrariũ facientibus, non obstantibus quibuscumque, attento quòd à tempore promulgationis ipsius prætensæ sententiæ octo menses nondum sunt transacti.

Restitutio ad beneficium quod ex causa permutationis resignauit, quia est deceptus.

Beatissime pater, dudum deuotus N. canonicus talis ecclesiæ & N. perpetuus capellanus in tali loco canonicatum,& præbendam,ac capellaniam prædictos in manibus ordinarij collatoris ex causa permutationis resignarunt,qui collator de dictis canonicatu, & præbenda, ac

capel-

capellania ex dicta causa hincinde prouidit prossessione legitima hincinde subsecuta. Et licèt pater sancte præfatus N. orator dictā capellaniam ad duos annos cum dimidio possedit, nihilominus tamen quidam P. eamdem capellaniam à S.V. tamquam sedi Apostolicæ specialiter,& generaliter reseruatā impetrasse asserit,ac eumdem N. oratorem ad videndum sibi de dicta capellania prouideri citari fecit coram executore litterarū Apostolicarū dicto P. cōcessarum licèt de facto,vt speratur. Cum autem pater sancte ex præmisis clarè constet ipsum N.oratorem defraudatū fore, supplicat ipse N. quatenus huiusmodi permutationem rescindi seu ad pristinam suam possessionē dictorū canonicatus, & præbēdæ restiuere,& restitui mandari, sibiq; de dictis canonicatu, & præbenda quorum fructus, &c. non excedunt inquantū opus est de nouo prouidere seu prouideri mandare dignemini de gratia speciali, in contrariū facientibus, non obstantibus quibuscumque cum clausulis opportunis. Et quod non obstante, &c. Et cum absolutionibus.

Petitur reduci pensio propter guerras, & hostiles incursus.

Beatissime pater,dudum tempore fe. re.Pauli Papæ II. S.V. prædecessoris orta liter inter quemdam Io.ex vna,& quemdā N.tunc reum, & possessorem ecclesię parochialis N.diœcesis de & super dicta ecclesia rebusque alijs in actis latius expresis in vestro sacro palatio apostolico tandem cōmuni consensu dictorum tunc litigantiū super dictis ecclesia,& fructibus,redditibus, & prouentibus qui tunc valore asserebantur cc. ducatorum pensio annua lx.ducatorū auri de Camera per ipsum N.& suos successores soluēda in certis tunc expresis terminis sub certis pœnis, & censuris Ecclesiasticis cōstituta prętēditur. Verùm pater sancte fructus, redditus, & prouentus dictæ ecclesiæ tempore constitutionis dictę pensionis,& antiquitus valere consueuerunt annuatim cc. florenos auri de Camera,iā verò à pluribus annis citra quibus deuotus S.V. orator F.comes de M.rector dictæ ecclesiæ ipsam ecclesiam assecutus fuit lx. ducatorum annuatim non excesserunt prout nec hodie excedunt,& hoc propter guerras, & diminutionem, & mutationem monetæ, & alias calamitates quæ in partibus illis affluxerunt de pręsenti,nec est verisimile quòd ex futuris temporibus dicti fructus ecclesię redeant ad pristinū statum:vnde præmissis attētis pręsertim quòd fructus ecclesiæ ideo tenues, vt præmittitur,existāt,licèt onera ipsius ecclesiæ semper seruentur, & durent, pro tanto recurrit ad pedes sanctitatis vestræ dictus F. orator humiliter supplicando quatenus R.p.d.N. vestri sacri palatij auditori coram quo causæ appellationis à nonnullis prætensis requisitionibus de soluta prætensa pensione pro parte dicti Io.vt dicitur factis,necnon nullitatis,iniquitatis,& iniustitiæ cuiusdam prætensæ declaratoriæ sententiæ incursus pœnarū contra dictum oratorem,vt prætenditur latæ commissæ repeririuntur,cōmittere, & mandare,vt si per informationem desuper simpliciter,& de plano, sine strepitu, & figura iudicij sola facti veritate inspecta recipienda cōstiterit de præmisis, & si reperiat dictam ecclesiam adeo in fructibus, redditibus, & prouentibus diminutam, & ipsam per præfatam pensionem grauatam pensionem prædictam reducat, & diminuat ad aliam quantitatem proportionabilem, videlicet ad tertiam partē, vel saltem prout iustum fuerit ad talem quantitatē ad qualem introitus expensæ, & onera olim, & nunc dictæ ecclesiæ obuenientia,& incumbentia reducat,& moderet, quodque quælibet partium, & illarū successores dictis reductioni, & moderationi acquiescere,& stare debeant per suam sententiam desuper ferendam declaret, faciatque in præmisis, & circa ea necessaria seu quomodolibet opportuna, cum potestate dictum Ioa. omnesque alios,&c.inhibendi,dictumq;F.&c. à quibuscumque excōmunicationis sententijs, censuris,& pęnis in ipsum forsan pręmissorum occasione latis simpliciter,vel ad cautelā quatenus indigeat absoluendi, præmisis necnon constitutionibus,& ordinationibus apostolicis statum causæ in eoq;actitatorum necnon alterius prætensæ commisionis super prætensis nullitatibus absolutionis per quēdam N.abbatem eidem oratori impensę ad instantiam aduersarij R.p.d.electo Ouetensi, vt dicitur commisis appellationum hincinde interiectarum tenores præsentium pro sufficientes expresis habentes, alijsque in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque.

Commißio auocationis causæ de consensu partium.

Dignetur S.V.omnes, & singulas causas coram R. p. d. G. vestri sacri palatij apostolici causarum auditore inter deuotum oratorem vestrum N.clericum N. dięcesis,& quemdam A. clericum dictæ diœcesis de & super parochiali ecclesia in N. B. diœcesis rebusque alijs, &c. specificatis in prima instantia pendente indecisas ab eodem domino G. auditore de partium prædictarum consensu expresso ad se aduocare illasque de simili consensu alicui

alicui prælato in Rom. Cur. residenti et si placet venerabili viro domino N. præposito ecclesiæ G. L. diœcesis in dicta curia residenti committere reasumendas vlteriusq; audiendas, cognoscendas, decidendas, fineq; debito terminandas cum singulis suis emergentibus, incidentibus, dependentibus, annexis, et connexis, ac cum potestate omnes, et singulos terminos substantiales de vsu, stilo, more et consuetudine dicti palatij seruari solitos simul et semet, vnico contextu, vnicaq; & eadem audientia singulis diebus locis & horis feriatis & non feriatis seruandi & reiterādi, ac coram se seruari & reiterari admittendi. Constitutionibus & ordinationibus apostolicis stilo dicti palatij iuribus cancellariæ apostolicæ regulis cæterisque contrarijs, non obstantibus quibuscumque.

Commissio auocatis causæ quæ pluribus reperitur commissa.

Beatissime pater, ad instantiam cuiusdam L. asserti presbyteri nonnullæ prætensæ causæ appellationis vnà cum toto negocio principali occasione parochialis ecclesiæ S.N. &c. seu de & super dicta parochiali ecclesia contra quendam C. nuper defunctum aliàs R.p.d.N. vestri sacri palatij causarū auditori reperiuntur commissæ coram quo ad nonnullorum terminorum obseruationem citra tamen causæ conclusionem ad eiusdem L. instantiam processum extitit: deinde dictus L. præmissorum non ignarus cùm suum erat factum proprium nullam de præmissis mentionem faciens causam prætensarum appellationum vnà cum toto negocio principali prædicto super eadem parochiali ecclesia pro parte eiusdem, vt prætenditur, ad S.V. sanctamq; sedem Apostolicam interpositarum contra deuotos vestros A. & B. etiam occasione prætensi spolij R.p.d.F. eiusdem palatij auditori, vt dicitur, committi obtinuit, coram quo contra dictos oratores ad terminorum obseruationem citra tamen causę conclusionem processum, vt dicitur, extitit. Vnde pater beatissime, cùm ipse debeat censeri iudex competens quem S.V. elegit, seu cuius iurisdictionem prorogauit saltim cum dicto L. de hoc pœnitere non licuit quod sibi semel placuit. pro tanto ad euitandum circuitus, & vt laboribus & expensis partium parcatur, nè super iurisdictione hincinde habeant disceptare, sed vt æqua lance coram vno iudice negocium terminetur. Dignetur S.V. causam & causas huiusmodi à præfato d.F. auditore auocare, illamq; & illas dicto d.L. auditori aut eius surrogato, vel surrogando committere reassumendas vlteriusque audiendas, &c. vnà cum omnibus suis incidētibus, &c. annexis & connexis constitutionibus, &c. iuribus statum causarum huiusmodi, & in ea actitatorum vnà cum appellationibus pro parte B. interpositis tenore pro sufficienter expressis habentes etiam si indiuiduam requirant expressionem, alijsq; in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque.

Alia commissio auocationis causæ pluribus auditoribus commissæ in qua petitur remitti illi corā quo iura sunt producta cum reiteratione terminorum.

Beatissime pater, super nomine deuoti vestri Io. rectoris parochialis ecclesię beatę Mariæ N. diœcesis contra quendam Franciscum N. in eadem ecclesia intrusum, de & super dicta parochiali ecclesia, & illius occasione certa commissio R.p.d. Antonio N. auditori causarum palatij primò reperitur facta & pręsentata, & alia eiusdem tenoris commissio R.p.d. Ludouico N. similiter auditori, quæ commissio per ipsius Ludo. procuratorem ratificata & coram eodem domino Ludo. ad obseruationē terminorum, ac iurium ipsius Io. productionē citra tamen causæ conclusionem in causa est processum: Franciscus verò vt verisimiliter creditur quærens litem huiusmodi in longum protrahere, & suam intrusionem diutius continuare causam ipsam coram dicto Antonio prætextu dictę commissionis prosequitur, qui etiam ad ipsius Francisci procuratoris instantiam de facto dicitur decreuisse inhibitionem prout etiam dictus dominus Ludou. auditor præfato domino Antonio auditori inhibuit, & litteras inhibitorias decreuit. Et quia pater sanctè iura, vt præmittitur coram dicto domino Ludouico sunt producta nè partes ipsæ laboribus, & expensis prægrauentur. Dignetur S.V. causam, & causas huiusmodi in omnem euentum dicto domino Ludou. cum opportuna auocatione committere reassumendas, audiendas, &c. annexis, & connexis, ac cum potestate omnes, & singulos terminos coram ipso d. Ludou. & aliàs tentos, ac de iure, & stilo palatij seruari consuetos simul, & semel, ac vnica citatione præcedente vnica audientia, & vnico contextu etiam altera parte inuita obseruandi, & reiterandi, obseruarique & reiterari faciendi in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque præmissorum omnium, & singulorum ac commissionibus hincinde obtentis actorumque causæ, & causarum huiusmodi status, & totos tenores quomodolibet,

libet, & vbilibet habitorum præsentibus pro expreſsis habentes.

Alia commiſsio cauſæ quæ pluribus reperitur commiſſa cum auocatione, &c.

Beatiſſime pater, aliàs vacantibus certis canonicatu, et præbēda eccleſiæ N. quibus eccleſia parochialis in V. canonicè eſt annexa C. diœceſis per obitū quondam M. dum vixit eorumdem poſſeſſoris extra Romanam Curiam, & in partibus defunĉti deuotus e. S. V. orator H. clericus C. diœceſis dictos canonicatum, & præbendam cum eis annexis in vim gratię ſuę expectatiuæ ſibi per ſe. re. Paulum Papam ij. conceſſę, et proceſſuum inde ſecutorū acceptauit, et de eiſdem ſibi prouideri obtinuit poſſeſſione ſubſecuta, poſtmodum quidam P. aſſertus clericus vi et violenter, ac manu armata eumdem oratorem dictis canonicatu, et præbenda temerè, et de facto ſpoliauit, ac ſe intruſit eiſdem: ortaq; propterea lite ſine cōtrouerſia inter ipſum oratorem, et præfatum P. de & ſuper dicto ſpolio, et eius occaſione idem orator in palatio Apoſtolico litigando contra præfatum P. de et ſuper ſpolio, et eius occaſione duas cōformes ſententias diffinitiuas cum fructuū, & expenſarum condemnatione reportauit: quarū vltimā tulit R. p. d. B. auditor, &c. Et quia pater ſancte pro parte dicti P. à nonnullis prætenſis grauaminibus etiam diffinitiuā ab eodem R. p. d. B. appellatum reperitur: quorum alterum grauamen cōmitti fecit R. p. d. Antonio, &c. & aliud R. d. Io. &c. & ſucceſsiuè eidē R. p. d. Anto. cauſa ſpolij in tertia inſtantia cōmiſſa fuit, & quidam etiam Martinus prætendens in petitorio ius habere in huiuſmodi canonicatu, & præbenda, ac eis annexis de præſenti cōtra ipſum oratorem agit coram A. p. d. B. tam contra dictū oratorem quàm dictum P. Et quia pater ſancte cauſa huiuſmodi corā tribus iudicibus agitatur & B. iam pronunciauerit, & primum prætenſum grauamen cōmiſſum fuerit præfato R. p. d. Ant. vt laboribus, & expēſis pareatur et vt finis liti, & cauſæ huiuſmodi imponatur. Dign. S. V. omnes, & ſingulas cauſas huiuſmodi quomodolibet pendentes tam coram prǽfato d. B. quàm corā d. Io. ad ſe auocare: necnon cauſam, et cauſas huiuſmodi prǽfato d. Ant. aut eius ſurrogato, vel ſurrogando, cui vt præmittitur, ac primi prætenſi grauaminis, et etiam ſpolij commiſſa recipitur cōmittere in eodem ſtatu ſicut coram præfato domino auditore de præſenti pendent reaſſumendas audiendas, etc. cum annexis, et connexis, ſtatum cauſæ huiuſmodi, et omnium prænarratorum tenores hic habentes pro ſufficienter expreſſis. Conſtitutionibus, et ordinationibus apoſtolicis ſtylo palatij cæteriſque in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque.

Commiſsio releuantis quia im præcedenti non fuit facta mentio de concluſione cauſæ.

Beatiſſime pater, cum nuper lis ſiue cauſa in veſtro ſacro palatio apoſtolico inter deuotum eiuſdem S. V. oratorē ex vna, & quoſdam M. & P. aduerſarios reſpectiuè penderet ſiue verteretur coram tribus auditoribus cauſarū veſtri ſacri palatij, videlicet. Ber. Io. & Ant. de & ſuper canonicatu, & præbenda. A. & parochiali eis annexa, &c. & eorū occaſione partibus ex altera: V. S. ad releuandum partes à laboribus, & expenſis cauſam huiuſmodi à præfatis dominis Io. & Bern. auocauit, ac præfato R. p. domino Antonio, cui primum prætenſum grauamen cōmiſſum fuerat à quadam prætenſa appellatione pro parte dicti P. interpoſita præfato dom. B. ſiue eius ſurrogato cōmiſit prout etiam in quadā cōmiſſione de & ſuper auocatione huiuſmodi ſignata, & iamdudum prǽſentata, cuius tenorem hic habere dignemini pro ſufficienter expreſſo. Cùm autem pater ſancte de viribus dictæ commiſſionis, & auocationis hæſitetur, ſiue dubitetur, ex eo quia in dicta cōmiſſione omiſſum fuit exprimi ꝙ in dicta cauſa inter dictum oratorem, & M. extitit concluſum. Nè igitur pater ſancte dicta cōmiſſio, & auocatio reddatur inutilis propter omiſsionē narrationis concluſionis antedictæ, & ſic cauſa huiuſmodi coram tribus auditoribus penderet indeciſa ad releuādum oratorem à laboribus, & expenſis qui iam in palatio apoſtolico duas litigando cōformes diffinitiuas ſententias cōtra dictum P. de & ſuper ſpolio eorundem canonicatus, & præbenda, ac parochialis eccleſię reportauit. Dignetur S. V. præfato domino Antonio ſiue in eius locum ſurrogato committere, & mādare quatenus dicta cauſa inter dictas partes iuxta tenorē vltimæ cōmiſsionis in omnibus, & per omnia procedat, ac ſi de dicta cōcluſione mētio facta fuiſſet, & illi expreſsè derogatū eſſet, ſtatum cauſæ, & omniū prænarratorū tenorem hic pro ſufficiēter expreſsis habentes: conſtitutionibus, &c. quibuſcumque.

Commiſsio quòd procedatur in cauſa commiſſa litteris non expeditis, non obſtantibus regula in contrarium edita, & per aduerſarium repetita.

Beatiſsime pater de quibuſdam canonicatu, & præbenda eccleſiæ N. per obitum quondam

dam Anto. doctoris vacante, S.V. deuoto oratori vestro Io. cler. N. diœcesis decretorum doctori prouideri concessit, ac deinde oratori propter rei familiaris maxima qua tū vexabatur penuria litteris apostolicis, vt prætenditur desuper nō expeditis causam, quam super eisdem canonicatu, & præbenda habere intendebat R.p.d. Gundisā palatij apostolici auditori die xxx. Maij proximè præterita committi fecit, & successiuè citatione decreta & executa dictus intrusus quibusdam suis procuratoribus in Rom. Cur. existentibus mandatum ad causam huiusmodi speciale fecit, & generale, ac principio per audientiam contradictarum vsque ad terminum ad dicendum contra articulos inclusiuè, & deinde litteris apostolicis expeditis cum procuratore aduersarij litigando ad testium productionem, & examinationem, ac omnium substantialium terminorum citra conclusionem in prima instantia processum extitit litteris apostolicis supradictis apud acta productis, quorum effectui, & causę commissioni, ac processui pręlibatis ab aliquibus asseritur obstare regulam cancellariæ per S. V. editam, & per aduersarium repetitam; qua dicitur caueri ꝙ omnes, & singulæ causarum commissiones quas fieri contingerit, & obtentu, vel occasione concessionum dumtaxat apostolicarum de beneficijs ecclesiasticis gratiarum, super quibus litteræ confectæ non forent, ac processus desuper habitis nullius forent roboris, & momenti. Beatissime pater ex actis constare creditur de oratoris bono iure, quinimmo impossibile de iure reputatur canonicatum, & præbēdam huiusmodi per aduersarium posse obtineri: ad tollendum igitur circuitum qui nullum iuris adminiculum aduersario præbet, & liti huic facilis exitus imponatur ad litium immobilitatem extirpandam, orator supplicat S. V. quatenus auditori præfato siue eius forsan surrogato, vel surrogando huiusmodi causam expediat atque decidat perinde in omnibus, & per omnia pariformiter, ac si ante tempus causæ conclusionis huiusmodi litteras mandati apostolici de conferendo prædictis canonicatum, & prębendam expeditas fuisse constaret, dignemini committere, & mandare præmisis, ac cōstitutionibus, & ordinationibus apostolicis, & clausula instrumento mādati facti procuratoribus aduersarij, videlicet, quatenus causa fuerit legitimè deuoluta, &c. alijsvè, &c. quibuscumque.

Commißio reijciens præinsertam commissionem qua allegatur regula de non committendo causam litteris non expeditis, & petitur aduersarium in expensis condemnari.

Pater S. frustra videtur constitutiones facere nisi obseruentur, & vt scit e. S.V. actor numquam ad causam veniat, & reum ad iudicium euocet quin debeat esse paratus cum iuribus suis, quodque Io. lupi assertus doctor, & causarum procurator, ac antiquus curialis non debuit ignorare constitutionem per V.S. factam videlicet, ꝙ commissiones factæ litteris super beneficio super quo commissio fit non expeditis, ac processus desuper factus fuit, & est nullus. Et si non habuit pecunias ad expediendū litteras ante commissionem causæ, non debuerat facere committi causam, & exponentem pacificum possessorem prætextu nonnullarum commissionum, & citationum de partibus ad curiam non sine magnis incommoditatibus, & expen. facere venire, & si e. S. V. vult facere dicto aduersario gratiā, debet illam sine pręiudicio exponentis facere: nam exponens credens se legitimè citatum, misit procuratorem suum de partibus ad curiam ad prosecutionē, & defensionē huiusmodi causæ, dictusq; procurator non modicas expensas etiam tam in veniendo de partibus, quàm in curia in producendo procuratorem, & aduocatum pro defensione causæ, & stando in curia fecit, indecensque videtur ꝙ aduersarius qui de errore per eum in committendo causam litteris non expeditis contra dictam constitutionem commisisse commoda, & exponens, qui iustam causam habuit facere pronunciari commissionem citationem, & processum nullum cum condemnatione expensarum damnum importare debeat. Et pro tanto, pater sancte, vt peccata suos teneant auctores, & in eo quis puniatur in quo deliquit, & ne dictus aduersarius ex pręmissis glorietur, placeat e. S.V. dicto auditori, aut eius loco surrogato committere, & mandare, vt præinserta commissione pęnitus, & omnino reiecta causam prædictam in omnibus, & per omnia expediat, ac si de ea apud acta causæ huiusmodi non constaret. Vel si hoc e. S.V. facere nolit eidem auditori mandare, vt in dicta causa ad vlteriora nullatenus procedat nisi dictus aduersarius prius expensas quas dictus exponens tam in partibus pro mittendo procuratorem pro defensione dictæ causæ ad curiā, quam dictus procurator ad dictam curiam in eius prosecutione veniendo, & in ea stando fecerit realiter, & cum effectu soluerit de gratia speciali, pręinserta cōmissione, & contenta in ea, ac statum causæ habendo pro expressis, ac præmissis, & alijs in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque.

Commis-

Commißio consistorialis, quòd reiectis nullitatibus, & possessorio procedatur in principali.

Beatissime pater, exponitur S.V. pro parte deuoti oratoris vestri Io. rectoris parochialis ecclesię N. Lubicensis dioecesis quòd cū idem orator parochialem ecclesiam septem annis, vel circa pacificè, & quietè absq; alicuius molestatione canonico titulo possedisset, quidam Ia. assertus clericus oratorem ipsum nesciiur quo spiritu ductus in palatio apostolico corā R. p. d. &c. auditore palatij causarum apostolici tā super ecclesia ipsa quàm prætenso spolio traxit in causam, coram quo dum ad omnium terminorum substantialium obseruatione, ac iurium productione per partem aduersam processo, citra tamen causæ conclusionem & pro parte oratoris non aliud nisi mandatum procurationis ad lites productum fuisset, tandem causa ipsa per præfatum dominum Ant. auditorem ad cancellariam apostolicā remissa, ac deinde propter remissionem huiusmodi R.p.d. Io. Francisco dicti palatij etiam causarum auditori commissa fuerat, qui dominus Io. Franciscus auditor sequenti die post præsentationem commissiones pro dicto Ia. aduersario, & contra oratorem miserrimè per procuratores suos neglectū, & indefensum in eadem audientia terminum ad dicēdum contra commissionem seruans causam reassumēs in prætenso possessorio conclusit, & tulit sententiam cum fructuum, & expensarum condēnatione. A qua dum propter fraudem, seu dolum notarij negantis sententiam latam die xj. ab ipsius prolatione per procuratorem oratoris appellatum fuisset, & sic ipsa sententia taliter qualiter lata per huiusmodi dolosam notarij negationem in rem prætēderetur transiuisse iudicatam, desuper litteris executorialibus, vt prætenditur decretis, quarum vigore dictus aduersarius oratore tunc à dicta ecclesia absente, & ignorante domum dotis illius ingressus extitit, licèt postea orator ipse ad domum, & ecclesiam prædictā nondum quinque diebus elapsis reuersus omnino possessionem suam continuādo illam ingressus fuerit, per quę eidem aduersarius prętendit se spoliatum violenter, inter ea S.V. ipsi oratori paterno fauore consulere volens pręmissis fraude notarij, et subitaneo processu auditoris plenè intellectis R.p.d. Io. prioris etiam dicti palatij apostolici causarum auditori commisit, et mandauit, quatenus constito sibi de bono iure oratoris ipsum ad appellandū restitueret, qui quidem d. Io. prioris productis coram se iuribus oratoris, et dicta materia restitutionis diu litigata visis hincinde productis, et allegatis, ac diligenter examinatis oratorem ipsum de dominorum auditorum Rotæ consilio, & assensu ad appellandum sententialiter restituit prętensarum expensarum condemnationem reseruans, vsque in finē litis. A qua quidem sententia per aduersarium, aut pro eius parte, vt prętenditur appellato, & appellationis causa R.p.d. Nicolao de Edan etiam eiusdē palatij causarum apostolici auditori commissa, et in eadem ad aliquorum terminorum obseruatione processo, et deinde propter illius recessum R.p.d. Gundissaluo de Villadiego commissa, ac obseruatis omnibus seruandis cum dictus aduersarius à Rom. Cur. recessisset, et certos assertos procuratores apud acta constituisset, et orator seu procurator eius inaduertenter solum, et dumtaxat per audientiam contradictarum ad hoc citatione lecta per præfatum dominum Gundissaluum, et eius sententiam dicti domini Io. prioris sententiam obtinuit cōfirmati; et deinde virtute specialis commissionis desuper factæ litteras obtinuit decerni executoriales, quibus quidem vltimę sententię, et litteris tamquam vitio nullitatis subiacentes propter non citationem prętensorum procuratorum prędictorū, licèt pro parte oratoris post renunciatum, et propter specialem commissionem per S.V. per placet signatam, vt refectis expensis dictę nullitatis idem auditor constito sibi de notoria desertione prętensę appellationis per aduersarium à dicta sententia domini Io. interpositæ, litteras executoriales de nouo decerneret dicta prætensa nullitate non obstante, concessum existat: debuissentq; propterea de nouo dictę litterę executoriales meritò decernere: quia tamē idem aduersarius dictis prętensis nullitatibus adhuc insistere intendebat, et causam quam super illis mouere prętendebat R. p. d. Nicolao de Vbaldis eiusdem palatij apostolici causarum auditori fecit committi, propter quæ, et inhibitione hincinde facta causa huiusmodi nimiū protracta fuit, et orator iam senio confectus, et septuagenarius per aduerserium calumnijs, cauillationibus indebitè fuit molestatus. Vnde beatissime pater pręfati D. Ant. et Nic. auditores pro bono pacis partes ad concordiā reducere curantes voluerunt, quòd reiectis omnibus cauillationibus, et tam prętensis possessorio quàm nullitatis materijs quęlibet partiū suum titulum corā ipsis etiā extraiudicialiter procedere deberet: et cuius titulus potior reperiretur ille ecclesiam obtineret, et alter hone-

stam recompensam pro redimendis vexationibus haberet iuxta eorum arbitrium, auctoritate tamen e. S. V. interueniente. Verùm pater sancte dictus aduersarius videns se in salutari suo deficere, nullumq; sibi ius in petitorio competere ad prætensum possessoriũ refugiẽs dicti auditores post longos tractatus desuper habitos audire, & in eis hoc attendere recusauit sperans per longã, & temerariam vexationem ipsum oratorem qui iam decem, & octo annis ecclesiam ipsam possedit, & qui desuper plures ex subordinatione dicti aduersarij violẽtias, opprobria, & iniurias perpessus extitit, vel cogere per indirectum dictam ecclesiam dimittere, & desistendi à iuris sui prosecutione, vel saltem causam huiusmodi tamdiù friuolè etiam sustinere tendente, vt oratore mortuo in ipsius ius posset surrogari. Vt igitur beatissime pater sano, & bono iuri oratoris succurratur, & talibus calumnijs, & temerarijs litigijs obuietur, quæ iam in accessorijs huiusmodi vltra decem annos durauit & nè aduersarius oratoris iactura locupletetur, aut ex calumnijs suis commodum reportet, recurrit ad pedes V.S. idem orator humiliter supplicãdo quatenus præfato domino Ant. vel Nic. qui oratorem à molestationibus super dictis prætensis nullitatibus factis per suam sententiam absoluit, & desuper aduersario silentium imposuit, aut surrogando in eius locum auditori committere, & mandare dignemini, vt constito sibi de canonico titulo, & bono iure oratoris de tam longa temporis possessione, de sententia restitutionis, & ab illa prætensa aduersarij appellatione desertione, ac de cõmissione ad decernendum nouas litteras executoriales, necnon de molestijs, & violentijs oratori possessori per dictum aduersarium illatis, ac quòd aduersarius à tractatu compositione dictorum auditorum resiliuit, vt prætertur ex tunc reiectis omnibus, & singulis tam prętensi possessorij quàm nullitatum materijs in petitorio solum procedat, ac partibus ipsis breue iustitiæ complementum ministret cũ potestate citandi, & inhibendi, &c. cum directa auocatione omnium, & singularum causarum inter partes ipsas coram quibuscumque iudicibus, & auditoribus occasione huiusmodi ecclesiæ quomodolibet pendente statum causarũ vbicumque pendentium quomodolibet, & omnium actitatorum etiam si appellationes quibus nondũ de apostolis responsum esset forsan penderent præsentibus pro expressis habentes, stilo palatij, cæterisque in contrarium editis, vel facientibus non obstantibus quibuscumque.

Commissiò quòd procedatur in petitorio, & possessorio simul.

Beatissime pater, nuper sancte, & iuste per R. p. d. Gundissaluum vestri sacri palatij apostolici causarum auditorem in quadam causa quę coram eo in prima vertebatur instantia inter quemdam A. in iure deuoti oratoris, ac familiaris S. V. B. possessoris surrogatum agẽtem ex vna, & quemdam N. assertum clericum N. diœcesis de & super præpositura ecclesiæ N. & eius occasione defendentem partibus ex altera pro parte dicti A. & contra dictum N. diffinitiua adiudicatoria sententia pronũciata ab ipsa licèt friuole pro parte dicti N. appellato, causaq; appellationis huiusmodi R. p. d. Petro, &c. dicti palatij causarum apostolici auditori commissa idem dominus Petrus auditor in huiusmodi causa taliter qualiter, & secundùm ꝙ sibi placuit procedens suam talem qualem diffinitiuam protulit sententiam per quam licèt indebitè dicti domini G. sententiam diffinitiuam prædictam dicitur reuocasse, & quamdam prætensam gratiam, seu collationem legitimam dicti N. canonizasse eidẽque N. pręfatam præposituram adiudicasse, & aliàs prout in ipsa prætensa sententia latius continetur processisse, à qua prætensa sententia præfata fuit nõ immeritò pro parte dictorum A. & B. pro suo interesse appellatum, & causa appellationis huiusmodi R. p. d. C. dicti palatij causarum auditori cõmissa, & in ea ad aliquos actus iudiciales quos, & status totius negocij huiusmodi hic habere dignemini pro sufficienter expressos, citra tamen ipsius causę conclusionem processo, & licèt N. in certis suis productis se dicat, & fateatur possessorem, ac beneficium de quo agitur possidere, & nihilominus ipse præfatos A. & B. litibus, & expensis nunc in possessorio, nunc in petitorio huiusmodi causæ perpetuò inuoluere, ac faticare nititur, vt sic inuoluti, & diutius fatigati litibus, & fatigationibus huiusmodi cedere, seu etiam cum eo conuenire cogantur, prætendit litẽ pẽdente huiusmodi fuisse spoliatum, & petitoriũ hincinde in huiusmodi causa intentatum suspendere, & super solo possessorio procedere velle, seu iam suspendisse. Vnde pater sancte, cũ in beneficialibus vitiosus cuiq; debeat denegari ingressus, & beneficia sine canonico titulo, & iure optimo nõ debeât detineri, & dictus A. in iure præfati B. qui possessionẽ dictæ præposituræ primitus dicitur habuisse tã quo ad possessionẽ, quàm quo ad proprietatẽ surrogatus, & ad possessionem dictæ pręposituręde consensu dicti B. fuerit per capitulũ N. admissus: pro tanto supplicant S. V. A. & B. pręfati, quate-

quatenus dicto domino C. auditori committere, & mandare dignemini, vt si idem N. in materia dicti prætensi spolij procedi curauerit; procedat simul, & semel super vtroq; inter partes prædictas etiam vnico, & eodem contextu super eisdem pronunciet, statum causæ huiusmodi, ac omnium actitatorum tenores hic pro sufficienter expressis habendo, constitutionibus, & ordinationibus apostolicis stilo palatij cancellariæ regulis cæterisq; in contrariū facientibus, non obstantibus quibuscumque.

Commißio super monitorio decernendo pro capitulo Coloniensi contra Archiepiscopum.

Beatissime pater, & clemētissime domine. Prælatus qui gregem dominicum sibi commissum non alit non pascit, & in necessarijs non adiuuat, oppressos non tuetur, nec defendit, illicitis exactionibus vexat iura bona subditorum contra iuris formā vsurpat, & spoliat & à via rationis oberrat: summum pastorem Saluatorem nostrum Iesum Christum non diligit, nam cuilibet pontifici per os prophetæ dictum est, vt iudicium, & iustitiam faciat omni populo, & iniuriā patientit pro tanto exponitur S. V. lamentabili cum querela pro parte deuotorum e. S. V. oratorum Decani, & capituli ecclesiæ Coloniensis, ꝙ licèt Reuerendissimus pater dominus Rubertus modernus ecclesiæ Coloniensis Archiepiscopus cum ad Archiepiscopatus gradum fuisset assumptus sperabatur, vt ecclesiam sponsam suam, sacerdotes gregem, & populum suos ita puro Dei iudicio, & nuda iustitiæ libra maioritatis reatu, non iuris ordine prætermisso nec passionum rationalitate gubernaret, tueretur, & defenderet: ita quòd pax ecclesiæ bonorum accresceret vitę subditorū custodia debitorum quibus extitit grauata solutione in statum liberū restitueretur, redderetur salutemque, & commodum omnes consequeretur. Sed beatissime pater, quod cum gratia dicitur, idem dominus Rubertus Archiepiscopus in præmissis suæ ecclesiæ, & deuotis S. V. oratoribus Decano, & capitulo prædictis cleroq; & populo nauseam facere videtur. Nam licèt de consuetudine dictæ ecclesiæ fuerit, & vsu à memoria hominum obseruatum, quòd Archiepiscopus pro tempore in suo primordio assumptionis promittere, & iurare teneatur, quòd in castris, & dominijs, ac fortalicijs eccle. Coloniensis officiales, & castellanos tales perficiat, qui Decano, & capitulo casu quo Archiepiscopus caperetur ab hostibus vsque ad eius liberationem, aut decederet vsque ad futuri pontificis electionem omnia castra, fortalicia, & arces fideliter gubernarent. Decano, & capitulo, & nulli alteri obedirent, eorumq; possessiones, & bona tuerentur, & defensarent, ac cum promissionibus, & litteris eorumdem sigillo roboratis Decano, & capitulo tradendum, & assignandum se obligarent, & constringerēt prout idem dominus Rubertus Archiepiscopus iurauit, & se effecturum obligauit, quamuis etiam ecclesia Coloniēsis fuisset grauibus debitis oppressa, dicti oratores, Decanus, & capitulum pro statu ecclesiæ, & libertate eius, ac solutione debitorum, ac tranquillitate patriæ tractandis, ordinandis, approbandis, & laudādis conuenerunt quòd medietas pedagij, & theolonij in oppido Bōna, & nonnulli alij redditus pro satisfaciēdo creditoribus, & soluēdis debitis colligeretur, & nè in hoc creditores diffiderent, ipsi oratores, Decanum, & capitulū sub pęnis, sententijs, & censuris in euentum nō satisfactionis pręmissa submiserunt, necnō pro vlteriori pace, & tranquillitate patriæ, & ecclesiæ, cum suborta fuissent inter nonnullos nobiles errore duorum castrorū, videlicet Bruel, & Lechnih quę dictis nobilibus pro magna quātitate pecunię impignorata extiterant quæstionis materia ijdē oratores denuò pro pace tractanda se intromiserūt, taliter quòd hi nobiles partem magnamque quantitatem pecunię pro quibus impignorata reperiebātur dicta quo castra intuitu capituli remiserūt pro reliqua parte dicti oratores iteratò fideiusserunt, dictusq; Dominus Rubertus Archiepiscopus eosdem in pręmissis suis patētibus litteris releuare, & indemnes seruare promisit, vnde cū tractu temporis dicti oratores sperādo dictum dominum Rubertum eorū præsulem in præmissis fidem seruare debuisse prout tenebatur, ipse in reprobrum sensum datus fidem datam fallendo officiales, & castellanos huiusmodi quos pręfecit ad eorum solitas obedientias infra terminum sibi datum, & receptum etiam monitus, & interpellatus capitulo dare, & fieri procurare recusauit, totam pecuniā dicti theolonij Bōnensis, vnà cum medietate, cæterisq; redditibus, & prouentibus, vt præmittitur pro soluēdis debitis vsurpare, capere, & rapere. Et pręmissis non contentus, sed mala malis, accumulando castra, oppida, villagia, possessiones, theolonia, nonnullaque bona mobilia, & immobilia, census, fructus, redditus, vina, blada, & alia emolumenta ad ipsos decanum, & capitulum, ac etiam singulares personas spectantia etiam pro ministris, & luminaribus ecclesiæ suæ

deputatis, & deputata prout in actis latius specificabūtur vsurpare, inuadere, subtrahere, accipere, & eisdē spoliare, & his non satiatus Archidiaconis suę ecclesię in eorum iurisdictionibus resistere, mandataq; eorum ne exequantur, ac ne pro fabrica ecclesiæ prout actenus in singulis parochijs fieri solitum fuit contra ordinationem ipsius Archiepiscopi auctoritate apostolica approbata collectam fieri, & magistrum fabricę desuper impedire inhibere nullo iuris ordine seruato manu armata, & per vim ac violentiam iura, & bona ecclesiæ auferre, & quod abominabile est, syluas pro fabrica domorum subditorum magna hucusque cura propter lignorum defectum à multis annis custoditas destruere, arbores incidere, ac pęnitus & radicitus euellere, ne in posterum incrementa appareant, lacus, & piscinas exsiccare, sicq; hæreditatem ecclesiæ capituli, & Christi patrimonium expoliare, Theolonia, & exationes insolitas à capitulo, & clero contra eorum solitam libertatē extorquere, colonisq; & rusticis, ac censuarijs dictorum oratorum ecclesiæ sub magnis pęnis ne ipsis oratoribus etiam singularibus personis censum debitum, & redditus soluerent inhibere, sed eosdē vsurpare, ac bona dictæ ecclesiæ oratorumque, & singularum personarum manu armata per eū, & violentiam auferre, familiaresque oratorum, & singularum personarum capere, & incarcerare, aliaq; contra iuris formam, & sacrorum canonum instituta quibus in palatij sui receptione se obediturum promisit, aliaq; grauia onera oratoribus, & singularibus personis clero nobilibus, & populo inferre, nulla apud eum est capituli auctoritas, nulla dignitas omnem principatum, omnia ecclesiæ iura sibi vsurpare & ab oratoribus auferre, per indoctos & imperitos se solum domini iactanter persuadere non attendens secundum sanctorū patrum instituta, Episcopum non dominum, sed collegam esse sacerdotum, vnde cùm in præmissis sicut præmittitur, seuit hæc palma gloriosa Episcopi, & voto suo ascribi potest, videlicet ꝙ sua honorabilia membra ex eo ꝙ fidem eis & suis creditoribus fregit, vt præmittitur sententijs, & censuris ecclesiasticis innodari finit, iacet ecclesia sua & sponsa sine diuinis, & diuino cultui interesse non possunt, religio spernitur, censuræ vilipenduntur, creditores decepti, subditi vexati, bona capituli inuaduntur & spoliantur, afficiunt oratores contumelijs, hinc probra in eos & in sanctos & in ipsum Iesum Christum filium Dei sequuntur, alijsq; grauaminibus, insolitis, & intolerabilibus incommodis & oneribus opprimere, ita ꝙ potius percussor quàm pastor factus videatur temerè & de facto pręsumpsit, & attentauit prout hodie attentare non cessat in animæ suæ periculum & damnationem ecclesiæ, & exterminium oratorum & personarum supradictarum ac enorme damnū & læsionem. Et licet beatissime pater dicti oratores eundem dominum Rubertum Archiepiscopum vt susceptum officium administraret tota reuerentia, eumq; tamquam eorum antistitem legatum Dei & preconem veritatis sæpe & sæpius amonuerint diligenter ac ad rationem & iustitiæ tramitem reducere tentauerint coram pluribus magnis viris & pręlatis, vt à talibus desisteret, & vsurpata restitueret, ac illis quibus satisfaciendum esset, satisfaceret, & in futurum talia non attentaret magnis debitis instantijs honorificentijs interpellassent: ipse tamen in sensum aduersum ductus ꝙ sibi ipsi iniuriatur pontifex qui suorum prælatorum & subditorum iura perturbare nō erubescit tyrannorum more ab his auerti non valens rogatus præmissas voces populi sui & aliorum pro republica interpellantium adimplere, contradixit. Vt igitur beatissime pater consulatur saluti animæ suæ, commodoq; & vtilitati ecclesiæ ac clero populo & subditis vt ab iniuria populi recedat ad euitandum scandala & dāna, quæ forsan exinde fieri possent, & perpetuum exterminium ecclesiæ antedictæ auertatur, recurrunt ad pedes S.V. dicti oratores, & etiam singulares personæ quorū nomina & cognomina pro expresßis habens & ꝙ in monitorio decernēdo tam coniunctim quam diuisim exprimi & dessigenari possint humiliter supplicando quatenus alicui ex Reuerendissimis in Christo patribus & dominis dominis sacrosanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinalibus committere & mandare dignemini, vt constito sibi de præmissis seu aliquo præmissorum sumariè, simpliciter & de plano, sine strepitu & figura iudicij, sola facti veritate inspecta etiam extraiudicialiter se informando dictum Rubertum Archiepiscopum, omnesq; alios & singulos sua communiter vel diuisim interesse putantes, ac in pręmisis culpabiles quibuscumque nominibus censeantur, & quacumque pręfulgeant dignitate, quatenus infra certum eis per eumdem dominum Cardinalem præfigendum prout sibi videbitur terminum in castris dominijs, & fortalicijs ecclesiæ tales quales ordinare & præfigere tenetur & obligatur, & capitulo per eosdem intueri prout promisit vt pręfertur: necnon omnia & singula per eumdem domiuum Archiepiscopum promissa stipulata & per eundem fide data iuramenta in omnibus & singulis capitulis in actis latius deducendis ponat, ordinet & per-

& perficiat, necnon integrè, & totaliter obseruet, Decanumque & capitulū ad theolonium Bonnense, pro eius medietate, aliaq; bona, seu ipsos creditores iuxta conuentiones, & pacta supradicta reintegret: omnia & singula bona, castra, villagia, possessiones, iura & emolumenta, census, redditus & fructus capituli & singularum personarum per eundem dominum Archiepiscopum aut suo nomine per se vel indirectè per alios abstracta, ablata & spoliata vnà cum damnis expēsis & interesse restituat realiter, & cū effectu det & assignet, fidemq; promissam seruet, à creditoribus ipsos Decanum, & Capitulum & singulares personas pro eo fideiubētes à fideiussoribus liberet: interdictum censuras propterea in suam ecclesiam & capitulum, ac dictas personas latas relaxari & tolli, vt diuinis interesse possint, faciat: & procuret fabricam colligere vt consuetū est, nè magistrum fabricæ desuper impediat; blada, vina, fructus, cæteraque bona Decani & capituli ac cleri prout consuetum fuit in prioribus libertatibus sine gabellarum solutione per terras & aquas duci, trāsire & vehi sinat, patiatur & permittat, ac de receptis, ablatis & spoliatis, fructibus, redditibus, censibus, ac bonis capituli, & singularum personarū integrè satisfaciat; subditosque capituli quos sibi iurare, vt sibi & nō capitulo obedire coegit, et cōstruxit dicto prętenso extorto iuramento, nō obstante pręfatis Decano et capitulo prout à multis temporibus obedire consueuerunt, obediāt, pareant, et intendant, fructus redditus et prouentus solito more ipsis omnibus, et non Archiepiscopo soluant, & eis respondeant: mādata, inhibitiones & quæcumque impedimenta, contra præmissa aut aliquot pręmissorum per eundem dominū Archiepiscopum per se vel alium, directè, vel indirectè facta, emissa, posita & executa casset tollat, & amoueat, nec de cætero hæc vel alia similia attentare præsumat, idoneè caueat. & præmissa omnia & singula prout ipsos, & eorū quemlibet concernunt se infra alium statuendum per eundem dominum Cardinalē terminum impleuisse certificent sub pœnis sententijs & censuris Ecclesiasticis etiā pecuniarijs, ac priuatione dictæ ecclesiæ Coloniensis, ac etiam grauioribus de quibus videbitur & à iure communi promulgatis pœnis in Romana curia, extra eam & in partibus etiam per edictum publicum cùm ad eum seu eos tutus nō pateat accessus coniunctim vel diuisim respectiue moneat & requirat, moneriique & requiri faciat atque mādet sibique domino Archiepiscopo necnon omnibus & singulis Comitibus, Baronibus, Militibus nobilibus, Decurionibus, Regentibus, & Incolis ciuitatis Coloniensis, Scabinis, Sculteris, proconsulibus, iudicibus & subditis tam spiritualibus, quàm tēporalibus, quibuscumque nominibus censeantur, sub eisdem pœnis ne huiusmodi pendente lite contra eosdem Decanum & capitulum & singulares personas, ipsi domino Archiepiscopo auxilio, consilio, vel fauore assistant: ne sibi in huiusmodi negotijs ecclesiasticis oratores spoliando assistant, pareant, vel intendant; iuramentumque fidelitatis ipsi domino Archiepiscopo per eosdem coniunctim vel diuisim præstitū quoad huiusmodi effectū dumtaxat relaxando, et præmissa grauia faciendo et ante easdem personas attentando coniunctim vel diuisim et respectiuè prout eos et eorum quemlibet concernit inhibeat, præcipiat atque mandet, et in euentum non paritionis, sententias et censuras ecclesiasticas cæterasque à iure communi promulgatas et in monitorio decernēdo ac bulla pacis in dicta Ratisponensi Ecclesia publicatas, et per Reuerendissimum dominum Franciscum sancti Eustachij diaconum Cardinalem tunc legatum approbatas contentas pœnas incidisse et damnabiliter incurrisse, eundemque Archiepiscopum, cæterosque et omnes et singulos supradictos in præmissis et circa ea culpabiles contrafacientes, impedientes, non obedientes, cōtumaces & rebelles, prout eorum quemlibet concernit incidisse & damnabiliter incurrisse declaret, processusq; aggrauet, reaggrauet cum inuocatione brachij secularis causamq; & causas huiusmodi de et super omnibus & singulis præmissis tam coniunctim quàm diuisim, ac super omnibus capitulis pręnarratis simpliciter & de plano, sine strepitu & figura iudicij: sine quorumcumque terminorum substantialium obseruatione, sed sola facti veritate inspecta procedendo audiat, cognoscat, decidat, & fine debito terminet cum omnibus & singulis, &c. connexis ac potestate dictum dominū Archiepiscopum omnesq; alios & singulos supradictos etiam nominatim in executione monitorij præsentium vigore decernendi nominandos in dicta curia & extra eam & in partibus totiens quotiens opus fuerit per simile edictum citandi inhibendi omniaq; & singula, faciendiq; in præmissis & circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna. Constitutionibus, et ordinationibus apostolicis stylo palatij iuribus quodque causa seu causæ huiusmodi, etc. quibuscumque.

Commissio de diuortio.

Beatissime pater, pro parte deuotę oratricis Ioan. B. L. diœcesis S.V. exponitur quòd ip-

sa credens quemdam T.laicum eiusdem diœcesis fore liberum solutumque ab omni vinculo coniugali,cùm non esset prætensum matrimonium , licèt nulliter cum eodem de facto contraxit & solemnizauit:sed quam cito constitit eidem oratrici de priori contracto matrimonio inter ipsum T.& quandam M. V. & ipsam M eundem T.coram magistro S.I. officiali T.in huiusmodi causa matrimoniali conuenisse etiam ipsa oratrix præfatũ, officialem instanter requisiuit,vt sibi iustitiam ministraret contra dictum T. de & super deuortio seu nullitate huiusmodi secundi matrimonij . Et quia dictus officialis eam exaudire , & causam ipsam cognoscere & expedire nõ curabat,oratrix ipsa ad S.V. & sedẽ apostolicã appellauit, causaq; appellationis huiusmodi vnà cum negocio principali per e.S.V.R.dominis B.& R. Sidoniensis Episcopis cõmissa & seruatis seruandis lata fuit diffinitiua sententia,per quam dicta Io. oratrix ratione anterioris contracti matrimonij prædicti ab inuicem separauit, & à vinculo matrimonij liberauit prout in sententia huiusmodi ritè,& iustè lata plenius cõtinetur.Nihilominus T.prẹfatus sententia huiusmodi non obstante palam , & publicè se iactauit, & asseruit,quòd bulla,cuius vigore processum extiterat,foret,& esset falsa , & inualida;& ideo nollet ipsi sententiæ acquiescere. Sed mala malis addendo ipse T. & eius pater palam,& publicè se iactarunt, & sæpius comminati sunt velle mittere ad Rom.Cur.ad impetrandum talem commissionem dirigendam talibus iudicibus,& amicis suis qui immediate processum,& sententiam prædictas reuocabunt,& annullabunt,& quòd in tali loco sedebunt , ad quem dicta oratrix neque aliqui sui procuratores non erunt ausi,accedere, quòdq; etiam dicti T. & eius pater dictam oratricem in causa huiusmodi multipliciter , & indebitè molestarunt,& perturbarunt,ac quosdam alios pro ea procurantes, & sibi consulentes , & adhærentes incarcerare fecerunt,ac amarè, & asperè vexarunt,& fatigarunt laboribus, & expensis,ac sic, & alias de cætero facere incarcerare, vexare, & fatigare sæpius publicè comminati sunt , & in dies comminantur in dictæ oratricis præiudicium non modicum , & grauamen sedisq;apostolicæ vilipendium,& contemptum . Quare pro parte dictæ oratricis cognoscentis inibi,& coram illis iustitiam consequi non posse,ad S.V.& sedem Apostolicam extitit denuò appellatum . Supplicatur ergo S. V.pro parte dictæ oratricis quatenus causã, & causas appellationis, & appellationum huiusmodi vnà cum toto negocio principali alicui ex Reuerendis patribus causarum sacri palatij apostolici auditoribus audiendas, cognoscendas,decidendas, & fine debito terminãdas cum omnibus,& singulis earum incidentibus, emergentibus,dependentibus,annexis,& connexis tam coniunctim quàm diuisim , & cum potestate dictum T.omnesq; alios , & singulos sua cõmuniter,vel diuisim interesse putantes, & in executione citationis decernendæ nominandos in Ro.Cu & extra eam citandi,ac quibuscumque alijs iudicibus quibus erit inhibẽdum totiens quotiens opus fuerit inhibendi cum alijs clausulis opportunis,& consuetis cõmittere atque mandare dignemini, non obstãte ꝙ causa,& causæ huiusmodi nõ sint ad eandẽ curiã legitimè deuolutæ,neque in ea de sui natura aut iuris necessitate tractãdę, & fiendę . Constitutionibus, & ordinationibus apostolicis stilo palatij , & alijs in contrarium facientibus,non obstantibus quibuscumque .

Alia commissio pro monitorio decernendo super beneficio vacante in curia per edictum .

Beatissime pater, cum iuxta iuris cõmunis dispositionem beneficia Ecclesiastica in Rom. Cur. vacantia dispositioni summi Põtificis generaliter fuerint,& sint reseruata,& propterea felicis recordationis dominus N.Papa ij.S.V. prædecessor huiusmodi reseruationi inhærendo omnes, & singulos prioratus etiam conuentuales,cæteraque beneficia ecclesiastica, secularia,& regularia ordinum quorũcumque tunc apud sedem apostolicam vacantia , & inantea vacatura collationi, & dispositioni suæ reseruauit,irritum decreuit,& inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate sciẽter, vel ignoranter contigerit attentari; vnde idẽ Dominus Pius prędecessor deuoto S. V. oratori Nico. &c. de prioratu conuentuali hospitalis siue domus Dei extra muros N.B.diœcesis ordinis N. quem quondam A. ipsius prioratus dum vixit prior in curia S.V.defuncti prouidit prout in litteris apostolicis desuper confectis plenius continetur,verùm præmissis reseruatione,collatione,& decreto nõ obstantibus R. p.d.Episcopus B.dictum prioratum sibi vsurpare fructus,redditus,& prouentus ex eodem prouenientes in suos vsus conuertere, & retinere , dictumq; oratorem impedire, ac facere quominus huiusmodi prouisio apostolica suũ debitum sortiatur effectum , attentauit in huiusmodi prouisionis apostolicæ, & mandatorũ eius vilipendium animę suę periculum oratorisq; præiudicium,et grauamen.Quare ad pedes S. V. recurrit dictus orator cuius principaliter

paliter intereſt prouiſiones ſedis apoſtolicæ conſeruare, et manutenere humiliter ſupplicando, quatenus alicui ex R. p. d. veſtri ſacri palatij cauſarum auditoribus committere, et mandare dignemini, vt ſi præmiſſa, vel aliqua ex eis ad hoc ſufficientia per informationem ſummariam ſimpliciter et de plano, ſiue ſtrepitu, et figura iudicij ſola facti veritate inſpecta per ipſum deſuper iudicialiter, vel extraiudicialiter etiam die feriata recipiendam vera fore repererit, dictum B. Epiſcopũ, & quoſcumque alios in eodem prioratu forſan intruſos, & intrudendos coniunctim, & diuiſim, vt poſſeſſionem ſeu verius occupationem dicti prioratus iuriumq; & pertinentiarum omniũ eiuſdem præfato N. oratori vacuam, liberam, & expeditam dimittant, nec ſe de eadem aut fructibus, redditibus, & prouentibus de cætero aliquatenus intromittant, ſed ipſi N. oratori de fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt plenariè, & integrè ſatisfaciant, necnon colonos cenſuarios, reddituarios, & ſubditos dicti prioratus, vt præfato domino N. dumtaxat, & nulli alteri, vt vero, & indubitato dicti prioratus priori obediant, ac de eiuſdem fructibus, redditibus, & prouentibus reſpõdeant, & ſatisfaciant, ipſoq; N. & alios quoſcumque cuiuſcumque etiam ſtatus, gradus, ordinis, cõditionis, vel præeminentiæ fuerint in executione præſentium vigore monitorij decernendi nominandos, vel dicto N. epiſcopo, & alijs intruſis forſan, & intrudendis in præmiſſis aſſiſtant, aut ipſum N. oratorem in aſſecutione dicti prioratus, & perceptione fructuum, redditũum, & prouentuum directè, vel indirectè, publicè, vel occultè impedire præſumant ſub pœnis, ſententijs, & cẽſuris infraſcriptis, quas contrafacientes eo ipſo lapſo termino ad hoc ſtatuendo incurrant, videlicet R. p. d. N. Epiſcopum primò ſub interdictę eccleſiæ ingreſſus, deinde eundem, ac alios intruſos, & introducendos ſub excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententijs, & alijs de quibus ſibi videbitur pœnis, vt infra certum terminũ per eumdem auditorem deputandum, & ſtatuendum quatenus prædicta omnia, & ſingula prout ipſos, & eorũ quemlibet concernit realiter, & cum effectu adimpleant, & monitorio huiuſmodi realiter, & cum effectu pareant, & intendant, ac infra alium terminum ſimiliter ſtatuendum prędictum auditorem de paritione huiuſmodi certificent per edictum publicũ, cum ad eos monendum tutus non pateat acceſſus, moneat, & requirat cum poteſtate monendos huiuſmodi in præmiſſis culpabiles & inobedientes ſeu non parentes pęnas, ſententias, & cenſuras huiuſmodi incidiſſe declarandi, illoſq; aggrauandi, reaggrauandi, interdictum ponendi, ac auxilium bracchij ſecularis inuocandi, omneſq; alias, & ſingulas cauſas inter partes prædictas omneſq; alios, & ſingulos ſua communiter, vel diuiſim intereſſe putantes, vt præmittitur exprimendi ſuper dicto prioratu, rebuſq; alijs in actis cauſę latius deducendis, & eorum occaſione communiter, vel diuiſim motas, & mouendas abſque aliqua reſolutione monitorij decernendi audiendas, cognoſcendas, decidendas, & fine debito terminandas, cum omnibus, & ſingulis emergentibus, etc. annexis, & connexis. Et cum poteſtate per ſimile edictum citandi omnes, & ſingulos ſupradictos ad effectum ſupradictum in curia, & extra eã, & ad partes totiens quotiens opus fuerit. Conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis ſtatutis, & conſuetudinibus dicti ordinis, quòdq; cauſa, & cauſæ huiuſmodi non ſint forſan ad Romanam Curiam legitimè deuolutæ, &c. quibuſcumque.

Commiſsio pro monitorio in euentum citatorij ſuper dignitate generaliter reſeruata.

Beatiſſime pater, quamuis S.V. in primordio aſſumptionis ſuæ ad ſummi apoſtolatus apicem omnes dignitates principales in collegiatis eccleſijs tunc vacantibus, & in antea vacaturis collationi, & diſpoſitioni ſuę reſeruauerit, irritumq; decreuit, & inane ſi ſecus, etc. ſic quòd nullus pręter eadem S.V. de huiuſmodi dignitatibus diſponere potuerit ſiue poſſit reſeruatione & decreto obſiſtentibus ſupradictis. Et deinde prępoſitura eccleſię collegiatę beatę Marię in N. Auguſtienſis dięceſis per obitum quondam L. illius vltimi poſſeſſoris extra Rom. Cur. defuncti vacante deuoto oratori veſtro Io. e. S.V. familiari contulerit, et ſibi etiam gratioſè prouiderit de eadem, ac aliàs et alia fecerit prout in litteris apoſtolicis deſuper confectis plenius continetur, nihilominus quidam C. aſſertus clericus reſeruationis, et decreti huiuſmodi non ignarus in dicta prępoſitura temerè, et de facto ſe intrudere non formidauit prout intruſus eſt de pręſenti, fructus, redditus, & prouentus ex eadem prouenientes vſurpando, & in ſuos damnabiles vſus conuertendo in animę ſuę periculum, ac reſeruationis, & prouiſionis huiuſmodi vilipendium, & contemptum malumque exemplum, & ſcandalum plurimorum, & dicti oratoris pręiudicium. Cùm autem pater ſancte interſit S.V. huiuſmodi reſeruationes, decreta, & prouiſiones apoſtolicas tam-

quam regalia Romanę ecclesię, et sancti Petri protegere, pro tanto nè ipsi C. intruso beneficia sic reseruata sine institutione canonica detinendi facultas tribuatur, et per pręmissa quę non solum in detrimentum dicti oratoris, sed S.V. et sedis apostolicæ vilipendium, et contemptum redundare censentur, detur alijs occasio seu audacia se in beneficijs reseruatis intrudendi. Dignetur igitur S.V. vni ex vestri sacri palatij apostolici causarum auditoribus committere, et mandare, vt constito sibi summariè de reseruatione, prouisione, et intrusione prædictis quatenus C. aduersarium prædictum, cęterosq; in prępositura huiusmodi intrusos, et intrudendos necnon capitulum dictę ecclesiæ in N. ac omnes, et singulos redditüarios, ac censuarios dictę præpositurę, videlicet ipse C. aduersarius cæteriq; intrusi, et intrudēdi prædicti possessionem prædictæ præpositurę ipsi oratori seu pro eo eius legitimi procuratores vacuam, liberam et expeditam dimittant, sibiq; de illius fructibus à tempore intrusionis huiusmodi exinde perceptis, et qui percipi potuerunt, respondeant seu cum eodem componant nunc se in prępositura huiusmodi de cætero intromittant, ipsiq; capitulū, et redditüarij ac alij supradicti pręfatum C. ac alios intrusos, et intrudendos ab intrusione, et occupatione dictæ præpositurę realiter amoueant, et destituant, necnon oratorem præfatum seu procuratorem suum prędictum in. et ad corporalem realem, et actualem possessionem dictæ præpositurę iuriumq; & pertinentiarum eiusdem recipiant, et admittant, ac ponant, et inducant, inductumq; defendant, sibiq; vel dicto suo procuratori, et nulli alteri de ipsius præpositurę fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, et obuentionibus vniuersis plenariè, et integrè respondeant, et faciant ab alijs quantum in eis est, vel fuerit plenariè, et integrè responderi, necnon præfatum dominum auditorem deputandum se pręmissis paruisse, ac omnia et singula prędicta realiter, et cum effectu adimpleuisse certificent seu certificari faciant infra certum peremptorium terminum competentem eis super hoc assignandum, et sub excommunicationis, suspensionis, et interdicti, alijsue sententijs, censuris, et pœnis Ecclesiasticis quas contrafacientes incurrant ipso facto in Rom. Cur. et extra eam moneat, et requirat, ac moueri, et requiri faciat cum potestate in euentum non paritionis rebelles, et inobediētes pęnas, sententias, et censuras huiusmodi incidisse, et incurrisse declarandi, et eos vt tales denunciādi, et denunciari faciēdi, aggrauādi, reaggrauādi, interdictū ponēdi, et auxilium bracchij secularis inuocandi, necnon causā, et causas, quam et quas idē orator cōtra dictū C. aduersarium, omnesq; alios, & singulos supradictos sua cōmuniter, vel diuisim interesse putantes, & in executione præsentium nominandos de & super dicta præpositura, rebusq; alijs in actis causæ latius deducēdis. & illarum occasione mouere vult, & intendit committere audiendas, &c. cum suis emergentibus, &c. ac potestate omnes, & singulos supradictos in Romana Cur. & extra eam totiens quotiens opus fuerit citandi, & inhibendi, faciendiq; in præmissis, & circa ea necessaria, & opportuna. Constitutionibus, & ordinationibus apostolicis stilo palatij iuribus, quòdq; causa seu causæ, &c. non obstantibus quibuscumque.

Commissio pro monitorio decernendo super decimis præpositurę.

Beatissime pater, nuper exponitur S.V. pro parte deuoti E.S.V. oratoris Gund. in præpositura ecclesię S.N. ꝙ licèt antecessores sui ecclesiæ N. prædictæ præpositi, & præsertim deuotus vester M. ipsius G. prædecessor immediatus ferè triginta annis quibus dictæ ecclesiæ prępositus extitit fuerat ratione eiusdem pręposituræ in quasi possessione pacifica, & quieta iuris, omnes & singulas decimas vini villarum locorum montium a.b.c.d.e.f.g. infra diœcesis N. consistentium singulis annis debitas, & obuenientes colligendi, percipiēdi, leuandi, & de illis prolibito suo absque quarumcumq; contradictione disponendi, ac ipse N. per tempus, & tempora supradictas decimas vini huiusmodi collegerit, perceperit, & de illis prout congruit, disposuerit, prout etiam præfatus G. ratione eiusdē pręposituræ decimas huiusmodi cū ea integritate qua dictus M. percipere consueuerat, percepit, & collegit, ac disposuit de illis pacificè, & quietè. Nihilominus tamen R. p. d. Antonius Episcopus N. nulla causæ cognitione præmissa iuris ordine pęnitus prętermisso iniuriosè, & de facto aliàs de anno Domini M cccclxxvj. &c. proximè præterito pro libito suo ferè omnes, & singulas decimas vinorū, villarum, locorum & montium prædictorum debitas tempore vindemiarum per suos ad id deputatos officiales, & familiares cum pręsentia, & assistentia Decani & Capituli sancti M. in V. dictæ N. diœcesis sibi in hoc fauorem præstantium colligi, recipi, abduci, & in sua reseruacula trāsduci fecit, ac de illis prout voluit, disposuit in maximum præiudiciū atque grauamen præfati præpositi, præposituram ipsam, ac ipsum præpositum decimis huiusmodi temerè, & de facto spoliando, & destituendo. Cum autem pater sancte, non decuerit neque

deceat præfatum R. d. Episcopum, cuius factũ faciliter à subditis trahitur in exemplum ita de facto præfatum oratorem & præposituram huiusmodi decimis & iuribus spoliare. Et quoniam si per patientiam toleraretur res esset perniciosi exẽpli: vnde pro parte dicti G. præpositi ad pedes e. S.V. recurritur, & humiliter supplicatur quatenus R. p. d. B. vestri sacri palatij apostolici causarum auditori, coram quo causa super spoliatione & detentione huiusmodi inter Episcopum necnon Decanum, & Capitulum ecclesiæ in V. ac dominum G. pręposìtum præfatum indecisa pendet committere dignemini, & mandare vt se de præmissis summariè, simpliciter, & de plano informet: & si illa vera fore repererit præfatum dominum An. Episcopum necnon Decanum, & Capitulũ ecclesię in V. qui in spolio huiusmodi participarunt, eorumq; in hac parte fautores, cõplices & officiales cõmuniter, & diuisim necnon generaliter omnes & singulos eis consilium, & auxilium vel fauorem dantes vt à quibuscumque perturbationibus, oppositionibus, & impedimentis quominus dictus G. præpositus decimas huiusmodi liberè colligere & abducere in resetuacula sua posit, & valeat pęnitus, & omnino cessent, & desistant, & eorum quilibet cesset, & desistat: necnon omnia, & singula vina ratione decimarum huiusmodi per annos supradictos spoliata & abducta, aut eorum verum valorem secundum communem extimationem quantum eorum quemlibet cõcernit realiter, & cum effectu eidem præposito restituant & reddant, ipsumq; dominum G. pręposìtum decimas vinorum huiusmodi cum ea integritate cũ qua illas dictus M. ante spolium huiusmodi perceperat, & percipere consueuerat liberè & quietè colligere, leuare & percipere patiantur & permittant, aliàsquè monitorio præsentiũ vigore decernendo realiter cum effectu pareant, & eorum quilibet quantum eum tangit, pareat, necnon infra aliũ certum terminum ipsis tam coniunctim quàm diuisim statuendum dictum auditorem aut in eius locum forsan surrogandum de paritione reali & effectuali monitorij huiusmodi certificent, alioquin compareant coram eodem auditore ad videndum & audiendum se tam cõiunctim quàm diuisim pęnas, sententias, & cẽsuras supradictas incidisse declarari. Et vt tales publicè denunciari aut causas si quas prætenderint rationabiles cur præmissa fieri non debeant allegandum sub excommunicationis ipso facto ac suspensionis & interdicti sententijs, censuris, alijsq; etiam pecuniarijs, de quibus videbitur pęnis moneat, & requirat, ac moneri, & requiri faciat, cum potestate præfatum A. Episcopum necnon Decanum, & capitulum in V. ac fautores, & complices aliosq; sua communiter vel diuisim interesse putantes in executione præsentium vigore ad partes decernendæ nominandos in Rom. Cur. & extra, & ad partes totiens quotiens opus fuerit citandi, & inhibendi, etc. constitutionibus, &c. quibuscumque.

Commissio pro monitorio decernendo super parochali ecclesia reseruata propter familiarem Cardinalis.

Beatissime pater, quamuis dudum S.V. suorum prædecessorum vestigia insequendo omnia beneficia ecclesiastica cum cura & sine cura quæ sanctę Romanæ Ecclesiæ Cardinalium familiares continui commensales tunc obtinebant & in futurum obtinerent vacantia tũc & inantea vacatura collationi & dispositioni suæ generaliter reseruauit, irritum & inane decernendo quidquid in contrarium contingeret attentari, & deinde parochiali sancti S. L. Dio per obitum quondam Io. illius vltimi possessoris extra Rom. Cur. defuncti qui illam obtinens deuotę creaturę G. Episcopi Ostiẽsi Cardinalis Rothomagensis vulgariter nuncupati familiaris continuus commensalis extitit nuper vacante e. S.V. illam deuoto oratori vestro P. dicti Cardinalis familiari continuò cõmẽsali per huiusmodi obitum siue alijs modis in litteris apostolicis desuper cõfectis expressis vacante contulerit & sibi de eadẽ prouiderit, decernen. irritũ & inane si secus super hoc attentatum tunc erat vel in posterũ contigisset attentari. Nihilominus tamen quidam A. assertus clericus, prætextu vt dicitur prætensæ collationis ordinariæ, vel aliàs sibi de dicta parochiali ecclesia vt prætenditur factę in eadem parochiali ecclesia et illius possessione de facto se intrusit prout intrusus est de pręsenti. Dignetur igitur S.V. vni ex Reuerend. patri dominis vestri sacri palatij apostolici causarũ auditoribus cõmittere et mandare vt de præmissis summariè, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura iudicij etiam extraiudicialiter se informet, ipsisq; repertis veritate fulciri dictum A. et quoscumque alios in dicta parochiali ecclesia, et illius possessione forsan intrusos, et intrudendos, et eorum quẽlibet tam coniunctim, quàm diuisim, sub excõmunicationis latæ sententiæ, alijsq; pęnis, sententijs et censuris ecclesiasticis moneat, et requirat, moneriquè, et requiri faciat, et mandet, quatenus infra certum competentem terminum

minum per eundem dominum Auditorē præfigendum se ab occupatione, intrusione, & detentione dictæ parochialis Ecclesiæ, iuriumq; & pertinentiarum omnium eiusdem desistant, illiusq;possessionem vacuam,& liberam,omni impedimento sublato,dicto oratori tradant, & expediant,ac monitorium etiam per edictum, cum ad dictum A.etiam monendum tutus non pateat accessus,decernat,necnō fructibus, redditibus, proueutibus iuribus, & obuentionibus eiusdem parochialis Ecclesiæ,vti permittant, & gaudere pacificè,& quietè,fructus quoq;redditus,& prouētus ex eadem perceptos,& illius occasione à tempore suæ intrusionis, eidem oratori dent,tradant,& de illis sibi satisfaciant, aut interim cū ipso oratore amicabiliter componāt,& cōcordēt,& nihilominus A. omnesq; alios,& singulos supradictos,& eorum quemlibet,tā coniunctim,quàm diuisim citent ad cōparēndum infra certū alium eis,& cuilibet ipsorum præfigendum terminum coram eodem domino Auditore ad docendum,& ostendendū se munitioni huiusmodi paruisse realiter,& cū effectu;alioquin ad videndum, & audiēdum se pœnas, sententias, & censuras prædictas incidisse declarari,& incurrisse,vel ad dicendum, & allegandum causam, si quam habeant rationabilē,quare præmissa,minimè facere teneantur,causamq;& causas, quā & quas dictus orator contra dictum A.& alios supradictos super dicta parochiali Ecclesia, & illius occasione mouet,mouereq;vult,& intēdit,audiat,cognoscat decidat, & fine debito terminet,cum omnibus,& singulis suis emergentibus,incidentibus,dependentibus,annexis, & connexis, cum potestate, vt præfertur,monēdi etiam per edictum,& in euentum citandi in curia Ro.& extra eā quotiens opus fuerit,pœnasq;prædictas incidisse,& incurrisse,declarandi,easq; aggrauandi, & reaggrauandi, interdictum Ecclesiasticum apponēdi, auxilium bracchij sæcularis inuocādi,cæteraq; faciendi in præmissis,& circa ea necessaria,& opportuna.Cōstitutionibus & ordinationibus apostolicis,&c. quodque causa,&c. non obstantibus quibuscumque.

Commissio dependens quando dubitatur de deuolutione causæ.

Beatissime pater,olim quadam sine cura capellania in Ecclesia N.M.diœcesis per obitū quōdam P. in eadē ecclesia capellani vacante capellaniam ipsam per obitum huiusmodi vacantē, deuotus orator vester Ioan.clericus N.diœcesis tunc expectans apostolicus gratiæ suæ expectatiuæ per S.V. eidē oratori gratiosæ concessæ, processuumque desuper fulminatorum vigore acceptauit, & sibi prouideri obtinuit de eadem, in qua quidem, sic vacante capellania post acceptationem, & prouisionem prædictas quidam N. assertus clericus dictæ diœcesis aduersarius quo spiritu nescitur ductus se intrusit,& illam occupauit prout in ea intrusus est, & illam ad pręsens detinet indebite occupatā, à quibusquidē intrusione,& occupatione,alijsque grauaminibus per dictū N. oratori illatis pro parte dicti oratoris appellatum, seu ad sedem Apostolicam,Romanamq;curiam prouocatum extitit, & appellatione ipsa per procuratorem idoneum dicto N. aduersario intimata,& termino ad iter arripiēdum ad Ro. Cur. præfixo, seu assignato,præfatus orator causam appellationis huiusmodi cum negocio principali R.p.d.G.&c.Auditori cū omnibus, & singulis suis emergētibus,&c.committi obtinuit. cuius quidem commissionis vigore ad dicti oratoris instantiam contra præfatum N.non cōparere curantem coram eodem,in eadem causam etiam vsque ad conclusionē exclusiue processo,ab aliquibus reuocatur in dubiū causam, & negocium huiusmodi ad Romanā Curiam fuisse deuolutam, ex & pro eo,quia procurator qui dictam appellationem aduersario intimauit,suæ procurationis mandatum vnà cum appellatione eidē appellatō intimare,vt dicitur, nō curauit.Supplicat igitur S.V. dictus orator quatenus statum causæ huiusmodi,ac omnium actorum & actitatorum in eadē pro expressis habendo dicto Auditori committere, & mandare dignemini,vt si de procuratorio illius per quem inuenitur appellatio intimata,ac appellationem ipsam in dicti aduersarij personam fuisse intimatam constiterit,attento etiā ꝙ huiusmodi procurator per aduersariū de suę procurationis mādato docendo requisitus nō fuit, licèt se procuratorem diceret, in causa procedat,ipsamq;fine debito terminet perinde,ac si mandatum suum dicto N. aduersario intimasset,in contrarium facientibus,non obstantibus quibuscumque.

Commissio vbi dubitatur processus non valere ex quo iudex detulit quibusdam appellationibus.

Beatissime pater, nuper lite pendente inter quosdam N.& N.ac deuotum oratorem vestrū Ioannem videlicet diuisim,& quemlibet ipsorū pro parte sua de & super parochiali Ecclesia N.N.diœcesis,& eius occasione coram R.p. d.G.causarum palatij apostolici auditore, idē dominus in causa huiusmodi vertente inter dictos N.& N.sententiam pro dicto N.& contra

præfatum

præfatum N.detentorē tulit diffinitiuā, à qua inquantū dicto N.præiudicaret ad S.V.appellatum,& idem appellationi delatum extitit,& exinde omissa,& non prosecuta huiusmodi appellationis causa dictus Io.contra præfatos N.& N.& ijdem contra dictum Ioannem in causa quam idem Ioan.contra ipsos N.& N. mouerat,& prosequebatur ad nonnullos actus iudiciarios nonnullorum testiū, & aliarum probationum productionem,quę omnia hic habere dignemini pro sufficienter expressis coram dicto domino G.mutuo hincinde neutro ipsorum contradicente processerunt vsque ad conclusionem exclusiue,sic ꝙ in causa huiusmodi, vt dicitur, restat solum concludere, & in eam sententiam ferre. Sed quia præfatus dominus G.auditor præfatæ appellationi, vt pręmissum est,detulit, ab aliquibus dubitatur, vt propter hoc iurisdictionem in causa huiusmodi à se iudicauerit,& ꝙ illa quę post delationem ipsam coram ipso domino G. inter partes prædictas facta sunt,minimè valeant. Igitur pater sancte cum præmissa mutuo consensu partium prædictarum seu neutra ipsarum in aliquo contradicente,ac aliàs iuridicè facta fuerint, & ꝙ ante appellationem, & delationem ipsas omnes termini substantiales inter partes prædictas seruati erant, etiam ꝙ appellans prædictus dictā suam appellationem non est prosecutus,sed paratus ipsi renunciare. Dignetur S.V.præfato d. G.auditori committere, & mandare quatenus probationibus supradictis, & alijs post appellationem,& delationes supradictas,vt præfertur in huiusmodi causa hincinde factas fidem plenariā adhibeat,& secundùm illas, & prout iuris fuerit, ac in huiusmodi causa ad vlteriora procedat,ipsamq; audiat,et decidat,perinde ac si appellationi prædictæ delatum non fuisset, contrarijs non obstantibus quibuscumque.

Commissio quando dubitatur executionem non valere.

Pater sancte,cum in quadam causa vertente coram R.p.d.G.causarum palatij Apostolici auditore inter deuotū vestrum N. agentem ex vna,& quosdā N.& N.de & super parochiali Ecclesia N.N.diœcesis rebusque alijs,&c. & illorum occasione videlicet diuisim, & quemlibet pro parte sua defendendi partibus ex altera præfatus dominus auditor dubitet in causa huiusmodi in qua ad obseruationem omniū terminorum substantialiū seu quasi processum est ad vlteriora,& præsertim cōtra dictum N. procedere: ideo quia idē N.in propria persona minimè citatus fuit, licèt tamen ipse in ecclesia N.prædicta dum missarū ibidem celebrantur solemnia necnon in personam venerabilis viri domini N.dicti N. procuratoris, qui onus huiusmodi procurationis assumpsit, & ecclesiam de qua hic agitur nomine dicti N. acceptauit, collationemque & possessionem habuit de eisdem cum pro tunc videlicet tempore executionis pro citatione huiusmodi exequenda ad personam dicti N.præsertim in loco vbi pro tunc residebat,tutus nō patebat accessus,prout nec patet de præsenti obstantibus guerris,& partialitatibus in illis partibus vigētibus vnde citatio,vt verisimiliter pręsumitur, ad ipsius N. citati notitiam iamdudum peruenit. Dignetur igitur S.V.præfato domino Auditori committere,& mandare quatenus si sibi constiterit de procurationis mandato præfati N.procuratoris dicti N.& in cuius procuratoris persona dictus N. citatus fuit, & quòd idē procurator sic vt præfertur, acceptauerit in causa huiusmodi contra dictū N.procedat perinde ac si de executione dictæ citationis facta in personam propriam dicti N. legitimè constaret. Constitutionibus,&c.quibuscumque.

Commissio quòd adhibeatur fides instrumentis non recognitis propter inopiam testium.

Clementissime pater,cū quędam causa vertente in prima instantia corā R.p.d.C.&c.auditore inter deuotum oratorem vestrum Io.ex vna,& quendam N.detentorem de & super parochiali ecclesia N.M.diœcesis,& eius occasione partibus ex altera fuerunt pro parte dicti Io.oratoris iudicialiter producta duo publica instrumenta, videlicet vnum acceptationis, & prouisionis de dicta ecclesia nomine dicti in partibus illis factis vigore cuiusdā gratiæ expectatiuæ sibi per e.S.V. gratiose concessa litterarum Apostolicarū, et processuum inde secutorum,et aliud publicationis,acceptationis, et prouisionis prædictarum in loco dicti beneficij nomine eiusdē Io.factæ scriptis, subscriptis, et signatis per discretum virū magistrum N.imperiali auctoritate in partibus illis publicum notarium,fidelem, et legalem. Et licèt pater sancte,huiusmodi instrumenta sint vera,et sine aliqua rasura,seu suspicione, ac per notarium publicum,fidelē, et legalem ad quem in partibus illis, vt ad talem communis hominū habetur recursus, instrumentis quoque per eū confectis,subscriptis,et signatis plenaria fides in iudicio,et extra adhibeatur, fuerint,et sint eius propria manu,ac signo subscripta,et signata. Nihilominus quia Notarius ipse in locis remotis hactenus resederit, prout residet de

præ-

præsenti, pauci, seu nulli testes hic reperiũtur qui ipsum cognoscant, et sic propter inopiam testiũ instrumẽta prædicta recognosci non possunt aliàs quàm per relationes subexecutoris litterarum compulsoriarum, quarum vigore huiusmodi instrumenta originalia dicto Io. dicuntur sic fuisse trãsmissa, qui notarium ipsum esse talem videlicet notarium publicum, verũ, fidelem, & legalem, ac dicta instrumẽta per eũ esse signata, & subscripta in sua relatione attestatur, ac etiam per proprium iuramentum ipsius Io. qui super hoc paratus est præstare. Dignetur igitur S. V. statũ causæ huiusmodi hic habere pro sufficiẽter expresso, etiam si forsan in ea conclusum sit præfato domino G. auditori committere, & mandare quatenus prĕmissis attẽtis, & ꝙ dicta pars aduersa huiusmodi duo instrumenta de falso saltẽ specialiter nec procurator eius nõ impugnat instrumentis huiusmodi plenariam fidem adhibeat perinde ac si instrumenta prædicta aliàs fuissent debitè recognita seu pro recognitis habita. Constitutionibus, &c. contrarijs non obstantibus quibuscumque.

Commissio, vt adhibeatur fides testibus in partibus in vim compulsoriæ examinatis.

Beatissime pater, lite, & causa corã R. d. G. &c. vestri sacri palatij causarum apostolici auditore inter deuotum oratorem vestrum Ioan. V. S. familiarem continuum commensalem N. diœcesis actorem ex vna, & quendam N. assertum clericum intrusum de & super parochiali ecclesia N. N. diĕcesis, & illius occasione reum partibus ex altera in prima pendente instãtia, & in causa ipsa compulsoria speciali cum termino præfixo per præfatum dominum G. Auditorem ad dicti oratoris instantiam decreta cõpulsor huiusmodi, videlicet venerabilis vir dominus Præpositus ecclesiæ maioris L. datis coram eo pro parte ipsius exponẽtis nonnullis positionibus, & articulis super eo solùm ꝙ reus ipse beneficium valoris x. florenorum auri de camera obtinebat, prout adhuc obtinet, quod quidem est parochialis ecclesia, siue quædã capella N. nũcupata L. diœcesis supradictæ, vt in actis causæ huiusmodi clare cõstat, & probatũ speratur. Et propterea iuxta factam per e. S. V. regulam, dictus orator pauper prætextu gratiĕ suæ in communi forma pauperum ipsi reo veniebat præferendus, testes parte aduersa vocata, & de hoc notitiam habente desuper recipi, & per notarium publicum diligenter examinari fecit, dictaq; testium ad causæ auditorem suo misit sigillo clausa, & sigillata. Verũ pater beatissime de sic receptorum testium, & examinatione, eorumq; depositionibus, & compulsoriæ, iurisdictione in præmissis à quibusdã hæsitatur, pro tanto, & cum hic non super re magna neque ponderosa, sed valore dumtaxat beneficij aduersarij valoris decem florenorũ auri de camera actu videatur parte de hoc notitiam habente, & ne hoc prĕtextu testium depositio valeat cauillari: Supplicat humiliter deuotus orator pauper quatenus prĕfato domino G. seu in eius locum forsan surrogato, vel surrogando auditori committere, & mandare dignemini, vt præmissis attentis dictis, & depositionibus testium huiusmodi, necnõ productis apud acta, & producendis, in omnibus, & per omnia fidem adhibeat perinde ac si pro eorum receptione, & examine compulsor ipse specialiter deputatus, ac omnis à iure requisita solẽnitas seruata extitisset, præmissis necnon iuribus, constitutionibus, & ordinationibus, statum causĕ, quem & omnium in eadem actitatorum tenores pro sufficienter expressis, seu aliàs pro parte dicti aduersarij appellatum fuisset, & in causa huiusmodi forsan conclusum foret habẽtes, alijsq; in contrariũ facientibus, non obstantibus quibuscumque.

Commissio quòd adhibeatur fides litteris apostolicis contentis in processu, ac si productæ essent.

Beatissime pater, cum in quadam causa vertente coram R. p. d. sacri palatij causarum apostolici Auditore inter deuotum oratorem vestrum A. agentem ex vna, & quẽdam B. reum, & detentorem de & super parochiali ecclesia N. & illius occasione partibus ex altera dictus A. qui ex iure C. per ipsum C. in manibus e. S. V. spontè, & liberè cesso de quo dicto A. per e. S. V. cõcessum est prouideri, hic vtitur ad probandum dictum C. huiusmodi cessionis, & A. concessionis prædictarum temporibus ius habuisse, & habere in prædicta parochiali ecclesia realiter & de facto produxit processum prĕfatæ gratiæ apostolicæ siue facultatis per R. in Christo patrem, & dominum dominũ A. Cardinalem, &c tunc apud illustrissimũ Principẽ, & dominum dominum N. Francorum regem, & nonnullas partes, & prouincias ipsius regni nuncium cum potestate legati de latere specialiter destinatum, & executorẽ cuiusdam gratiĕ siue facultatis nominandi certas personas ad certa beneficia præfato domino regi per eandem S. V. concessĕ per huiusmodi gratiĕ, & dictarum litterarum Apostolicarũ ipsius gratiæ

habitum,

habitum,& factū sigillo ipsius domini A. Cardinalis,& legati sigillatum,ac per eiusdem domini Cardinalis secretarium,& notarium publicum,fidelem,& legalem subscriptum, & signatum, in quo sunt insertę de verbo ad verbū litterę Apostolicę super dicta gratia facultatis confectæ,necnon etiam litteræ regis nominationis factæ vigore dictarum litterarū apostolicarum per præfatum dominū regem de persona dicti C.canonicatus, & præbendæ ecclesiæ prædictæ idem A.propter guerras nunc in regno prædicto vigentia originalia præfatarum litterarum,de præsenti habere non possit. Dignetur S.V.præfato Domino Auditori cōmittere, & mandare quatenus si sibi summariè cōstiterit de insertione prædicta quòd secretarius,& notarius prædictus qui illas inseruit,ac processum prędictum in quo ipsę litteræ insertæ sunt,subscripsit,& signauit,fuerit, & sit notarius publicus,fidelis,& legalis,processusq;& insertio huiusmodi etiam si absque alicuius suspicionis,vicino etiā, & quod originalia præfatarum litterarum de præsenti commode haberi nequeat prędatis litteris,sic insertis fidem plenariam adhibeat quantam adhiberet veris originalibus,si originalia ipsa essent coram eo iudicialiter producta, & recognita. Constitutionibus,&c.statum causæ,&c.cæterisq;contrarijs,non obstantibus quibuscumque.

Commissio quòd relaxentur litteræ in camera apostolica arrestatæ.

Beatissime pater, pro parte deuoti oratoris vestri N.presbyteri in Abbatem monasterij S. Flor.ordinis sancti Benedicti N.diœcesis electi S.V.humiliter exponitur quòd nuper vacāte dicto monasterio per obitum vltimi Abbatis eiusdem extra Romanam Curiā defuncti, idem frater N. seruatis meritò seruandis fuit per religiosos dicti monasterij ritè, & legitimè in Abbatem dicti monasterij electus, quæ electio fuit infra tempus debitum ad hoc à S. V.constitutum e.S.V. debitè præsentata exinde per S.V.consistorialiter cōfirmata, dictusq; frater N.in Abbatē dicti monasterij pronūciatus.Et licèt pater sācte,idē Abbas litteras Apostolicas huiusmodi suę confirmationis, & prouisionis paulisper fieri, ac in plumboregistro, necnon Camera apostolica, ac etiam collegio R.patrum dominorum sanctæ Romanę Ecclesiæ Cardinalium expediri procurauit,ac partē vnam minutorum seruitiorum iuxta possibilitatem suam soluerit, & pro alia parte Cameræ apostolicæ,ac etiam dicti collegij dominorum Cardinalium soluēdi in forma debita, & consueta se obligauerit.Nihilominus dum idē Abbas seu eius procurator hic existens, & qui solutionem, & obligationē prædictas fecerat, firmiter credidit pręfatas dictę prouisionis posse,& debere habere litteras,illasque secum ad partes portare,vt pręfatus Abbas dicti sui monasterij possessionē reciperet, reperit quòd R. dominus Cardinalis sancti N.,ad instantiā aliquorum religiosorum dicti monasterij nunc & etiam tempore electionis prędictę extra dictū monasterium vagantium, qui cupientes dictū monasteriū,ac etiam se ipsos Abbate, vt superiore patre, & administratore propterea carere, & dictum monasterium litigiosum facere, pręfatam electionem,& S.V.prouisionem malitiosè, & sine causa saltē iusta nituntur impugnare,& super hoc causam dicto D. Cardinali fecerunt per e.S.V.vt dicitur cōmitti,& ipsius commissionis vigore mandauerat,& fecerat in præfata Camera apostolica arrestari, & apud ipsum portari;sicq;litteras minimè habere potuit prout nec potest,quod non censetur æquū quòd tales religiosi admitti debeant ad impugnandum prouisionem prædictam sic per S.V. cōsistorialiter factā, & ꝙ etiam nisi super hoc per e.S.V.salubriter prouideatur,cedit in prę-iudicium,& dissolutionē dicti monasterij necnon diminutionem cultus diuini eiusdē,si monasteriū huiusmodi,& religiosi eiusdē sic futuris tēporibus careant patre,& pastore, qui ibidem prę sideat,regatq;& gubernet,religiososq; ipsos dū opus fuerit,puniat,& corrigat. Igitur pater sancte,præmissis attentis etiam quòd litteris prædictis relaxatis,& in actis dictæ causæ apud dictum Dominum Cardinalē seu eius notarium registratis,idem dominus Cardinalis, si præfati religiosi vagabundi voluerint, ꝙ non creditur,causam ipsā prosequi,poterit causam ipsā ęque audire,terminare,ac de ipsa cognoscere,perinde ac si litterę ipsę originaliter apud ipsum remāsissent. Dignetur S.V.prędato D.Cardinali committere, & mādare quatenus absq; vlteriori processu præfatas litteras procuratori prędicto tradat,& relaxet prę missis,cæterisq; contrarijs nō obstantibus quibuscūque.

Commissio vt remittantur littere ad corrigendum partis aduersæ,& quòd interim supersedeatur in causa.

Beatissime pater,cum in quadam causa vertente inter deuotum oratorem vestrū Io.agentem ex vna, & quemdam G. de & super parochiali ecclesia N & ipsius occasione reū,& detētorem partibus ex altera pro parte ipsius G. ad probandum quandam prætensam G. surrogationem,seu prouisionem, necnon etiam dispensatio-

pensationem super defectu nataliũ, quem idẽ G.patitur,& pati cõfitetur,fuit producta quædam bulla in cãcellaria S.V. minus debitè seu erroneè præter,& cõtra tenorem supplicationis,à qua dicta prætensa bulla dicitur descendere seu super ipsa fuisse expedita, per quam bullam sic minus debite expeditam si sic remaneret, & non corrigeretur ius dicti Ioan. pauperis presbyteri, & actoris absorberetur, dictusque detentor sine canonico titulo in dicta curia victor, & præfatæ ecclesiæ indebitus occupator existeret. Dignetur igitur S.V. dicto pauperi presbytero eiusq; iustititiæ,& iuri misericorditer compatiendo,statumq; huiusmodi causæ in qua idem orator vnam, & primã adiudicatoriam pro se, & dictus reus aliã non tamen adiudicatoriam, sed absolutoriã reportauerit sententias, & in qua nunc in ista instãtia est ad aliquos actus iudiciarios,citra tamẽ causę conclusionẽ processum quos hic habere dignemini pro sufficiẽter expressis committere, & mandare R.p.d.N.in huiusmodi causa auditori quatenus bullam prædictam originalem prout iuris styli,& vsus dictæ cancellariæ fuerit corrigendi ad cancellariã ipsam corrigendam remittat,seu remitti faciat per notarium causæ, coram quo bulla ipsa vltimo fuit producta, & interim supersedeat. Constitutionibus, &c contrarijs quibuscumque.

Alia commissio vt remittantur litteræ ad cancellariam ad corrigendum, non obstante quòd semel fuerint remissæ,et nihil in eis correctum fuerit.

Pater sancte,licet S.V.commiserit,& mandauerit Reuerendo patri domino N. auditori causæ huiusmodi quatenus bullam, de qua in præinserta supplicatione fit mentio, remitteret corrigendam in cancellariam S.V.prout in supplicatione seu commissione latius continetur.Nihilominus quia pars aduersa obijcit pręfatam bullam aliàs ad cancellariam prædictã fuisse remissã ad corrigendũ,& in ea nihil fuisse mutatũ siue correctum, & quod hoc in cõmissione producta non fuit expressum,idẽ dominus auditor bullam ipsam ad cancellariam prædictam remittere recusat.Igitur pater sancte, vt rei & facti veritas lucescat, et vt præfatus aduersarius vigore talis bullæ sic minus debitè expeditæ in ipsius animæ detrimentũ cõtra iustitiam beneficium de quo agitur,vincat. Dignetur igitur S.V.eidem domino N.Auditori committere, & mandare quatenus nõ obstãte quòd bulla prædicta aliàs semel, aut pluries fuerit ad dictam cancellariam remissa, & ibi nõ correcta seu mutata,ad cancellariã prædictam de nouo remittat corrigendam,& etiã interim in huiusmodi causa supersedeat:attento quòd dictus supplicans non possidet beneficium super quo agitur,statum causæ,&c.Constitutionibus,& ordinationibus,&c.non obstãtibus quibuscumque.

Mandatum de supersedendo in causa pecuniaria.

Sixtus,&c.motu proprio,&c.mãdetur,& intimetur Reuerendo patri Domino.Gund.sacri palatij apostolici causarum Auditori capellano nostro quatenus in quadam causa vertente, coram eo in secunda instãtia inter quemdam L.actorem ex vna,& Reueren.patrem dominũ P.prothonotarium, & castelli N. castellanum nostrum reum,& se defendẽtem super quibusdam pecuniarum summis,& rebus alijs,& eorũ occasione partibus ex altera penitus,& omnino supersedeat, & nullatenus se de ea intromittat donec,& quousque aliud à nobis habuerit in mandatis : statum causæ huiusmodi etiã si conclusum sit in ea,& appellatio pendeat super ea,ac in Rota sit posita,& vota data. Quæ omnia & singula volumus hic habere pro sufficienter expressis.

Commissio quòd supersedeatur in causa donec gratia si neutri fuerit expedita.

Dignetur S.V.cõmittere, & mãdare R.p.d. G.sacri palatij apostolici causarũ auditori quatenus in quadam causa coram eo in tertia instantia pendente inter quemdam A.agentem, & detentorem ex vna, & deuotum oratorem vestrum C. de & super parochiali ecclesia N. N. diœcesis, & illius occasione defendentem partibus ex altera supersedeat donec,& quousque litteræ apostolicæ super gratia, si neutri dicta ecclesia per e.S.V. dicto oratori concessa,quæ iam sunt plures dies ingrossatæ fuerunt, & in cancellaria apostolica positæ, & ne ibidem expedirentur per dictum A. malitiosè tamen,& ne de iure,& iustitia dicti C.constare posset impeditæ expeditæ fuerint seu saltẽ hinc ad octo dies proximè futuros,statum causæ,&c.contrarijs quibuscumque.

Gratia si neutri causa non commissa.

Beatissime pater nuper vacante hospitalitaria ecclesiæ N.ordinis sancti M.per assecutionẽ Archidiaconatus in ipsa ecclesia facta per dictum N.vigore certæ gratiæ expectatiuæ sibi per

bis per S.V.factæ, ac litterarum apostolicarum inde secutarum, deuotus orator vester P.N. canonicus dictæ ecclesiæ hospitalariã ipsam vigore certæ suæ gratiæ expectatiuæ per e.S.V. sibi concessæ acceptauit, & obtinuit sibi de ipsa prouideri, fuitq; etiã eidem P. de hospitalaria ipsa auctoritate ordinaria prouisum, quorũ vigore ijdem P. possessionẽ ipsius hospitalariæ habuit. Nihilominus quidã N. prętendens hospitalariam ipsam sibi per e. S.V. fuisse collatã se contra præmissa opposuit, & dictum P. per quendam executorem assertæ gratiæ prædictę apostolicæ ipsius N. moneri fecit quatenus infra certum terminum sub excommunicationis pœna hospitalariam prædictam liberam, & vacuam eidẽ N. dimitteret, à quibus fuit pro parte dicti P. ad S.V. appellatũ, & licet causa appellationis huiusmodi nondum sit commissa, tamen in breui, vt speratur vnà cum toto negocio principali committẽda. Vnde pater sancte cum ab aliquibus asseritur neutrum dictorum P. & N. in præfata hospitalaria ius habere, ipsamque hospitalariam ad huc vacare. Dignetur igitur S.V. auditori in causa huiusmodi appellationis, ac negocij principalis per e. S.V. iam forsan deputato, vel deputando ipsius nomine, & cognomine hic haberi pro sufficiẽter expressis committere, & mãdare quatenus si per euentum causæ ipsius sibi constiterit neutri dictorũ P. & N. in præfata hospitalaria ius competere, ipsamque adhuc vacare hospitalariam, ipsam quæ officium non curatum in dicta ecclesia existit cuiusque distributionibus quotidianis computatis fructus, &c. vltra centum lib. tu. par. va. an. non exce. siue, vt pręmittitur siue aliàs quouis modo, & ex quacumque alia persona seu facto vacet, etiam si aliàs generaliter, vel specialiter fuerit sedi Apostolicę reseruata seu deuoluta aut inter aliquas aliàs personas litigiosa cuius litis statũ, &c. existat præfato P. cõferat, & sibi prouideat de eadem, non obstante ꝙ ipse locum canonicalem dictę ecclesiæ cum fructibus etiam distributionibus quotidianis computatis vltra c. lib. tu. similiũ non valent annuatim obtineat, & cum alijs nõ obstantibus, & clausulis opportunis.

Commissio gratiæ si neutri causa commissa pro non possessore.

Beatissime pater, aliàs vacante certis canonicatu, & præbẽda in collegiata ecclesia sancti N.N. diœcesis per obitum quondam Ioann. illorum vltimi possessoris extra Romanam Curiam defuncti, deuotus orator V. A. clericus B. diœcesis vigore suæ gratiæ expectatiuæ sibi per S.V. concessæ, ac processuum inde habitorum infra tempus debitum dictos canonicatum, & præbendam acceptauit, & per certum suum subexecutorem sibi de eisdem prouideri, & obtinuit. Nihilominus tamen quidam G. assertus clericus in dictis canonicatu, & præbenda se intrusit prout intrusus est de pręsenti, ac dictus A. à dicto G. & eius intrusione in dictis canonicatu, & præbenda, ac alijs grauaminibus in appellatione desuper interiectis expressis ad sedem Apostolicam appellauit, ac causam, & causas quam & quas idem A. contra dictum G. aduersarium super dictis canonicatu, & præbenda mouere intendebat R.p.d.B.&c. vestri sacri palatij apostolici causarum auditori committi obtinuit, & citationem eius vigore ad partes decerni, quæ nondum extitit executa. Verum P. S. ab aliquibus asseritur neutri dictorum litigantium in dictis canonicatu, & præbenda ius competere. Dignetur igitur S.V. præfato domino auditori committere, & mandare, vt si postquam litteræ huiusmodi legitimè introductæ fuerint, & per euentum litis, & causæ huiusmodi, vel alias sibi constiterit neutrum litigantiũ in canonicatu, & præbenda præfatis ius habere dicto A. de dictis canonicatu, & præbenda quorũ fructus, &c. centũ libra. turo. par. se. com. ex. va. an. non excedat siue, vt præmittitur siue aliàs quouismodo, aut ex alterius cuiuscũq; persona, seu per liberè resignationem de illis in Rom. cur. vel extra eam etiam coram notario publico, & testibus spontè factam specialiter, seu aliàs generaliter reseruati, affecti deuoluti, aut litigiosi cuius litis statu, &c. existat, vacet, conferat, & assignet, & prouideat in vim nouæ prouisionis, siue gratiæ, si neutri cum non obstantibus, & clausulis opportunis.

Commissio gratiæ si neutri causa commissa in petitorio, & possessorio.

Beatissime pater, nuper vacante parochiali ecclesia N. N. diœcesis per obitum quondam N. extra Romanam Curiam defuncti de ipsa parochiali ecclesia, sic vacante extitit deuoto S.V.N. clerico N. diœcesis auctoritate apostolica prouisum. idemque N. vigore prouisionis huiusmodi in possessionem ipsius ecclesiæ inductus, à quibusquidem prouisione, & possessione quidam A. prætendens quamuis falsò in præfata ecclesia ius habere ad Sanctitas vestra sedemq; apostolicam vt dicitur appellauit, & præfatum N. super dicta ecclesia, & eius occasione coram Reuer. p. d. G. auditore sacri palatij apostolici causarum traxit in causam. Cum autẽ pater sancte ab aliquibus asseratur neutri dictorũ N. & A. in præfata ecclesia ius

competere

competere ipſamq; adhuc vacare. Dignetur igitur S.V. ſtatum cauſæ huiuſmodi in quo ſiue in petitorio, ſiue in poſſeſſorio ad aliquos actus iudiciarios citra tamē cauſæ concluſionē proceſſum eſt hic haberi pro ſufficienter expreſſis præfato domino G. auditori committere, & mandare quatenus ſi per euentū litis ſeu cauſę huiuſmodi repererit neutrum præfatorum litigantiū in præfata eccleſia ius habere, ipſamq; adhuc vacare eccleſiam cuius fructus, &c. eidē oratori conferat, & ſibi prouideat de eadem dignemini de gratia ſpeciali cum non obſtantibus, & clauſulis opportunis.

Surrogatio in qua petitur admitti renunciatio iuris liti, et cauſæ.

Beatiſſime pater, cū in veſtro ſacro palatio inter quemdam N. reum, & poſſeſſorem ſuper parochiali eccleſia A. B. diœceſis lis pendeat indeciſa ipſe N. liti, & cauſę huiuſmodi, ac omni iuri ſibi in eadem eccleſia parochiali competente in S.V. aut alterius in hoc poteſtatem habentis manibus renunciare proponit. Supplicat S.V. deuotus orator veſter Io. clericus L. diœceſis quatenus ſtatum cauſę huiuſmodi hic habentes pro ſufficienter expreſſo reſignationē ipſam admittere, ac ipſum Io. in omni iure, & ad omne ius quod ipſi N. tēpore reſignationis huiuſmodi in ipſa parochiali eccleſia, vel ad illam quomodolibet competit, aut competere poterit huiuſmodique iuris, & litis, & cauſæ prædictorum proſecutionē defenſionem in ſtatu in quo ipſam inuenerit ſurrogare, & admittere dignemini, ac dicto Io. de dicta eccleſia parochiali cuius fructus, &c. cen. lib. Tur. par. com. exti. va. an. non excedunt ſiue, vt præmittitur, ſiue ex eo quia dicto Io. de illa prouiſum, ſiue prouideri mandatum vel conceſſum extitit vacante, ſiue alia quouiſmodo, aut ex alterius cuiuſcumque perſona, vel per conſtitutionē execrabilis vacet, etiam ſi generaliter, vel ſpecialiter reſeruata, affecta, vel deuoluta exiſtat, prouidere dignemini non obſtante parochiali eccleſia N. N. diœceſis quā obtinet, & ꝙ virtute gratiæ expectatiuę de canonicatu, & præbenda eccleſiæ N. fuerit ſibi prouiſum, & poſſeſſionem eorum forſan aſſecutus, necnon quadam gratia expectatiua, & extenſionis gratiæ in cancellaria Apoſtolica exprimēda quorum omnium fructus, &c. cc. lib. Tu. par. ſe. com. extı. va. an. non ex. cum cæteris non obſtantibus, & clauſulis opportunis.

Commiſsio ſurrogationis in iure reſignantis pendente lite.

Beatiſsime pater, lite pendente in veſtro palatio cauſarū Apoſtolico inter A. actorem ex vna, & quemdam N. de & ſuper adminiſtratione perpetua ſeu regimine hoſpitalis pauperū Chriſti de N. N. diœceſis reum, & detentorem partibus ex altera, in qua cauſa dictus A. quandam ſententiam abſolutoriā per R. p. d. B. ſacri palatij apoſtolici cauſarū auditorem latam pro ſe, & contra dictum N. cum expenſarum condēnatione, vt dicitur, reportauit, à qua pro parte dicti N. appellatū extitit, & cauſa huiuſmodi appellationis R. p. d. G. eiuſdē palatij etiam cauſarum auditori per S. V. cōmiſſa, & in ipſa ad aliquos actus iudiciarios, citra tamen cauſæ concluſionē proceſſum fuit, dictus N. certis de cauſis animum ſuum ad id mouentibus liti, & cauſæ huiuſmodi necnon omni iuri ſibi in præfato hoſpitali adminiſtrationique, & regimini ipſius apud ſedem Apoſtolicam ſimpliciter, & liberè cedere, ac renūciare proponat: ne igitur lis ſeu cauſa huiuſmodi legitimo careat defenſore qui ipſam defendat, & proſequatur, Supplicat S. V. deuotus orator veſter B. clericus N. diœceſ. quatenus ſtatum cauſæ huiuſmodi antedictæ hic habendo pro ſufficiēter expreſſis præfato domino G. auditori committere, & mandare dignemini, vt dictū B. in omni iure, & ad omne ius, ac litis ac cauſæ prædictæ proſecutionem, & defenſionem quod & quæ dicto N. ante ipſius, & tempore ceſsionis, & reſignationis huiuſmodi in præfato hoſpitali ſeu eius regimine, & adminiſtratione eiuſdem, ſiue ad illud ſiue illa quomodolibet competebat, ſurroget, & admittat, necnon ſi per euentum litis ſeu cauſæ huiuſmodi ſibi conſtiterit regimen prædictum, ſiue per obitum quondam N. olim dicti hoſpitalis rectoris extra Rom. Cu. defuncti, ſiue ex quacumque alia perſona adhuc vacare, & nondum fuiſſe canonicè conceſſum regimen huiuſmodi, etiam ſi ad illud conſueuerit quis per electionem aſſumi eidem B. quamdiu vixerit in humanis committat. Conſtitutionibus, & indultis dicti hoſpitalis, ſiq; forſan fuerint, & alijs in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcumque.

Cōmiſsio ſurrogationis in iure defuncti pro iam ſurrogato in iure reſignantis.

Beatiſsime pater, dudum fe. re. N. Papa. N. & prædeceſſore veſtro in humanis agente, ac lite, & cauſa in veſtro ſacro palatio apoſtolico cauſarum inter Ioan. &c. tunc dicti quondam N. Papæ, & nunc S. V. familiarem continuum cōmenſalem ex vna, & quemdam Ia. aſſertum clericum N. diœceſis detentorem partibus ex altera de & ſuper certis canonicatu, & præbenda eccleſiæ N. quos quondam A. in eadem eccleſia dum viueret obtinebat, dictus Io. omne

ius

ius sibi in & ad dictos canonicatum, & præbendam quomodolibet cõpetẽte in manibus præfati prædecessoris vestri liberè, & spontè resignauit, litiq; & causæ prædictis cessit, & illis renunciauit, illisque resignatione, cessione, ac renunciatione admissis deuotus vester N. se ad dictum ius, ac litis, & causæ prædictorum prosecutionem in eo statu in quo causa tunc erat obtinuit surrogari, cuius surrogationis prætextu ipse N. per plura tempora, vsque etiam ad obseruationem omnium terminorum substantialium in palatio prędicto corã bo. me. quondam N. &c. tunc auditore processit lite huiusmodi nondum per sentẽtiam decisa dictus Ia. extitit extra Rom. Cur. vita functus: ne igitur pater bea. ex prætenso iure quondam Ia. ipsi exponenti nouus detur aduersarius. Dignetur S. V. domino auditori cui illa causa cum alijs causis reperitur commissa, vel committetur in cancellaria apostolica exprimendi committere, & mandare, vt præfatum N. pręsentem in Curia in omni iure, & ad omne ius quod dicto quondam Ia. aduersario suo in canonicatu, & præbenda huiusmodi quouismodo competit, seu competere poterit, ac eorumdem possessionem, necnon ad litis, & causæ prosecutionem contra omnes, & singulos sua interesse putantes per audientiam publicam litterarum contradictarum surroget, ac causæ, & liti prædictis debitis finem imponat per sententiam diffinitiuam in vim mandati surrogationis huiusmodi eosdem canonicatũ, & præbendam huiusmodi, quorum fructus, &c. sex. mar. ar. se. com. exti. va. an. non ex. siue vt præmittitur siue aliàs quouismodo, aut ex alterius cuiuscumque persona, siue per liberam dicti quondam Ia. aut cuiuscumque alterius etiam coram notario publico, & testibus spontè in Rom. Cur. vel extra eam factam vacent, etiam si generaliter, vel aliàs specialiter reseruati, affecti, deuoluti, aut aliàs litigiosi sint huius, & prædictæ litium status, vt præfertur pro sufficienter expressis habentes eidem N. supradicto cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis conferat, & assignet, ac de eisdem prouideat de gratia speciali cum non obstantibus, & clausulis opportunis.

Commißio surrogationis in iure defuncti pro possessore.

Beatissime pater, orta dudum lite, seu causa coram R. p. d. G. vestri sacri palatij causarum Auditore inter quemdam N. agentem ex vna, & deuotum oratorem vestrum Io. de & super parochiali ecclesia N. N. diœcesis, & eius occasione defendentem partibus ex altera, dictus N. nuper in præsenti alma vrbe, ac Cur. Roma. vita functus est. ne igitur pater sancte dicto Io. in dicta parochiali ecclesia nouus superueniat aduersarius, qui eumdem super ipsa parochiali ecclesia indebitè molestet, dignetur S. V. statum causæ huiusmodi hic haberi pro sufficienter expresso, & domino auditori præfato, seu alteri forsan loco sui surrogando committere, & mandare quatenus ipsum Io. in omni iure, & ad omne ius quod dicto quondam N. ante tempus, & tempore dicti sui obitus in præfata parochiali ecclesia, seu ad illam cuius fructus etiã vltra lx lib. Tu. par. se. com. exti. va. an non ex annuatim quomodolibet competebat, surroget, & admittat cum non obstantibus, & clausulis opportunis.

Commißio surrogationis in ius defuncti post decretum litterarum executorialium de nouo ad causam veniente cum facti narratione.

Beatissime pater, nuper vacante hospitali siue domo Dei de N. N. diœcesis seu regimine, & administratione bonorum eiusdem hospitalis per resignationem, siue obitum A. extra Rom. Cur. defuncti, V. S. gratiam specialem faciendo quondam B. concessit, & mandauit certis executoribus super hoc deputatis regimen, siue administrationem eidem quondam B. quamdiu viueret in humanis committi, super quo regimine, siue hospitali, & eius occasione lis seu causa inter præfatum quondam N. agentem ex vna, & quemdam N. reum, & detentorẽ partibus ex altera in præsenti Cur. Ro. orta, & coram diuersis dominis causarum palatij auditoribus diutius ventilata, dictus quondam B. contra præfatum N. detentorem diffinitiuas consimiles, & conformes sentẽtias in causa huiusmodi per diuersos dominos dicti palatij causarum Apostolici auditores sanctè, & iustè latas reportauit cum fructuum, & expensarum condemnatione, & exinde super sententijs huiusmodi executioni demãdandis literas executoriales sub sigillo R p. d. G. dicti palatij causarum auditoris, qui vltimã sententiarum prædictarum tulit de speciali mandato, & cõmissione e. S. V. obtinuit, quas in partibus exequendas dudum transmisit. Sed his non obstantibus, quidam Io. ad præfatum hospitale seu regimen B. quorũ ius habere prætendens præsertim quondam B. super huiusmodi hospitali seu regimine coram R p. d. N. &c. dicti palatij apostolici etiam causarũ auditore traxit in causam, ac litem nouam mouere nititur, in qua ad decretum citationis

ad dicendum contra commissioné eidem domino N. auditori in huiusmodi causa necnon citationem, & eius executionem in personam dicti quondam B. factas dumtaxat processo, idé quondam B. in ciuitate H. extra Rom. Cur. vita functus est. ne igitur pater sancte lis seu causa huiusmodi legitimo careat defensore, qui tueatur eamdem, & ne etiam dicto Io. in præfato hospitali seu regimine ipsius vitiosus pateat ingressus, supplicat S. V. deuotus orator vester p. N. diœcesis S. V. familiaris, & continuus commensalis, quatenus statum causæ huiusmodi hic pro sufficienter expressis habentes præfato domino N. Auditori committere, & mandare dignemini, vt ipsum P. in omni iure, & ad omne ius ipsiusq; iuri, ac liti, & causæ prosecutioni, & defensioni quod & quæ dictus quondam B. ante tempus, & tempore ipsius obitus in præfato hospitali, seu regimine eiusdem, seu ad illud hospitale quod sedi apostolicę immediatè subijcitur, & ad cuius regimen quis per electionem assumitur, & ꝙ de ordine N. esse ac per religiosos ipsius ordinis gubernari consuetum dicitur & cuius fructus, redditus, & prouentus rectori seu administratori eiusdem vltra victũ, & vestitum nulli, vel pauci sunt, surroget, admittat, ac illud ius sibi conferat, ac prouideat de eodem, aut si forsan ipse dominus auditor repererit neutrum dictorum, P. & I. litigantium in præfato hospitali, seu regimine ipsius ius habere, illudq; hospitale, seu regimen adhuc vacare illud cum suis iuribus & pertinentijs, siue per liberam resignationem, siue per obitum præfati quondam B. extra Rom. Cur. defuncti, seu aliàs quouis modo & ex quacumque alia persona vacet eidem P. quãdiu vixerit tenendum & gubernandum committat, seu conferat, ac sibi prouideat de eodem, cum non obstantibus & clausulis opportunis.

Commissio surrogationis per priuationem pendente lite, quia excommunicatus celebrauit missas.

Beatissime pater, cum quidam N. qui se gerit pro clerico B. Dio sententia excommunicationis per generalem Curiæ Cameræ apostolicæ Auditorem, seu eius vice Auditorem, aut locumtenentem, vel aliàs suum iudicem competentem, ob non solutionem nonnullarũ pecuniarum summis diuersis suis creditoribus, ab eo debitarum, & aliàs ob iniectionem manuum in clericos, & Ecclesiasticas personas violentam, ac suis exigentibus culpis, & demeritis à iure, siue ab homine innodatus, & de qua non erat ignorans missas, & alia diuina officia celebrando & se illis immiscẽdo etiam in contemptum clauium irregularitatis maculam, siue notam contraxerit quare iuri omni, sibi in certis canonicatu & præbenda ecclesiæ N. quos quondam R. olim ipsius ecclesię canonicus dum viueret, obtinebat super quibus in palatio apostolico contra quosdam E. & Io. & quosdam alios in cancellaria apostolica nominandos suos aduersarios ipse N. litigat, venit merito iure priuandus. Supplicat igitur S. V. deuotus orator A. clericus N. diœc. quatenus Auditori dictę causę, vel cuicumq; alteri committere & mãdare dignemini, vt de prędictis se informet & si per informationem huiusmodi præmissa, aut ex eis aliqua, vel aliàs aliqua alia crimina excessus, siue delicta per ipsum N. perpetrata quæ ad id sufficiant, inuenerit ipsum N. iure huiusmodi sentẽtialiter priuet, & amouet realiter, ab eodem & nihilominus ipsum A. in omni iure, & ad omne ius huiusmodi si quod dicto N. in dictis canonicatu, & prębenda, vel ad eos quomodolibet competierit, surroget, ipsamq; ius sibi conferat, & prouideat etiam de illo necnon eumdem A. ad illius litis, & causæ prosecutionem, & defensionem in eo statu in quo dictus N. ante tempus, & tempore priuationis huiusmodi quomodolibet erat, & si priuatus non foret, posset, & deberet admitti, admittat, & nihilominus de dictis canonicatu, & præbenda quorum fructus, &c. 10. lib. tuto. par. se. com. ext. va. an. non. ex. siue per priuationem huiusmodi, aut dicti R. extra Rom. Cur. defuncti obitum, siue aliàs quouis modo, aut ex alterius cuiuscumq; personę, vel per liberam resignationem alicuius de illis in Rom. Cur. vel extra eam etiam coram notario publico & testibus sponte factam vacet etiam si deuoluti generaliter, vel specialiter reseruati, affecti, ac aliàs vbilibet litigiosi cuius & superioris litis statum, &c. existant eidem A. prouideat cum non obstantibus, & clausulis opportunis.

Commissio priuationis, iuxta constitutionem execrabilis etiam ex eo quia cognouit carnaliter monialem professam suscipiendo ex ea prolem.

Beatissime pater, quidam Ioan. qui se gerit pro præposito & canonico præbendato Ecclesiæ N. statutus salutis, & honoris suorum penitus immemor Dei timore postposito pudicitiæ laxatis habenis quamdam Vrsulam monialem velatam, & professam monasterij in G. ordinis Sancti B. N. diœcesis carnaliter cognouit

cognouit prolē ex ea suscipiendo, de qua scandala grauia in populo sunt exorta, & exinde dictus Ioann. nulla super, ipsis absolutione necessaria obtenta diuina officia atque missam celebrare non est veritus quapropter idem Ioan. dictis ac alijs suis beneficij, ac ad illa tenenda se reddidit penitus indignum, & his non contentus præposituram prædictam, sic obtinens parochialem ecclesiam in G. dictæ N. diœcesis tunc certo modo vacantem, & sibi collatam assecutus extitit, illasque ac dictos canonicatum & præbendam ipsius Ecclesiæ N. insimul per plures annos absque canonica dispensatione, seu contra constitutionem execrabilis detinuit, & detinet indebitè occupatam. Supplicat igitur S.V. deuotus vester A. presbyter dictæ diœc. cui etiā S.V. de præpositura canonicatu, & præbenda ac ecclesia prædictis canonicatu, & præbēda ac ecclesia prædictis sub certis modo & forma prouideri cōcessit, prout supplicationibus desuper signatis quarum tenores hic habere placeat pro sufficienter expressis plenius cōtinetur, quatenus S.V. alicui prælato cōmittere dignetur & mādare, vt constito sibi dictum Ioa. parochialem ecclesiam huiusmodi cōtra constitutionē execrabilis, vt præmittitur, assecutum fore decernat, & declaret dicta incompatibilia beneficia vacare, & vacauisse: alioquin si per informationem summariam simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij faciendam sibi constiterit dictum Io. monialē carnaliter cognouisse, & ex ea prolē procreasse, seu quę ad pręmissa sufficiant eundem Io. præpositura, canonicatu, & præbēda, ac ecclesia parochiali prædictis auctoritate apostolica priuet, & amoueat realiter ab eisdem, & si declarationē, seu priuationem huiusmodi per ipsum fieri contigerit eandē præposituram, quę dignitas principalis curata, & electiua in dicta ecclesia existit cuius quatuor ac canonicatū, & præbendā prędictos cuius quinque necnon dictā parochialē ecclesiam cuius sex mar. au. puri. se. com. ex. va. an. non, ex. siue per declarationem priuationem, seu amotionem huiusmodi, seu per assecutionem, seu constitutionem prædictam, siue aliàs quouismodo, aut ex alterius cuiuscumque persona, seu per liberam resignationem dicti Io. vel alicuius alterius de illis in Rom. cur. vel extra eam etiam coram notario publico, & testibus spōtè factam resignationem, seu assecutionem alterius incompatibilis beneficij quauis auctoritate collatis vacent, etiam si tanto tempore vacauerint, q̄ eorū collatio iuxta Lateranensis statuta concilij ad sedem apostolicam legitimè deuoluta, seu specialiter vel generaliter reseruata affecta, seu inter aliquos litigiosa. cuius litis statum, &c. existant, dicto oratori conferat, & assignet, ac prouideat etiā de eisdem, non obstante canonicatu, & prębēda ecclesia sancti N. dictæ diœcesis quorū quatuor. ac perpetuo beneficio in ecclesia N. B. diœcesis cuius similiter quatuor mar. similium fructus, &c. exti. prædic. va. an. non ex. quæ dictus orator obtinet, necnon gratia expectatiua in cancellaria exprimenda, quam etiam ipse Io. habet. Constitutionibus & ordinationibus apostolicis ecclesiarum statutis etiam iuramēto firmatis, ac alijs in contrarium &c. quibuscumque, cum clausulis opportunis.

Commissio priuationis, quia vulnerauit laicum qui non reconciliauit.

Beatissime pater, quidā N. clericus N. diœcesis rector perpetuæ vicarię sitę in parochiali ecclesia sancti N. dictæ diœcesis vitam gerens dissolutam, & se tabernis publicis ingerendo, tandem quemdam laicum ciuem, seu habitatorem oppidi N. eiusdem diœce. Dei timore postposito lethaliter vulnerauit, seu saltem illius vulneratione qua non conualuit, & vnde mortē accepit interessendo illi operam dedit pariter, & consensit, quare prædicta sua Vicaria se reddidit indignū ac meritò sit priuandus. Supplicat igitur S. V. deuotus orator vester N. clericus dictæ diœcesis in Ro. curia præsens quatenus alicui prælato, seu auditori in Ro. cu. residenti committere & mandare dignemini, vt vocato dicto N. de pręmissis summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij sola facti veritate inspecta se informet, & si per informationem eandem repererit pręmissa vel alterū pręmissorū, aut aliud quod ad hoc sufficiat fore vera, ex tunc eundē N. prędicta Vicaria auctoritate apostolica sententialiter priuet, & realiter ammoueat ab eadem, priuatumque et inhabilem declaret, & nihilominus post priuationem & ammonitionē huiusmodi si illam fieri contingat eandem Vicariam, quę sine cura est et cuius fructus, etc. quatuor mar. ar. se. cō. ex. va an. non ex. siue per priuationē, vel inhabilitatem huiusmodi, siue aliàs quouismodo, aut ex alterius cuiuscumq; personam, seu per liberam resignationē prędicti N. vel alicuius alterius de eadem Romana Curia vel extra eam in & ad manus cuiuscūque etiam coram notario publico, & testibus sponte factam, vel hoc modo fienda, quam & quas admittere dignemini, vel iuxta apostolicas prouinciales, vel synodales constitutiones vacauerit seu hodie vacet, aut cū isto vel altero modorū huiusmodi vacauerit etiam si sit vt præmittitur, aut aliàs generaliter vel specialiter reseruata, affecta, deuoluta, vel inter ali-

quos in Ro. Cur. vel extra eam litigiosa sint, litis statum modum vacandi, & omnium præmissorũ tenores hic haberi pro expresis cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis eidẽ N. auctoritate Apostolica conferat, & assignet, sibiq; prouideat, & ipsum inuestiat de eadẽ, processus suo sub sigillo desuper decernẽdo oppor tunos cum potestate citandi inhibendi in Ro. Cur. & extra, ac omnia faciendi, & decernẽdi, quę in pręmissis, & circa ea necessaria fuerint, & sibi videbuntur expedire, non obstante perpetua vicaria, quam in capella, in ecclesia eiusdem oppidi obtinet, cuius fructus, &c. quatuor mar. simi. exti. valo. an. non exce. iuribusque constitutionibus, & ordinationibus apostolicis etiam si idem N. vicariam huiusmodi vltra biennium pacificè possedit stilo palatij, & cancellariæ regulis cæterisq; fortè contrarijs, non obstantibus quibuscumque, & cum clausulis opportunis.

Commissio priuationis contra Abbatem malè regentem monasterium suum.

Pater sancte, cum sit pium meritoriumq; & iustum ac necessarium delinquentes, & criminosos ac delictorũ, criminum, & excessuũ perpetratores, continuos, notorios, & manifestos, & præsertim viros ecclesiasticos, qui aliàs non corriguntur eorum criminibus, & delictis per e. S. V. debere corrigi, condecetq; & competit cuilibet ecclesiastico, & pręsertim procuratori fiscali e. S. V. tales criminosos apud S. V. accusare, & contra ipsos ex officio fisci procedere, eorumq; punitionem & correctionem condignam prosequi, vt ab eorũ malis propositis se retrahant, & cęteris talia perpetrare volẽtibus punitio, & correctio huiusmodi cedat in exẽplum, sitq; in talibus feruenter procedendum, ita quòd ad hoc non sunt necessarij, seu expectandi alij accusatores, seu denũciatores. Sitq; S. V. verum, notoriũ, & manifestũ sic quòd nulla potest tergiuersatione celari, quòd quidam Io. N. Abbas monasterij N. ordinis S. Benedicti N. diœcesis perpetrauerit, & cõmiserit plura, & diuersa enormia crimina, excessus, & delicta. Et pręsertim ista videlicet scelus simonię in obtentu suę promotionis, & ad pręfatũ monasterium ad quod fuit promotus per D. N. olim Papam N. in sua obediẽtia nominatum, deierauerit q; ac periurium, & proditionẽ commissit erga dominum suum naturalẽ, & principem temporalẽ, necnon multa bona, & iocalia preciosa pręfati monasterij inuitis religiosis eiusdem rapuit in ipso monasterio, & extra illud in suos proprios, & parentũ suorum carnalium vsus portauit, & exposuit, furtũ, & sacrilegium committendo, & etiam freno pudicitiæ laxato quãdam mulierem nomine N. & exinde plures alias, in suas cõcubinas, & focarias in diuersis locis & domibus ad dictum monasterium pertinentibus tenuit, ac ex eisdem pueros habuit, quorum aliqui gradiũtur super terram, necnon tam in dicto monasterio quàm extra pluribus tẽporibus, & pręsertim à quatuor annis citra incontinenter, & gulosè ac ebriosè vixit, & cum gentibus armorum, ac etiam cum hominibus iniquis & malę vitę cõuersatus est, & conuersatur quotidie extra suũ monasterium, vitamq; detestabilem ibidẽ duxit & inhonestam, ac non solum sibi suisq; ordini, & monasterio prædictis, sed toti clero scandalosam, & opprobriosã, & quid vltra ipse à duobus annis citra extra dictum suum monasterium exire vagauit, prout & vagat de præsenti arma, & negocia bellicosa exercendo, ex quibus mors, & mutilationes quamplurima notabilium personarum, & plura alia mala secuta sunt, propter quæ nec immeritò principibus, & nobilibus, & dominis tam spiritualibus quàm temporalibus ac popularibus procurator illarum nedum visus est acceptus, sed omnino odiosus effectus est, & quasi totaliter abominabilis. Et propter quæ etiam ipse ad præfatum suum monasterium eiusq; regimen iam dudum se reddidit, & quotidie magis se reddit indignum. Cum autem Pater S. etiam si de præmissis nullus accusator, seu denunciator exilteret, tamen S. V. non deberet tot, & tanta mala, excessus, & delicta conniuentibus oculis velle pertrãsire impunita, procuratorq; fiscalis e. S. V. se nomine fisci contradictũ Abbatem taliter criminosum insurgere ac facere parcere debere, & ipsorum tantorum criminũ, delictorum, & excessuum iustam & debitam correctionem, & punitionem rigide prosequi. Supplicãt igitur e. S. V. deuoti oratores vestri N. & N. dicti monasterij religiosi tam nominibus ipsorum quàm aliorum religiosorũ ipsius monasterij, & aliarum personarũ partium illarum eisdem superius nominatis religiosis in hac parte adhærentium et adhęrere volentiũ, quatenus et ob defectũ correctionis, et punionis criminum, delictorum, et excessuũ prædictorum damna, et scandala grauiora, quod Deus auertat, partibus in illis subsequãtur alicui ex Reuerẽdissimis in Christo patribus, et dominis dominis S. R. E. Cardinalibus committere, et mandare dignemini, vt de pręmissis criminibus, et excessibus delictis summariè se informet, et super ipsis contra dictum Abbatem inquirat, et ipsum iuxta canonicas sanctiones, prout sibi videbitur, corrigat, et puniat, ac si sibi, dictique monasterij, et par-

clum illatū vtile videbitur, aut expediens fuerit à monasterio prædicto, eiusq; regimine & administratione tollat, deponat, & amoueat, ac eidem monasterio de alio idoneo, & vtili Abbate, & administratore feliciter prouideat. Contrarijs non obstantibus quibuscumque.

Commissio priuationis contra violatorem sequestri.

Pater sancte, nuper in quadam causa coram bo. me. domino N. causarum palatij Apostolici auditore inter deuotum oratorem vestrum N. presbyterum agentem ex vna, & quemdam N. detentorem, & certos alios, quorum nomina, & cognomina hic haberi dignemini pro sufficienter expressis de & super parochiali ecclesia N. N. diœcesis, & eius occasione tunc vertente, idem N. pro se contra dictum N. detentorem quamdam diffinitiuam sententiā reportauit, à qua licet friuolè pro parte dicti N. extitit appellatum, & causa huiusmodi appellationis R. patri domino G. auditori commissa, qui sententiam prædictam per suā sententiam cōfirmauit, à qua etiam fuit appellatum, & causa huiusmodi appellationis R. p. domino A. auditore dicti palatij apostolici causarum commissa, & in ipsa ad obseruationem omnium terminorum, citra tamen causæ conclusionem processum fuit. Cum autem pater sancte, præfatus N. post dictam primam sententiam per eum obtentam dictam ecclesiam N. ac fruc. red. & prouentus ipsius de mandato e. S. V. ac vigore litterarum dicti domini A. auditoris fecerit, & procurauerit per loci ordinarium seu eius officialem sequestrari seu sub sequestro poni, præfatusque N. detētor huiusmodi sequestrum violauerit, & propterea à iure suo, si quod sibi in dicta ecclesia competebat, ceciderit. Dignetur igitur e. S. V. statum huius causæ hic habendo pro sufficienter expresso præfato domino A. auditori committere, & mandare quatenus si sibi de violatione dicti sequestri, aut alio propter quod dictus N. detentor prętenso iure suo sit priuatus seu priuari debeat, detentorem ipsum prętenso iure suo priuet, seu declaret esse priuatū, & exinde præfatum N. in huiusmodi iure, ac ipsius litisq; & causæ prędictę prosecutionem, et defensionem in statu, in quo causam ipsam inuenerit, et dictus detentor ante tempus, et tempore priuationis seu declarationis prædictæ poterat seu debebat admitti: necnō ad possessionem dictę ecclesiæ, in qua dictus N. dicitur existere, surroget, et admittat, illudq; ius sibi conferat, et prouideat de eodem, non obstante quadam gratia expectatiua in litteris Apostolicis declaranda, et cum alijs non obstantibus, et clausulis opportunis.

Commissio contra illum qui fraudulenter fecit beneficium litigiosum super nuda signatura, litteris non expeditis.

Pater sancte, in octo annis, vel circa elapsis quidam N. non sine fraudis suspicione causam contra quemdam dominum Ioannē tunc priorem, & possessorem prioratus secularis sancti N. N. diœcesis de et super dicto prioratu, et eius occasione R. p. d. A. sacri palatij apostolici causarum auditori committi fecit, huiusmodique commissionis vigore citationem ad partes obtinuit, quæ si tūc fuit executa, vt non hæsitatur, attento quòd executio ipsa non fuit reproducta, nec in causa ipsa aliqualiter vlterius processum, donec dictus quondam Io. vita functus esset, propter quod verisimiliter pręsumendum est, quòd dictus N. qui numquā de aliquo titulo suo in dicta causa docuit, neque constitit, prout nec cōstat nisi per nudam supplicationem in præiudicium expectātium apostolicorum, et vt post obitum dicti quondam Ioan. extra Romana curia defuncti in iure ipsius surrogaretur prioratum per dictum nixus fuit facere litigiosum, quem prioratum per obitum ipsius quondam Ioa. extra Romanam cur. defuncti nuper vacantē deuotus orator vester B. vigore gratiæ expectatiuæ sibi per S. V. concessæ infra debitum tempus acceptauit, ac sibi de ipso prouideri, seq; in possessionem eiusdem induci obtinuit. Sed pręfatus N. prout iam prædicitur, fuerat per eum dolosè præmeditatum prætendens prioratum prædictum fore ex causis supradictis litigiosum, seq; in iure dicti quondam Io. ante quādam constitutionem ad obuiandum talibus fraudibus per S. V. nuper editam, cuius tenorē hic dignemini habere pro sufficiēter expresso fuisse per e. S. V. surrogatū dictum N. super dicto prioratu, & eius occasione coram R. p. domino B. sacri palatij apostolici causarum auditore traxit in causam, in qua ad nonnullos actus iudiciarios, citra tamen causæ conclusionem est processum. Verum P. S. cum nuper per e. S. V. extitit ordinatum, quod tales fraudes pronunciari non debeant. Dignetur S. V. committere, & mandare pręfato domino B. auditori quatenus præmissis attentis in causa, & causis huiusmodi procedat perinde ac si dictus N. causam prædictam contra præfatum quondam Ioan. committi, ac citationē ad partes sibi decerni, illāque exequi non fecisset, & perinde ac si præfatus N. dictam surrogationem non obtinuisset,

cæterisque in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque.

Commißio quòd procedatur secundum iuris communis dispositionem.

Beatißime pater, cũ nuper S.V. in primordijs assumptionis suę ad sũmi apostolatus apicem, ac aliàs pluries publicari fecit, & mandauit, quòd per aliquam signaturam siue concessionem e. S.V. nolebat nec intendebat tollere ius alicui quæsitum, & propterea non est verisimiliter præsumendum, quòd cõmisſio cuius copia prȩinseritur de certa mente e. S. V. nisi forsan inaduertẽter processerit, cum sit à iure exorbitãs, & talis per quã ius, & iustitia deuoti oratoris vestri N. ac gratia sibi de dicto prioratu super quo agitur per e. S. V. facta lęderetur tolleretur, & opprimeretur. Dignetur igitur S.V. statũ dictę causę hic habere pro sufficienter expresso prȩfato domino A. auditori committere, & mandare quatenus dicta cõmisſione, ac alijs quibuscumque in contrariũ facientibus non obstantibus in causa, & causis huiusmodi iuxta, & secundùm iuris cõmunis dispositionem procedat, ac partibus prȩdictis bonũ, & breue iustitię ministret complementum.

Commißio quando sunt duo iudices contradicentes de iurisdictione, & quòd audiat qui præuenit.

Beatißime pater, licèt reperiatur, & sit verum causã appellationis pro parte deuoti oratoris vestri N. interpositam à quadam prȩtensa diffinitiua sententia contra ipsum, & pro quondam A. per R.p.d.Io.N. sacri palatij apostolici causarum auditorem in quadam causa, quę corã eo vertebatur inter partes prȩdictas, de & super parochiali ecclesia N. N. diœcesis & eius occasione, vt dicitur lata primò tam ad dicti N. R. p. d. A. N. dicti palatij apostolici etiam causarũ auditoris, quàm deinde ad dicti A. instantiã R.p.d G. similiter causarũ palatij apostolici auditorẽ fuisse & esse per S. V. commissam ac commissionem desuper prȩsentatã, nihilominus dictus A. prȩtendens dictum N. ad dicendum contra prȩtensam commisſionẽ dicto domino G. auditori in huiusmodi causa factam, & prȩsentatam fuisse citatum, nititur altercare, & causam huiusmodi inuoluere super iurisdictione causę huiusmodi, & quis dictorum dominorum A. & G. auditorum in causa ipsa iudex esse debeat. Igitur pater S. ad tollendam altercationem & inuolutionem huiusmodi. Dignetur S.V. causam, & causas antedictas huiusmodi illi dictorum dominorum A. & G. auditorum qui prȩuenit in prȩsentando, & causa prȩdicta reperitur, seu fuit primò cõmissa inquantum opus sit de nouo committere audiendas, cognoscendas, &c. cum omnibus suis emergentibus, &c. prȩuentione, & alijs in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque.

Commißio causæ per dependentiam.

Dignetur S.V. causam, & causas, quam, & quas, etc. & illius occasione R. p. d. M. de p. vestri sacri palatij apostolici causarum auditori coram quo de & super dicta vicaria inter prȩfatos a. & b. lis indecisa pendet, ne continentia causarum huiusmodi diuidantur committere audiendas, cognoscendas, decidendas, & fine debito terminandas cum omnibus, & singulis suis emergentibus, &c.

Commissio causæ remissæ ad cãcellariam.

Dignetur S.V. causam, & causas, quę coram R. p. etc. auditore vertebatur inter deuotum vestrum Io. ex vna, & quemdam a. de & super N. & eius occasione partibus ex altera, et per ipsum auditorem ad cancellariam S.V. remissam committere alicui, alteri ex dominis, etc. auditoribus in eo statu in quo coram prȩfato domino auditore tempore remisſionis remanserat reassumendi, et vlterius audiendi, cognoscendi, decidendi, et fine debito terminandi cum omnibus, et singulis, etc. ad cancellariam apostolicam remissam.

Commißio pro remißione decernenda.

Beatisſime pater, lite in quadam causa coram R. p. d. M. de p. vestri sacri palatij apostolici causarum auditore, in tertia instantia inter deuotum S. V. oratorem clericum ex vna, et quemdam H. assertum clericum aduersarium de et super quibusdam canonicatu, et prȩbenda ecclesię N. rebusq; alijs in actis causę latius deductis, et illorum occasione partibus ex altera, vertente pro parte dicti N. oratoris nonnullę positiones, et articuli, aliȩque materię articulatę pertinentes, et releuantes datæ, exhibitæ, et repetitæ ac ad probandum in Rom. Cur. admisſi sunt, quos propter testiũ defectum, et penuriam in eadem Rom. Cur. timetur probari non posse, ne igitur ob defectũ probationum in curia quarum copiam nõ angustari, sed ampliari iura volunt dictus R. in iure suo periclitetur, et ab illo excludatur. Dignetur S. V. præfato domino M. auditori committere,

mittere, et mãdare quatenus positiones, et articulos, aliasq; materias articulatas huiusmodi ad probandum extra curiam admittat, remissionemq; desuper ad partes decernat, & expediat, seu expediri mãdet suo sub sigillo pręmissis necnon constitutionibus, & ordinationibus apostolicis stilo palatij regulis cancellarię, & pręsertim illa qua caueri dicitur remissiones sub plumbo expediri docere statũ causæ huiusmodi in qua ad omnium terminorum obseruationem, citra tamen cõclusionem, processum reperitur necnon vnà contra dictũ N. prætensa diffinitiua sententia per certum dicti palatij apostolici causarum auditorem taliter qualiter latas extitit, quam atque omniũ actorum tenores haberi placeat pro sufficienter expressis alijsq; in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque.

Commissio super remissione ad partes decernenda.

Dignetur S.V.R.p.d.G.N. sacri palatij apostolici causarum Auditori quatenus nonnullas positiones, & articulos exceptionales pertinentes, & releuantes ac iam in Rom. Cur. ad probandum admissos pro parte e.S.V. oratoris Martini de Maer Re. in Christo patris, & domini domini Rode Episcopi portuensis sanctæ Rom. Eccle. Vicecancellarij familiaris continui commẽsalis datos in causa, & causis, quæ vertitur, vertuntur seu verti, & esse sperãtur inter præfatum oratorem reum, & se defendentem ac possessorem ex vna, & quemdã N. assertum clericum actorem de & super quibusdam canonicatu, & prębenda collegiatę ecclesię sancti N. N. dięcesis, & eorum occasione in tertia instantia partibus ex altera, quos in Curia Rom. plenè probare non sperat ne ob defectum probationis bonum ius oratoris pereat etiam extra eandem curiam, & ad partes ad probandum admittat, remissionemq; desuper opportunam in forma consueta decernat, & concedat, ac illã sub eius proprio sigillo expediat statũ causę, & causarum huiusmodi deductorumq; & productorũ in ea, & maximè quorum prętensarum diffinitiuarum sententiarum conformium in fauorem aduersarij, & contra oratorem latarum cum fructuum, & expensarum condemnatione tenores, etiam si conclusum existat pro sufficienter expresſis habẽtes committere, & mandare dignemini de gratia speciali, pręmisſis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac cãcellarię regulis præsertim illa qua caueri dicitur, quòd litterę remissorię sub plumbo expediri debeãt, alias sint nullę stilo palatij, cæterisq; in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque.

Commissio super remissione iam expedita, & in partibus per iudices deptuatos non executa de nouo alijs iudicibus remittenda.

Beatisſime pater, cum aliàs coram R. p. d. N. Cardinali sancti N. essent pro parte deuoti oratoris vestri C. nonnullæ exceptiones datæ, & productæ in causa, quæ coram eo vertitur inter dictum oratorem ex vna, & R. p. d. N. Episcopum T. de & super quadam redditione administrationis ecclesiæ T. ac alijs in actis causę huiusmodi deductis, & illorum occasione partibus ex altera, pręfatusq; dominus Cardinalis exceptiones huiusmodi ad probandum extra curiam admisisset, ac desuper remisſionem sub eius sigillo expediendã decreuisset Reuerendum patrem dominum A. Episcopum Mag. in iudicem remisſionis huiusmodi deputauit. Transmissa verò illa remisſione ad partes, & illa pręfato domino Episcopo M. pręsentata cum alijs iam diu post præsentationem huiusmodi, idem Episcopus fuisset pro parte dicti C. oratoris requisitus, vt iuxta illius, & prætextu sibi traditam formam procederet, seu procedere vellet, ipse Episcopus ex nonnullis causis animum suum ad id mouentibus id facere denegauit, & recusauit à quibusquidem denegatione, & recusatione huiusmodi pro parte eiusdem oratoris extitit appellatum, Pater S. si dictus orator vellet suam appellationem prosequi, & insistere, an causæ denegationis, & recusationis huiusmodi fuerint iustę, vel minus legitimę id nihil esset aliud, nisi ex vna lite nouas lites facere, ipsumq; oratorem dispendiosis litium anfractibus inuoluere, ac perpetuò laboribus, et expensis fatigare, quare vt rei veritas super negotio principali citò cognoscatur, & breui iustitiæ ministerio liti huiusmodi debitus finis imponatur, & ne ius ipsius oratoris penuria probationum pereat, ac supplantetur, pro parte dicti C. oratoris S.V. humiliter supplicatur, quatenus eidem D. Cardinali committere, & mandare dignemini, vt dictam remisſionem, seu illi similem alium in eadem iudicem deputando ad dictas partes iterum transmittat, aliasq; partibus ipsis iustitiam ministrando. Constitutionibus, & ordinationibus apostolicis stilo palatij, & alijs in contrariũ facientibus, non obstantibus quibuscumq; habentes hic nihilominus dictas exceptiones ac remisſiones, causasq; & appellationem, ac omnia alia, & singula supradicta, & inde secuta, ac etiam alia de quibus esset fienda mentio specialis, statumq; causæ huiusmodi pro sufficienter expresſis.

Commißio pro tertio fatali.

Beatissime pater, cum dudũ de mense Martij anno Domini M.&c. R. p. d. Io. N. causarum sacri palatij apostolici auditor in quadam causa, quæ coram eo tũc verti prætendebatur, in prima & nunc coram R. p. d. A. de Grassis etiam causarũ dicti palatij Auditore inter deuotum oratorem V. Pau. de N. canonicum N. ex vna & quemdam Io. de N. ex alia, & quosdam alios aduersarios etiã ex alia partibus de & super canonicatu, & præbenda ecclesiæ N. prædictis, & illorum occasione, rebusq; alijs in actis causę huiusmodi expressis in secũda vertitur instantia prætensam diffinitiuam sententiam canonizatoriam cuiusdam pretensi mandati apostolici de conferendo, & assignãdo dictos canonicatum, & præbendam dicto Io. de N. adiudicatoriam dictorum canonicatus, & prębendæ cum expensarum & fructuum condemnatione tulisset, & promulgasset, licet vt creditur nullam vel saltem iniustã, & pro parte Pau. oratoris à dicta prætensa sententia ad sedem apostolicam, & infra tẽpus debitum appellatum, & causa appellationis R. p. d. Ant. de Gras. Auditori præfato cõmissa fuisset, & Pau. pręfatus orator V. omnes & singulos terminos citra tamen causæ conclusionem coram dicto domino A. audit. & contra dictũ Io. de N. partem appellatam seruauit, registrumq; actorum in huiusmodi causa habitum fieri fecit: nihilominus quia quidam Hier. de N. notarius in dicta causa, dum coram R. p. d. Io. Frãcisco auditore in dicta prima instantia agitabatur, absens à curia extitit, & coram quo iura, priuilegia, & instrumenta originalia in dicta causa coram præfato domino Io. Francisco auditore producta fuerunt, quæ in dicta prima instantia recognita non apparent, & propter absentiam dicti notarij reperiri non possunt, & propterea minimè recognosci, quòdq; propterea præfatus dominus An. de Grassis auditor in hac causa, & instantia infra fatale secũdum quod lapsum est anno, nunc currenti de mense Martij & xij. die eiusdem mensis causam ipsam expedire non potuit, nec eam terminare, cùm per ipsum oratorem non steterit quo minus causa infra dictum secundum fatale, vt præfertur, expediri posset, nihilominus ad omne dubium tollendum pro parte P. oratoris præfati S. V. supplicatur humiliter quatenus domino A. de Grassis præfato cõmittere, & mandare dignemini, vt ad vlteriora, & ad dictæ causæ expeditionem procedat in omnibus, & per omnia perinde ac si adhuc infra tẽpus ad prosequendum, appellationẽ à iure præfixum existeret, & dicta fatalia lapsa nõ essent, vel saltem tertium fatale ad dictam causam prosequendam ipsi oratori det, atque concedat statum causæ huiusmodi, & omnium præmissorum, et aliorum quæ hic exprimi deberent tenores pro sufficienter expressis habendo. præmissis omnibus, et alijs in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque.

Commißio taxationis expensarum dumtaxat.

Beatissime pater lite, et causa in vestro sacro palatio causarum apostolicarum diuersis eiusdem palatij auditoribus inter deuotum oratorem vestrum N. ex vna, et quemdam A. de et super custodia ecclesiæ N. N. diœcesis, et ipsius occasione partibus ex altera pendente, dictus N. orator tres pro se et contra dictum A. diffinitiuas ab impetitione dicti A. cũ silentij dicto A. impositione et cum expensarum condẽnatione reportauit sentẽtias quarum vltima per R. p. d. A. dicti palatij causarum auditorẽ extitit promulgata. Sed quia pater sancte parum prodesset sententias ferre nisi esset qui eas debitæ executioni demandaret. Supplicat igitur S. V. dictus N. orator quatenus dicto D. A. auditori cõmittere dignemini, vt omnes, et singulas expensas in quibus dictus A. per prædictas sententias cõdemnatus extitit, taxet, et moderetur. Constitutionibus, et ordinationibus apostolicis stilo dicti palatij, cæterisq; in contrariũ facientibus, non obstantibus quibuscũque.

Commißio executorialis vnius sententiæ.

Beatissime pater lite, seu causa corã R. p. d. B. Rouira sacri palatij apostolici causarum auditore inter deuotum oratorem vestrũ A. actorem ex vna, et quẽdam M. assertum clericum reum, et detentorem de et super quibusdã canonicatu et pręebenda ecclesię N. et eorum occasione in prima pendente instantia partibus ex altera, idem dominus B. auditor diffinitiuã pro dicto D. A. et contra præfatum M. promulgauit sententiam, quæ quidem diffinitiua sententia nulla prouocatione suspensa aut aliàs legitimè in rem transiuit iudicatam. Cum autem pater sancte parum prodesset sententias ferre si non esset qui eas debitę executioni demandaret. Dignetur igitur S. V. pręfato domino B. auditori cõmittere, et mãdare quatenus omnes et singulas expensas in huiusmodi causa pro parte oratoris factas taxet, et moderetur, necnon sententiam prædictã, et in ea omnia, et singula contenta sub excõmunicationis alijsq; sententijs, censuris, et pœnis ecclesiasti-

cis

eis contra dictum M. omnesq; alios, & singulos forsan intrusos, & intrudendos debitæ executioni demandet, cum potestate sententias, & censuras huiusmodi aggrauandi, & reaggrauādi interdictum ponēdi, & auxilium brachij secularis inuocandi quatenus opus fuerit, litterasq; desuper opportunas suo sub sigillo decernendi, & ꝙ huiusmodi litteræ suo sub sigillo decernendæ rebelles, & inobedientes quoscūque perinde arctent, & astringant ac si sub plūbo expeditæ forent. Constitutionibus, & ordinationibus apostolicis cancellariæ regulis, & præsertim illa qua cauetur, quòd litterę huiusmodi aliàs quàm sub plumbo expeditę nullius sint roboris vel momenti, & alijs in contrariū facientibus, non obstantibus quibuscumque.

Commißio executorialis trium sententiarum non obstantibus ferijs, & mandato de superſedendo etiam per edictum.

Beatisſime pater lite, & causa in vestro sacro palatio causarum apostolico coram diuersis eiusdem palatij Auditoribus inter deuotum oratorem vestrum N. ex vna, & quemdam N. de & super custodia ecclesiæ N. & ipsius occasione partibus ex altera pendente, prædictus N. orator tres pro se, & contradictum N. diffinitiuas ab impetitione dicti N. cum silentij dicto N. impositione ac cum expensarum condemnatione reportauit sententias, quarum vltima per R. p. d. M. dicti palatij causarum Auditorem extitit promulgata. Sed quia P. S. parum esset sententias ferre nisi esset qui eas debitę executioni mādaret. Supplicat igitur S. V. dictus N. orator quatenus eidem d. M. aut in eius loco forsan surrogato, vel surrogando auditori committere, & mandare dignemini, vt ferijs siue vacantis ac mandato de superſedendo in causis per S. V. in dictis seu factis etiam de mense Augusti non obstantibus prę- fatas sententias contra eumdem N. per omnes ecclesiasticas sententias, censuras, & pœnas & alia iuris remedia executioni debitæ demandet, & cū potestate etiam quoscumq; processus desuper opportunos suo sub sigillo decernēdi, & expediēdi, illosq; aggrauandi, & reaggrauādi, & auxilium brachij secularis inuocandi, & etiam cum potestate dictas executoriales litteras per eumdem D. Auditorem decernendas constito saltem summariè vt motis est de non tuto accessu dictas litteras executoriales præfato N. personaliter præsentandas etiā per edictum exequendi, & decernendi ac sic etiā per edictum exequi faciendi, & in euentum non paritionis sententias, censuras, & pęnas prę- dictas incidisse declarandi, cæteraq; omnia, & singula faciendi, exercendi, & mandandi quæ ad plenariam huiusmodi executionem quomodolibet sint opportuna, ferijs etiam de mēse Augusti prædictis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis illis præsertim quibus caueri dicitur, ꝙ litteræ huiusmodi, aliàs quàm sub plumbo expediri nequeant, stilo dicti palatij, & alijs fortè in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque.

Commißio executorialis trium sententiarum cum relaxatione sequestri.

Beatisſime pater, aliàs lite, seu causa in vestro sacro Palatio causarum apostolico coram R. p. d. Ib. Nucerino vnius, ex dicti palatij causarum apostolici Auditoribus locumtenente, inter deuotum oratorem vestrum Io. Archidiaconū ecclesiæ L. actorem ex vna, & quemdam P. assertum clericum aduersarium de & super dicto Archidiaconatu Ecclesię L. rebusque alijs in actis causę deductis, & illorum occasione partibus ex altera in prima instantia pendente. Idem d. Ioan. Episcopus locumtenens vnam in fauorem ipsius oratoris dicti Archidiaconatus ad iudicatoriam cum fructuum, & expensarum condemnatione, & contradictum P. aduersarium reum sententiam promulgauit diffinitiuam, à qua pro parte dicti P. ad S. V. appellato causá appellationis huiusmodi R. p. d. Ioan. prioris eiusdem palatij Auditori extitit commissa, qui sententiam præfati domini Ioannis Episcopi, & locumtenentis, cùm simili fructuum, & expensarum condemnatione per suam sententiam confirmauit diffinitiuam. A qua pro parte dicti P. ad eandem S. V. iterum appellato causa huiusmodi secundæ appellationis R. p. d. G. de N. eiusdem palatij etiam Auditori commissa extitit, qui sententiam præfati d. Ioan. prioris cum simili fructuum, & expensarum condemnatione per suam diffinitiuam confirmauit sententiam. Et sic præfatus orator tres conformes sententias de et super dicto Archidiaconatu cum fructuum, et expensarum condemnatione obtinuit. Et quia beatisſime pater, parum prodesset sententias ferre, et promulgare, nisi debitæ executioni demanderentur. Dignetur igitur e. S. V. pręfato d. G. Auditori cōmittere, et mandare, vt omnes, et singulas expensas, tam coram d. Io. Episcopo locumtenēte in prima, et Io. prioris in secūda quam corā se in tertia instātijs pro parte dicti oratoris factas, et in quibus prę̄fatus P. aduersarius per dictas senten-

ſententias condemnatus extitit taxet, & moderet, Sequeſtrumque ſuper dicto Archidiaconatu, & illius fructibus appoſitum tollat, & relaxet, expenſaſque, ac fructuũ, & expenſarũ condemnationem prædictas, ſub excõmunicationis, alijſque ſententijs, cenſuris, & pœnis quas contrafacientes, & conſentiẽtes eo ipſo incurrant, ac alijs iuris remedijs contra dictum P. aduerſarium, omneſque alios, & ſingulos ſua communiter, vel diuiſim intereſſe putantes, & in dicto Archidiaconatu forſan intruſos, aut intrudendos exequatur, ac per ſe, vel aliũ executioni debitę demãdet, ſeu demandari faciat, cum poteſtate dictum P. aduerſarium, & contumaces, negligentes, rebelles quoſcũque, necnon intruſos forſan, & intrudendos, & eorum quemlibet ſentẽtias, cenſuras, & pœnas prædictas incidiſſe, & incurriſſe declarandi, eaſque contra dictum P. aduerſarium contumaces, & rebelles, ac intruſos, & intrudendo prædictos huiuſmodi aggrauandi, reaggrauandi, interdictum ponendi, auxiliumque brachij ſecularis inuocandi, ac vno, & eodem contextu vna, & eadem audientia, & vnica citatione pręcedente litteras executoriales in forma ſolita, & cõſueta eidem oratori neceſſarias, & opportunas ſub ſuo ſigillo decernendi, & concedendi, cęteraque alia in præmiſsis, & circa ea neceſſaria, & opportuna faciendi, exercendi. Conſtitutiobus, & ordinationibus apoſtolicis, ac regulis cancellariæ apoſtolicæ præſertim illa, qua caueri dicitur, ꝙ litteræ executoriales ſub plumbo expediri debeant, aliàs ſint nullæ, ceteriſq; in contrarium facientibus, non obſtãtibus quibuſcumque.

Commiſsio ad monẽdum debita ſallitorum bancariorum ſummaria.

Pater sãcte, prout S.V. hactenus ſatis nouit, ac notorium eſt quidam N. & N. ſocij mercatores in Rom. Curia olim cambium tenentes, & apud quos, ac illorum fallacem ſocietatem de N. nuncupatam quamplurimorum, curtiſanorum, ac Rom. Cur. ſequentium, veſtræque S. familiarium, & officialium, ac etiam nonnullorum R. patrum dominorum ſanctæ Rom. Eccl. Cardinalium, ac aliarum perſonarum, quamplures magnæ quantitatis pecuniarum, & ſummæ erant depoſitę, ac in cuſtodiam, & cõmendam datæ ſocietatem eorum prædictam viam fidelitatis egreſſi, reprobos ſe gerunt, ac domũ declinauerunt, pecuniaſq; prædictas apud eos depoſitas clandeſtinè ſibi appropriarũt, ac ſuis creditoribus, videlicet curialibus, & alijs prædictis furtiuè ſubtraxerunt. propter quod creditores ipſi ſic fraudati quorum quamplurimi antea honeſtè viuentes, nunc e geſtate oppreſſi coguntur miſerabiliter mendicare, pecunias, vt præfertur per ipſos depoſitas exigere, ſiue recuperare nõ poſſunt, nec alio ſibi ſalubri modo prouidere, quàm exigere certas, & reuera reſpectu tantarum quantitatum, & ſummarum pecuniarũ per curiales, & alios creditores pręedictos, vt præfertur depoſitarum, ac ipſis debitarum paucas pecunias, eidem ſocietati fallitę debitas, à nonnullis perſonis de ſpeciali mandato e. S.V. apud creditores pręedictos, nunc cõſiſtunt, deſcribuntur, propter quæ præfati creditores, nuper de mandato R. patris domini N. Epiſcopi N.S.V. Vicecancellarij in eccleſia N. debitè conuocati, & pro maiori parte cõgregati, ad exigendum nomine ipſorum pecunias prædictas, olim dictæ fallitę ſocietati debitas, & deſcriptas, illaſq; creditoribus ipſis, iuxta qualitatem, & quantitatem debitorum ſuorum, ac ipſorum defalcationem pro rata, æquis portionibus, diſtribuẽdi, & ſoluendi certos ſindicos vnanimiter elegerunt, conſtituerunt, & ordinarunt, cum omnimoda poteſtate ad hoc neceſſaria, & opportuna. Supplicant igitur S.V. præfati creditores, ſic defraudati, & ſine eorum culpa bonis ſuis depredati, quatenus alicui probo viro hic exiſtenti committere, & mandare dignemini, vt debitores dictæ fallitę ſocietatis, tam eccleſiaſticos, quàm ſeculares exemptos, & non exemptos, cuiuſcumq; conditionis exiſtant, ad ſoluendum præfatis ſindicis ad hæc per creditores deputatis pecuniarum ſummas, in quibus dictæ ſocietati, ſiue per libros prædictos, aut alia legitima documenta reperientur teneri citet, moneat, & compellat ac cogat, tam per cenſurã eccleſiaſticam, quàm captionem, & detentionem perſonarũ, ac venditionem, & diſtractionem bonorum, & rerum ipſorum debitorum, ac contra ipſos, tam coniunctim, quàm diuiſim litteras citatorias, monitorias, aggrauatorias, & alias quaſcũque neceſſarias, & opportunas, vſque ad inuocationẽ brachij ſecularis, incluſiuè in Romana Curia, & extra decernat, & concedat, libriſque prædictis fidem plenariam, tam in iudicio, quàm extra adhibeat, cauſaſque, quas occaſione præmiſſorum per dictos ſindicos, contra præfatos debitores mouere contigerit, tam cõiunctim, quàm diuiſim ſummariè, ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij ſola rei veritate inſpecta, ac quacumque appellatione pręterquam à diffinitiua, ſeu vim diffinitiuæ habente reiecta audiat, decidat, & fine debito terminet, non obſtantibus cõtrarijs qui buſcũque.

Commiſsio ad inſtantiam fiſcalis de citando eum perſonaliter contra quem ſunt

decreta

decretæ executoriales ad purgandum se de suspicione hæresis quia per annũ stetit in excommunicatione.

Beatissime pater, pro parte fisci Cameræ apostolicæ S.V. exponitur, & dicitur, ꝙ cũ aliàs præpositura Tridẽtina, certo modo vacasset e. S.V. deuoto S.V. oratori G. prouidisset, quidã N. nõ timens etiã cẽsuras Ecclesiasticas in eũdem, ob non paritionẽ rei iudicatę, & litterarũ executorialiũ in fauorem dicti C. oratoris decretarum latis. quibus per annum, & vltra Dei timore postposito eisdem censuris Ecclesiasticis insorduit suam intrusionem continuando, fructus, redditus, & prouentus dictæ præpositurę vsurpauit, in maximam S. V. auctoritatis lęsionem, animęq; eius periculum, & iacturam. Et cum pater beatissime, præmissa sunt perniciosi exempli, & per illa auctoritas S. V. euanescat, & sic ipse N. ex eo ꝙ per annum in excommunicationis sententia stetit, de hæresi reddidit se suspectum, sintque transgressores huiusmodi taliter coercendi, ꝙ eorum pęna alijs cedat in exemplum. vnde deuotus e. S. V. orator A. de Eugubio fisci Cameræ apostolicę prędictæ procurator pro iuribus sedis apostolicę cõseruandis ad S.V. recurrit humiliter supplicãdo, quatenus alicui prælato in curia residenti, & si placet N. qui declaratoriam incursus pęnarũ contra dictum N. intrusum promulgauit cõmittere, & mandare dignemini, vt summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij sola facti veritate inspecta informet, & si pręmissa vera fore repererit, dictũ N. intrusum personaliter, & in propria persona coram dicto N. iudicialiter compareat, & per seipsum de suspicione hæresis purget, & non obediendo mandatis ecclesiæ suũ errorẽ recognoscat debitores, redditua rios, fructuarios, & cẽsuarios dictę pręposituręe eorũ nomina, & cognomina, pro expressis habente in executione exprimẽda, vt infra terminũ eis, & eorum cuilibet præfigendũ præfato G. oratori, & nõ ipsi N. intruso de fructibus, redditibus, & prouẽtibus, ac cẽsibus, ac nulli alteri satisfaciãt ei plenariã solutionẽ impendãt, ipsumq; G. oratorẽ tamquam verum, & indubitatum præpositum fore, & esse confiteantur, & recognoscant, sibique, vt tali reuerentiam, & honorẽ impendant sub dictis ecclesiasticis, censuris, alijsq; pęnis, etiam pecuniarijs, de quibus eidem commissarios videbitur, quos contrafaciẽtes, vel negligentes, ipso facto incurrant etiam per edictum publicũ moneat, & requirat. Alioquin huiusmodi elapso termino, si in præmissis contumaces, negligentes, rebelles, seu impedientes fuerint, seu aliquis eorum fuerit easdem coniunctim, & diuisim vnico contextu per simile edictum, citet per temporum interualla ad vidẽdum se in dictas pęnas, sententias, & censuras incidisse. & incurrisse declarari, cum potestate processus huiusmodi aggrauandi, reaggrauandi, brachium seculare inuocandi, faciendiq; in pręmissis, & circa ea necessaria, siue quomodolibet opportuna; præmissis necnõ constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, &c. statũ, & causæ merita præmissorumque omnium, & aliorum hic forsan de necessitate exprimẽdorum tenores pro expressis habentes, alijsq; in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque.

Commissio contra laicos fugantes clericum ad videndum se pœnas in Carolinis contentas incidisse declarari.

Beatissime pater, exponitur S.V. pro parte deuoti vestri B. presbyteri, ac sanctorum Ioannis, & Lamberti oppidi L. N. diœcesis ecclesiarum perpetui vicarij, quòd licet ipse à tempore quo peruenit ad annos discretionis cõtinuè fuit, prout hodie est, citra tamen iactantiã, loquendo homo bonorum nominis, & famæ honestæ conuersationis timens Deum, & à malis quibusuis salua humana fragilitate se abstinẽs, aliàsque talis quòd numquam, ab aliquo oppido L. & se beneficijs suis, & bonis excludi, pręscribi, aut relegari, aut quòd introitus, & exitus ad dictum, & etiã quodcumque aliud oppidum interdici, & prohiberi debeat, aliaque infrascripta pati, & sufferre demeruerit; hoc tamen non obstante, quidam Io. N. & sui complices, videlicet, a. b. c. & d. proconsules e. f. assessori cõsules oppidi L. antedicti ausu, sacrilego, & temerario, & maligni spiritus instigatione, vt creditur, seducti, seu instigati eũdẽ b. oratorẽ tunc etiam sicut, & nũc habitũ, & tonsurã publicè, & honestè deferentem presbyterales de nullo crimine confessum, seu conuinctum, immo citra demerita sua, aliàs diuersis vicibus anni præsentis coram se euocari fecerunt, sibique ex & pro eo, vt asseritur, quòd cum & corã dictis proconsulibus profanare, & publica diuina officia, & missas apertis ianuis celebrare, sed litteris & mandatis apostolicis, totis conatibus parere, & intendere, neque cum eisdem proconsulibus, & consulibus, ob non paritionem litterarum, & mandatorum apostolicorum, excommunicatis, aggrauatis, reaggrauatis, & interdictis parere voluit, à se dictoq; oppido L. sub grauibus, & formidabilibus pœnis,

ac quę

ac quæ in conſtantem etiam virum meritò ca dere poſſent, exire iuſſerunt, & præceperunt, ipſumq́;oratorem taliter à beneficijs, & bonis ſuis excluſerunt,effugarunt, & relegarũt, ac ſibi introitum,& exitum ad oppidum palam, & publicè interdixerunt,& prohibuerunt, aliaſque quã plures iniurias,offenſas,& moleſtias, ac damna eidem oratori intulerunt, & irrogarunt,ſeu inferri,& irrogari fecerunt, & practicarunt in animarum ſuarum grauia pericula, diuinæq́;maieſtatis offenſam, & libertatis eccleſiaſticę diſpendiũ,& ludibriũ,necnon ipſius b.oratoris graue præiudicium, & iniuriam, confuſionem,& iacturam.Cum autem p.e.iuxta canonicas ſanctiones, & imperiales cõſtitutiones,ſub grauibus pęnis laicorum,ne aliquã perſonam eccleſiaſticam, maximè modo præmiſſo excludere,præſcribere, ſeu relegare, aut aliàs quouiſmodo infeſtare, moleſtare, ac inquietare præſumant prohibitum exiſtat, quare ad compeſcendum adeo præmiſſos nefarios conatus, vt alijs ſimilia perpetrantibus euidẽs præbeatur exemplum.Dignetur S.V.cauſam, & cauſas,quam & quas præfatus b.orator præmiſſorum occaſione mouet, ſeu mouerẽ vult,& intendit contra,& aduerſus proconſules,& cõſules ſupranominatos,& eorũ in præmiſſis cõplices,ſiue cum eis culpabiles,omneſque alios & ſingulos ſua communiter, vel diuiſim intereſſe putantes, & in executione citationis præſentium vigore ad partes decernendæ, nominãdos cum poteſtate huiuſmodi proconſules, conſules,& alios prædictos coniunctim, vel diuiſim etiam per edictum publicum in Romana Curia extra eam,& in partibus in locis circumuicinis quatenus ad ipſos non pateat tutus acceſſus citandi,& ſub cenſuris Eccleſiaſticis, & pœnis,ſiue multis etiam pecunarijs.de quibus videbitur dictis aduerſarijs,ne contra dictũ B.oratorem,ac conſanguineos, affines, & amicos ſuos quicquam attentare præſumant inhibendi,necnon eoſdẽ aduerſarios, tam coniunctim,quàm diuiſim omnes,& ſingulas cẽſuras, atque pęnas,in excludendo præſcribentes,ſiue relegantes,aut alias quouiſmodo perſonas eccleſiaſticas delinquentes per canonicas,& imperiales ſignanter carolinas,vulgariter nuncupatas conſtitutiones incidiſſe declarandi, cæteraq́;in præmiſſis, & circa ea faciendi, exercendi,quæ de iure ſtilo,lege, vel conſtitutione Rom.Cur.neceſſaria fuerint,vel etiam quomodolibet opportuna præmiſſis,necnon conſtitutionibus,& ordinationibus apoſtolicis,iuribus quodq́;cauſa, ſeu cauſæ huiuſmodi nõ ſint forſan ad dictam curiam legitimè deuolutæ, neque in eadem de ſui natura,aut iuris neceſſitate tractandæ,ſeu etiam finiendæ, &c. etiam ſi maiores mẽtiones,& ſpecificationes,quàm ſuperius dictũ eſt,expoſcerent alijſque in cõtrariũ editis,vel facientibus,non obſtantibus quibuſcumque:attento pater ſancte, ꝙ dictus orator propter dictorum aduerſariorum, potentiã in cauſis antedictis, non ſperat in partibus ſe poſſe iuſtitiæ conſequi complementum.

Commiſſio abſolutionis de conſenſu partium, ab excommunicatione, & alijs cenſuris,ob non paritionem litterarum executorialium inflictis.

Beatiſſime pater, cum aliàs lite, & cauſa in Curia S.V.inter quoſdã Io.R.ex vna, & quendam H. aſſertos clericos aduerſarios de & ſuper canonicatu, & prębenda eccleſię collegiatæ in M.N.dięceſis,& additamẽto quos quondam N.eorumdem vltimus poſſeſſor, poſſidebat corã bo.me.B.Rom.veſtri ſacri palatij apoſtolici cauſarum Auditore in prima inſtantia pendẽte.idem B. Auditor inter partes antedictas proceſſit quandam diffinitiuam adiudicatoriam dictorum canonicatus,& præbendæ,ac additamenti pro eodem domino Io. R.& contra præfatum H.cum expenſarum condemnatione promulgauit ſententiam, quæ poſtquam nulla prouocatione ſuſpenſa in rẽ tranſiuit iudicatam, litteriſque executorialibus deſuper in forma ſolita,& conſueta decretis, & cõceſſis vigore quarum idem Ioan.R.canonicos, & capitulum dictæ Eccleſiæ in N. inter quos deuotus e.S.V. Io.G.eiuſdem eccleſię canonicus erat quatenus poſſeſſionẽ canonicatus, & præbendæ ac additamenti, ſic vt præmittitur per mortem dicti N. vacante ſub pęnis, in eiſdem litteris contentis darent,& aſſignarẽt, ipſi verò canonici,& capitulum dictis litteris obedire volentes eidem Io.R. poſſeſſionem canonicatus,& præbendę huiuſmodi aſsignarũt,dein de idẽ Io.R.adepta poſſeſsione huiuſmodi,per ſibi quemdã notariũ publicũ poſſeſsionem cuiuſdam altaris ſancti N.in capella ſancti B.fore non eiuſdem dięceſis tamquam veri additamenti canonicatus,& præbendę prædictorum eſt aſſecutus.in iſto vero Io. R. non contentus eũdem Ioan.G.de & ſuper quadam parochiali eccleſia in N. dictæ dięceſis tamquam dictorũ canonicatus, & præbendæ etiam additamento moleſtauit,licèt nulliter,& de facto ac curiam S.V.reintrauit,& executionem prædictam, & non aliter,quam vt prænarratur executam coram eodem B.auditore facto,& in ſcriptis reproduxit. vigore cuius idem B.Auditor inter partes prædictas, taliter qualiter procedens eundem Io.G.per ſuam,quam deſuper in ſcriptis

ptis promulgauit, prætensam sententiam, sententias,& censuras in eisdem litteris executorialibus contentas incidisse declarauit, licet nulliter,& de facto,à quaquidem prętensa sententia pro parte eiusdem Ioann.G.ad S. V. ac sanctam sedem Apostolicam extitit appellatum,causaq; appellationis, & appellationum, necnon nullitatis,iniquitatis,& iniustitiæ, ac totius prætensi processus, dictæ prætensæ sententiæ declaratoriæ R.p.d.G.de N. dicti palatij apostolici causarum Auditori, audiendi, & fine debito terminandi e.S.V.commisit. Insuper verò dictus B. Auditor appellatione, sicut præmittitur coram eo interposita, & commissione causæ huiusmodi non obstante dictā prętensam sententiam,& processum coram eo habitum aggrauauit, & successiuè reaggrauauit interdictum posuit, & brachium seculare inuocauit. Tandē prælibatus dominus G. in causa huiusmodi vigore commissionis sibi factæ ad nonnullos actus iudiciales, citra tamen ipsius causæ conclusionem ritè, & legitimè processit. Pater sancte supplicant e. S. V.præfati Ioann.G.ex vna & Ioann. R. partibus ex altera quatenus causam,& causas huiusmodi ad e. S.V.dignemini aduocare, necnon eam, & eas de consensu partium prædictarū, vnà cum earum incidentibus, emergeatibus, annexis, & connexis, &c. in eo statu, sicut coram eodem domino G. pendebant indecisè alicui prælato in Rom.Cur. residenti committere reassumendas,audiendas, &c. cum potestate de consensu partium prædictarum eundem Io.G.ab omnibus,& singulis prætensis sententijs,excommunicationis censuris,& pœnis quibus sic vt pręmittitur innodatus fore prætenditur simpliciter,vel ad cautelam absoluendi,& communione fidelium,& participatione ecclesiasticorum sacramentorum restituendi, ac omnia alia, & singula quæ in præmissis,& circa ea necessaria & opportuna fuerint,& quæ etiam idem d. G. facere potuisset faciendi,ac alijs clausulis opportunis, & consuetis in contrarium facientibus,non obstantibus quibuscumque.

Commissio absolutionis de consensu partium cum reincidentia,ob non paritionem litterarum executorialiū cum relaxatione bonorum arrestatorum inuocatione brachij secularis.

Beatissime pater,R.p.d. G. de N. vestri sacri Palatij Apostolici causarū Auditor quondam P.Abbatem, & conuentum monasterij in N.ordinis N.N. diœcesis ad instantiam quondam Ioan.tunc perpetui vicarij ecclesiæ in N. N. diœcesis ad soluēdum eidem quondā Ioan. singulis Annis centum florenorum Renensi. occasione fructuum dictæ ecclesiæ sententialiter condemnasse dicitur, litterasque executoriales desuper decreuisse. ac deinde pœnas, & cēsuras in ipsis litteris executorialibus contentas prædictis quondam P.abbatem, & conuentum monasterij huiusmodi incidisse, declarasse, aggrauasse, reaggrauasse, interdictum posuisse cū inuocatione brachij secularis inclusiue prout in ipsis litteris prætensis desuper habitis plenius continetur. demum verò præfatus quondam Io. quadā infirmitate prægrauatus testamentum suum condidit, & inter cętera executores,& testamentarios ad petendum quascumque pecuniarum summas à quibuscumq; personis,& præsertim à dicto abbate,& conuentu omnes, & singulas pecuniarum sūmas ipsi Io. debitas,& in quibus per præfatū d.G. auditorem sententialiter condemnati reperiuntur constituit prout in prætenso testamento desuper confecto, latius dicitur contineri,& præfatus conuentus cum testamētarijs, siue executoribus de et super dictis pecuniarū sūmis in quibus sic vt pręmittitur dicto quondam Ioa. obligabantur, & condemnati fuerunt amicabiliter concordarunt; ita tamen q infra quatuor menses à die absolutionis à censuris prædictis ipsis Abbati, & conuentui impartitę proximè,ex tunc sequentes debeant eisdē hæredibus, siue testamentarijs de C C C. florenorum Renensium satisfecisse,aut consensisse, q eis satisfiat de fructibus arrestatis,ex inuocatione brachij secularis,per proconsules, cōsules, & ciues,siue oppidanos in N.N.diœcesis. Pro tanto dignetur S.V. de consensu testamētariorum,& executorū huiusmodi, alicui prælato in Romana Curia residenti committere, & mandare quatenus præfatum quondam B. Abbatem, totumque conuentum eiusdem monasterij in N.à sentētijs, & censuris huiusmodi in forma Ecclesiæ consueta simpliciter, vel ad cautelā absoluat,ipsosq; sacramētis,& vnioni sāctæ matris Ecclesiæ restituat,interdictūq; relaxet, necnon quosdam proconsules, consules,ciues,siue incolas oppidi N. dictæ N.diœcesis moneat,& requirat,ac moneri, & requiri faciat quatenus infra certum terminum eis, & eorum cuilibet,per præpositum decanū pręfafatum præfigendum debeant,sub excommunicationis pęna tantùm de bonis ad ipsos Abbatem, & conuentum spectantibus, & pertinentibus,ac per ipsos proconsules,consules,ciues, siue incolas dicti oppidi vigore brachij secularis arrestatis, & occupatis, vt præmittitur ad valorem ccc.florenorum Renēsium hæredibus testamentarijs, siue executorialibus prædictis, siue eo-

siue eorum procuratoribus legitimis ad hoc specialiter constitutis consignasse: residuũ verò bonorum huiusmodi postquàm ipsis hæredibus, executoribus, & testamentarijs de huius modi ccc. florenorum Renensium satisfactum fuerit præfatis Abbati, & conuentui realiter, & cum effectu, sine contradictione, & rebellione, quibuscumque consignẽt, cum potestate de arrestãdi residua bona, ac reintrudendi ipsum Abbatem, & conuentum, in omnibus, & singulis censuris, & pœnis in eisdem litteris executorialibus contentis, si & inquantum dictus conuentus, seu proconsules, consules, ciues, siue incolæ oppidi prædicti, dicti conuentus nomine infra quatuor menses, à data absolutionis huiusmodi impendentes, de huiusmodi ccc. florenorum Renensium ipsius hæredibus, executoribus, siue testamentarijs prædictis non satisfecerit realiter, & cũ effectu. litteras quoque necessarias suo sub sigillo decernendi, aliaq; in præmissis, & circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna faciendi, in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque.

Commissio absolutionis de consensu partium, ob non responsionem libelli.

Dignetur S.V. alicui prẹlato in Rom. Cur. residenti cõmittere, & mandare quatenus deuotũ S.V. oratorem N.N. diœcesis, ab excommunicationis sententia, alijsque pẹnis, & censuris Ecclesiasticis in eum per R.p.d.G. vestri sacri palatij apostolici causarum Auditorem, ob non responsionem libelli in quadam causa quæ coram eo inter eundẽ N. ex vna, & quemdã clericũ N. diœcesis de & super occupatione & detentione fructuum, redditũum, & prouentuum ad quãdam ipsius A. perpetuam vicariam in ecclesia N.N. diœcesis sitam spectantium, & pertinentium, pendente, & illorum occasione, oblati ad dicti A. instantiam latis de partiũ consensu, per se, vel alium absoluat, ipsumque cõmunioni fidelium, participationi Ecclesiasticorũ sacramentorum, ac sanctẹ matris Ecclesiæ vnitati restituat, cõstitutionibus, & ordinationibus, apostolicis cæterisque contrarijs, non obstantibus quibuscumque.

Commissio absolutionis de consensu partium, ob non solutionem debiti, ab excommunicationis sententia, ab Auditore Cameræ lata.

Dignetur S. V. alicui prælato in Rom. Cur. residenti committere, & mãdare quatenus deuotum oratorem vestrum P. clericum N. diœcesis ab omnibus, & singulis sententijs, excommunicationis, aggrauationis, & reaggrauationis, quibus dictus orator ex aduerso fore prætenditur, alijsq; pẹnis, & censuris ecclesiasticis in ipsum P. oratorem per R.p.d.N. auditorem Cameræ, ad instantiam cuiusdam F. Ciuis Coloniensis, ob non solutionem certarum pecuniarum latis, & promulgatis, de consensu prẹlibati F. simpliciter per se, vel alium in forma Ecclesiæ consueta, absoluat, & ipsum communioni fidelium restituat, iniuncta sibi pro modo culpẹ pœnitentia salutari, ac interdictũ à quibusuis locis, vbi opus fuerit relaxet, & tollat, litterasq; desuper necessarias, quascũque suo sub sigillo decernendo, & concedendo: in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque.

SEQVVNTVR ARTICVLI VARII DIVERSORVM negociorum SECVNDVM ORDINEM, *vt sequitur.*

ARticuli pro verificatione commissionis obtentæ contra intrusos, & intrudendos, pro verificatione cõmissionis vobis R.p.d.N. Auditore ad instantiã d.N. canonici, &c. factæ, & prẹsentatæ, ac in omnem meliorem modum, finẽ, & effectũ quibus id de iure fieri potest, & debet procurator, & eo nomine dicti D. P. partis suæ dat, facit, & exhibet infrascripta, petẽs se, & partẽ suam ad probandũ ea in curia admitti, offerẽs se illa legitimè probaturũ, citra tamen onus superfluè probationis de quo protestatur expresse. Et hic primò ponitur existẽtia Ecclesiæ Cathedralis, vt sit in articulis infrascriptis.

Item ꝙ præmissis non obstantibus quidam N. qui se gerit pro clerico, &c. in huiusmodi canonicatu, & prẹbenda de quibus agitur, eorumq; possessione temerè, & de facto cũ de iure nõ potuerit, neque potest, intrusit, intrudiq; permisit, illosq; intrusionis huiusmodi prætextu detinuit, & occupauit, prout detinet, & occupat, aut forsan aliquis alius medio tempore, seu in eisdem intrusit, et illos occupat, et detinet fructus, redditus, & prouẽtus ex eisdem canonicatu, & præbenda aduenientes percipiendo, & leuando, seu verius vsurpando, & in suos priuatos vsus conuertendo in ipsius animæ periculum, & prædicti domini P. prẹiudicium non modicum, & grauamen.

Quare petit procurator prẹdictus quo supra nomine per vos dominum Auditorem supradictum litteras monitorias, et in euentum citato-

citatorias, iuxta vim, formã, & tenorem commissionis desuper vobis factæ, & præsentatæ, sibique, partique suæ prædictæ, & contra præfatum intrusum, & quemcumque alium forsan medio tempore, in huiusmodi canonicatu, & & præbenda intrusum, vel intrudendum super prẹmissis decerni, & cõcedi, saluo iure addendi, corrigendi, &c.

Articuli ad docendum causam esse deuolutam ad sedem Apostolicam per appellationem in partibus interpositam à diffinitiua sententia.

Ad finem & effectum, vt vobis Reuerendo patri, &c. cõstet huiusmodi causam per appellationem, pro parte Venerabilis, &c. partis suẹ à quadam prætensa diffinitiua sententia per D. &c. super parochiali ecclesia pro P. aduersario, & contra prædictum, &c. vt prætenditur lata ad sanctam sedem Apostolicam successiuè interpositam, & intimationem inde subsecutam fuisse, & esse ad sedem ipsam legitimè deuolutam, necnon ad omnem aliũ meliorem finem, & effectum quibus id fieri potest, & debet procurator, & eo nomine dicti D. &c. dat, facit, & exhibet infrascripta, quibus petit per partem aduersam in huiusmodi causa medio ipsius iuramento per verbum credit, vel non credit responderi. Et si negata fuerint probare intendit, seque & partem suam ad probandum eosdem in curia, & extra admitti, offerẽs se illos legitimè probaturum: citra tamẽ onus superfluæ probationis, de quo protestatur.

In primis enim procurator prædictus quo supra nomine ponit, & probare intendit, quod aliàs de anno Domini, &c. & de mẽse, &c. lite pendẽte in partibus corã venerabili, & præten so iudice apostolico inter dictũ D. &c. ex vna, & dictum N. aduersarium de & super dicta parochiali, &c. & ipsius occasione idem d. N. taliter qualiter in dicta causa procedens prẹtensam quãdam diffinitiuam sententiam pro dicto aduersario, vt prætenditur, promulgauit. Et ita fuit & est verum.

Item ꝙ ab huiusmodi prætensa diffinitiua sententia eius nullitate salua fuit pro parte dicti N. infra tempus, & aliàs legitimè ad sedẽ Apostolicã de anno Domini, &c. & mẽsis prẹdicti prouocatum, & appellatũ. Et sic est verũ.

Item ꝙ huiusmodi appellatio fuit postmodũ procuratori in dicta lite partibus pro parte dicti N. aduersarij constituto pro parte ipsius domini D. etiam debitè intimata, & insinuata: quòdque dictus N. aduersarius huiusmodi appellationis eiusq; intimationis modo præmisso factarum certam, & indubitatam notitiam habuit. & ita fuit & est verum.

Item ꝙ de præmissis omnibus, & singulis fuit & est publica vox & fama.

Item ꝙ subsequenter huiusmodi appellationis causa fuerit vna cum toto negocio principali vobis Reuerendo, &c. auditori prædicto per specialem commissionem, commissa, & in ea ad instantiã ipsius domini N. ad nonnullos actus iudiciales per audientiam contradictarum contradictum aduersarium processum, prout ex actis patet, ad quæ se refert. Et ita fuit, &c.

Item ꝙ prædictus N. aduersarius applicuit ad Ro. Cur. & præsentem almam vrbẽ in prosecutione litis, & causæ appellationis huiusmodi ante mensem Februarij proximè præteriti præsentis anni M. &c. quòdque etiam ipse aduersarius postquàm ad Rom. Cur. applicuit causã huiusmodi R. patri supradicto com missam sciuit, & de processu contra ipsum inchoato in dicta appellationis causa per audiẽtiam contradictarum prædictam notitiam indubitatam habuit, et habet. et ita fuit, etc.

Item ꝙ prædictus aduersarius calumniosè agens, ne in dicta curia personaliter ad huiusmodi causam apprehenderetur, seu citaretur se in locis secretis abscondit in dicta vrbe: et postquàm ad eandem accessit, latitauit, prout hodie latitat, ac onus recipiendi, et sollicitandi huiusmodi causã in audientia contradictarũ, et alibi cuidam Io. etiam in dicta curia residenti recommendauit. Et ita fuit, etc.

Item, ꝙ prædictus aduersarius fuit, et erat per dictum mensem Februarij proximè præteritũ in Ro. Cu. et in hac alma vrbe præsens, prout etiam de præsenti in eadem residet, ac in eadem de tempore prædicto saltem nocturno tẽpore visus, auditus, et palpatus fuit, prout moderno tempore etiam videtur, auditur, et palpatur saltem nocturno tempore. Et ita fuit, et est verum.

Item, quòd præfatus aduersarius postquàm ad dictam curiam applicuit sæpe sẹpius latenter saltem nocturno tempore ipsum Ioan. sollicitauit, ac domum ipsius accessit ad sciendũ, et intelligendum nouitates de meritis causẹ huiusmodi, et aliorum negociorum contra dictum Io. in dicta Ro. Cu. pro dicto aduersario sollicitat. Et ita fuit, et est verum.

Itẽ ꝙ de prẹmissis omnibus, et singulis, etc. Saluo iure addendi, &c.

Articuli ad docendum causam deuolutam per appellationem, ab intrusione interpositam.

Ad effectum, et finem vt vobis Reuerendo patri,

patri, etc. Auditori prædicto constet huiusmodi causam per appellationem pro parte venerabilis viri domini N. partis suę ab intrusione, & occupatione, & detentione parochialis ecclesiæ, &c. per dictum Ioan. aduersarium, & partem suam factis interpositam fuisse, & esse ad sedem apostolicam, etc. vt supra.

In primis namq; procurator prædictus quo supra nomine dicit, asserit, & ponit, & si opus fuerit, probare intendit; ꝙ prædictus Ioan. aduersarius ante sex annos proximè præteritos fuit, & est canonicus præbendatus in ecclesia, etc. necnon in ipsa ciuitate homo potens, magnaq; parentela, & quamplures sibi adhęrentes, & fauentes homines ad nutum, & mandatum suum habens palam, & publicè. Et sic fuit, etc.

Item ꝙ prædictus Io. aduersarius à prædicto tempore citra, et vltra, et præsertim à tempore quo in dicta ciuitate deguit, et moram traxit continuè habuit, et modernis temporibus habet ligas, et partes cum diuersis magnis dominis dictæ ciuitatis, propter quas partialitates plures homines tam de sui quàm aliorum sibi aduersariorum, et iniuriatorum retrolapsis temporibus fuerunt, et sunt hincinde crudeliter interempti, ita et taliter ꝙ propterea Io. aduersarius continuè habuit, et habet secum gentes armorum fortes, et periculosos palam, et publicè. Et ita fuit, etc.

Item ꝙ prædictus Io. aduersarius fuit, et est homo potens, rigorosus, et adeò periculosus ꝙ pręfato domino P. nullatenus fuisset tunc aditus ad ipsi Io. præsentandum aliquam citationem, et in ipsius personam exequendum, seu appellationem pro parte ipsius domini P. ab intrusione, et detentione huiusmodi de qua agitur sibi personaliter intimandam. Et ita fuit, et est verum.

Item ꝙ vulgaris assertio, firma credulitas, communis opinio, communeq; dictum, ac publica vox, et fama huiusmodi ipsius Io. notitiã habentium, et de ipsius vita, moribus, et conuersatione loqui scientium, pręsertim in ciuitate, et diœcesi saltem senioris partis eorumdem fuit, et erat etiam ꝙ præfatus Ioa. fuerit, et sit homo ferox, rigorosus, bellicosus, et maximè in conuersatione periculosus: quòdque ipse Ioan. aduesarius propterea continuò habet stare plures armorum gentes huiusmodi interfectores, et quàm maximè periculosos. Et ita fuit, etc.

Item ꝙ prædictus dominus P. considerans propter præmissa sibi non fore tutum aditum ad ipsum Ioannem aduersarium pro appellatione ab intrusione prædicta interposita ipsi Io. aduersario intimanda, propterea appellatione per ipsum ab intrusione, et occupatione interposita in parochiali, etc. de qua agitur sic existit publica dum populi multitudo ad diuina ibi consueuerunt conuenire, legi et publicari fecit. Quòdq; etiam huiusmodi appellatio demum in ciuitate in domo in qua ipse Io. inhabitare consueuit, eo tamen à ciuitate absente, et similiter in ecclesia cathedrali in qua dictus Io. aduersarius canonicus præbendatus existit, et in diuersis alijs locis publicis coram notario pub. et testibus, legi et publicari fecit prout in instrumento publico desuper confecto, ad quod, et in eo contenta, etc.

Item ꝙ de præmissis omnibus, et singulis fuit, et est publica vox et fama.

Articuli ad docendum, quòd citatio deuenit notitiam citati, licèt personaliter apprehensus non fuerit.

Ad finem, & effectum, vt vobis R. p. d. N. constet citationem ad notitiam Io. in hac causa aduesarij deuenisse, & ad omnes meliores fines, & effectus parti suæ proficuos, partique aduersæ magis nociuos procurator, & eo nomine venerabilis viri domini P. dat, facit, & exhibet infrascripta, &c.

In primis namq; procurator prædictus quo supra nomine dicit, ponit, & quatenus sibi incumbit, probare intendit, ꝙ præfatus dom. P. aliàs de anno Domini, &c. omnes, & singulas causas quas contra, & aduersus quemdam Io. &c. & quoscumque alios detentores, & occupatores certorum canonicatus, & præbendæ dictæ ecclesiæ, &c. de quibus in præsenti causa agitur de & super eisdẽ canonicatu, & prębenda tunc expressis, & eorum occasione vobis Reuerendo patri, &c. auditori supradicto per specialem commissionem committi, & in vim ipsius citatorij ad partes decerni obtinuit fecitque & procurauit prout præmissa in actis erant liquent, ad quæ se refert dictus procurator nomine quo supra, & ea hic dat propositionibus, & articulis quatenus tamẽ pro se etc.

Item ꝙ proximè dicta citatio fuit postmodum in dicta ecclesia N. &c. & intra Chorum dictæ ecclesię de anno Domini, &c. hora tali, vel quasi, dum Missa maior celebraretur, canonicis, præbendatis, alijsq; beneficiatis etiam in dignitatibus constitutis, tunc ibidem propter diuinorum deuotiones interessentibus, publicè lecta, & publicata, ac ad indubitatam notitiam dicti Io. & diuersorum aliorum, & pręsertim cuiusdam N. asserentis se procuratorem dicti Io. aduersarij deducta, ita et taliter ꝙ ipse Io. et N. et cęteri occupatores ecclesię,

etc. de

&c. de qua agitur de tempore mensis Nouembris, ac etiam de mense Decembris sequentis se ad instantiam dicti Ioan. occasione ecclesiæ huiusmodi ad Rom. Curiam citatos sciuerūt, seq; ad hoc coram diuersis, & honestis personis in partibus illis iactarunt se citatos fore ad Rom. Cur. occasione dictæ ecclesiæ palam, ac publicè. Et ita fuit, &c.

Item ꝙ communis opinio, firma assertio, & credulitas, vera reputatio, cōmuneq; dictum, publica vox, & fama hominum ipsius Io. notitiam habentium, & de ipsius conuersatione loqui scientiā seu saltem sanioris partis eorumdem, & præcipuè in ciuitate, & diœcesi, ac in locis circumuicinis fuit, erat, & est ꝙ ipsa citatio per vos dominum auditorem supradictū ad instantiam dicti P. contra præfatum Io. decreta fuit de mense Nouembris anno Domini, &c. in partibus in dicta ecclesia, ac infra chorum dictæ ecclesiæ dum populi multitudo ad diuina inibi conuenirent, lecta, publicata, & ad indubitatam notitiam ipsius Io. aduersarij deducta, quòdq; ipse Io. ante lapsum mensis immediatè sequentis se citatum sciuit. Et sic fuit & est verum, &c.

Item ꝙ postmodum dictus Io. sciens se de prædicto tempore modo præmisso citatum occasione dictorū canonicatus, & prębendæ nonnullos, & inter alios venerabiles viros dominos, &c. in suos ad huiusmodi causam prosequendam constituit procuratores. Et sic, &c.

Item ꝙ post mandatum procurationis huiusmodi nomine, & ex parte dicti Io. in personis dictorum, &c. ad prosequēdum causam huiusmodi super dicto canonicatu, & præbenda, & illorum occasione fuerit in Ro. Cur. de præsenti anno in potestate dicti Io. per nonnullos fide dignas personas, visum, lectum, & repertū, prout modernis temporibus apud ipsum, & sub ipsius potestate existit. Et sic fuit, &c.

Item ꝙ similiter communis opinio, assertio, credulitas, & vera reputatio, communeq; dictum, ac publica vox, & fama hominū ipsorum notitiam, & conuersationem habentium, seu saltem sanioris partis eorumdem, & præcipuè in præsenti Rom. Cur. apud eorum socios, & amicos cum eisdem conuersantibus, fuit, erat, & est quòd præfati fuerint, & sint procuratores ad huiusmodi causam nomine & ex parte dicti Io. prosequendam per ipsum Io. constituti, quòdque mandatum procurationis huiusmodi ad prædictam causam prosequendam fuerit, & sit apud dictum Io. & sub eius potestate. Et ita fuit, &c.

Item præmissa omnia, & singula, &c.

Saluo iure, &c.

Et protestatur, &c.

Articuli ad docendum de nullitate processus ob defectum iurisdictionis iudicis non obseruantis stilum palatij.

Ad ostendendum clareq; demonstrandum de nullitate prætensæ diffinitiuæ sententiæ, vt ex aduerso prætenditur pro Ant. in hac causa aduersario, & contra venerabilem virum dominum Ber. &c. super quodā beneficio sito in parochiali ecclesia N. & N. diœcesis, & illius occasione per R. p. d. N. Abbatē, &c. ac omnes alios meliores, vim, formam, & effectum, &c.

Et primò procurator prædictus quo supra nomine dicit, ponit, & probare intēdit ꝙ si de aliqua tali prætensa diffinitiua sentētia aliquo modo constare potuerit, illa talis prætēsa sententia quatenus de illa legitimè cōstaret, fuit, & est nulla, & per non iudicem lata, &c.

Item ꝙ veritas fuit, & est præter id & absq; eo ꝙ prętatus N. prętensus Abbas, &c. aliquam habuerit iurisdictionē ordinariā, vel delegatam, sic pronunciandi prout pronunciasse, & sententiasse prętenditur: immo dictus N. prætensus Abbas huiusmodi potestatis, & iurisdictione caruit illis pręsertim tēporibus quibus, sic pronunciasse prętenditur. Et ita fuit, &c.

Item posito, non tamen admisso, ꝙ de aliqua potestate seu iurisdictione ipsius N. prætensi Abbatis, qui huiusmodi talem qualem prętensam diffinitiuā sententiam tulisse dicitur quoquomodo constaret, vel apparere posset, quod non creditur, nisi legitimè doceatur, dicit procurator prędictus quo supra nomine ꝙ veritas fuit, & est pręter id & absq; eo ꝙ aliquis ordo iudiciarius per talem prętensum iudicem fuerit iuxta stilum & obseruationem sacri palatij causarum apostolici, & aliàs iuxta iuris exigentiam debitè obseruatus: sed termini substantiales, & ordo iudiciarius fuerunt, & sunt ex toto amissi, ipseque N prętensus iudex ab omni, & legitima terminorum substantialium obseruatione, & ordine iudiciario se abstinuit, &c. Et sic fuit, & est verum.

Itē quòd similis veritas fuit & est pręter id & absq; eo ꝙ aliquis processus super quo dicta prętensa diffinitiua sententia ferri seu promulgari potuerit, fuerit vnquā per dictum N. prætensum Abbatē inter pręfatas partes habitus, factus, confectus, seu conscriptus, saltem de quibus hactenus legitimè constare potuerit siue possit. Et sic fuit & est verum.

Item quòd pręmissa omnia, & singula, &c.

Petit igitur procurator prędictus quo supra nomine per vos R. p. d. N. &c. vestramq; diffinitiuam sententiā pronunciari, decerni, & declarari prętensam diffinitiuam sententiam ex aduer-

aduerso, vt dicitur allegatam, quatenus de ipsa aliquatenus appareat fuisse, & esse nullam, illamq; quatenus de facto processit cassandam, irritandam, & annullandam fore, ac per vos cassari, irritari, & annullari, ac cassam, irritam, & nullam pronunciari decerni, & declarari, dictumq; A. aduersarium in expensis propterea in huiusmodi causa legitimè factis, &c.

Articuli de iure super capellania in ecclesia collegiata.

Positiones, & articulos infrascriptos dat, facit, & exhibet procurator, & procuratorio nomine honorabilis viri domini Io. partis suæ, ac contenta, & descripta in eisdem narratiuæ, & dispositiuæ tam coniunctim quàm diuisim, quibus per partem aduersam singulariter singulis sufficienter, & medio iuramento responderi, & si negentur se & partem suam ad probandum eosdem in Rom. Cur. & extra eam ad partes admitti petit offerens se eos legitimè probaturum, citra tamen onus superfluæ probationis, ad quam nullatenus se astringit, de quo solemniter, & expresè protestatur.

In primis siquidem ponit, & si necesse fuerit probare intendit procurator prædictus nomine quo supra quod à x. xx. xxx. lx. lxx. & centum annis proximè præteritis citra & supra etiam à tanto tempore, & per tantum tempus de cuius initio, siue contrario hominum memoria non existit inter alias Ecclesias collegiatas in ciuitate A. existentes fuit esseque consueuit, prout hodie est, quædam notabilis ecclesia collegiata dicta communiter, & appellata ecclesia S. Petri habens Decanum pro tempore tamquam caput, pluresq; canonicos præbendatos, vt membra capitulum inter se facientes; aliaq; iura, & intersignia notabilem collegiatam ecclesiam denotantia palam & publicè. Et sic fuit & est verum.

Item quòd à dictis temporibus, & per ipsa tēpora inter cætera beneficia ecclesiastica sine cura in præfata collegiata ecclesia S. Petri A. existentia, fuit, esseq; consueuit, & hodie est quædam perpetua, sine cura capellania, quam quondam D. dum viueret, obtinebat vni clero seculari dum, & quotiens casus vacationis eiusdem occurrit in titulum perpetui beneficij ecclesiastici conferri, & assignari, et per talem teneri, regi, & gubernari solita palam, & publicè. Et quod sic fuit, & est verum.

Item ꝙ tam de iure quam de vsu, more obseruantia, & consuetudine legitimè præscriptis, ac inconcusse, & inuiolabiliter per tēpus, & tempora supradicta de quorum initio, siue contrario memoria non existentis, & obseruatis collatio, prouisio, & quæuis alia dispositio dictæ capellaniç super qua agitur, quotiens eius occurrit vacatio spectauit, & pertinuit spectareq; & pertinere consueuit communiter, vel diuisim prout hodie spectat, & pertinet ad venerabiles viros dominos Decanum, & capitulum, singulosq; canonicos, & personas dictæ ecclesiç sancti P. A. pro tempore existētes solum, & insolidum absq; requisitionis cōsilio, vel assensu alterius cuiuscumque, ipsiq; domini Decanus, capitulum, canonici, & personæ pro tēpore existentes huiusmodi fuerunt, esseque consueuerunt prout moderni D. Decanus, capitulum, canonici, & personæ sunt in possessione seu quasi pacifica, & quieta iuris dictam capellaniam cum vacat communiter, vel diuisim conferendi, & de illa prouidendi, ipsique cōmuniter, vel diuisim illam pluries cōtulerunt, & de eadem disposuerunt. Quodq; collationes prouisiones, & quçuis aliç dispositiones de dicta capellania sic vt prçmittitur factæ fuerūt esseq; consueuerunt prout hodie si fierent, essent validæ, & efficaces, suosq; debitos sortitæ fuerunt, et sortientur effectus palam, et publicè. Et sic fuit, et est verum.

Item ꝙ sanctissimus in Christo pater, et dominus noster dominus N. diuina prouidentia Papa N. volens præfato domino Io. gratiam facere specialem, dudū videlicet sub data Kal. Maij pontificatus sui anno N. beneficiū ecclesiasticū sine cura cuius fructus quadraginta lib. tu. paruo. sec. tax. decimæ va. an. non excedunt ad Venerabilium virorum dominorum Decani, et capituli, singulorumq; canonicorum, et personarum præfatç ecclesiæ S. Petri A. etiam ratione dignitatum, personatuum, administrationum, et officiorum quç in illa obtinent collationem, prouisionem, præsentationem, electionem seu quamuis aliam dispositionem cōmuniter, vel diuisim pertinens si quod tunc vacabat, aut cum vacaret quod prçfatus dominus Ioan. per se, vel procuratorem suum infra vnius mensis spacium postquam sibi vacatio huiusmodi innotesceret, duceret acceptandū, conferendum eidem d. Io. cum omnibus iuribus, et pertinentijs suis donationi, et dispositioni apostolicæ reseruauit, inhibuit, decretū apposuit, executores deputauit, et alia fecit prout et quemadmodum in litteris apostolicis desuper confectis, ad quas procurator prædictus se refert, quasq; hic dat pro positionibus, et articulis, inquantum tamen pro se dictaque parte sua, et contra partem aduersam prædictam faciant, et non aliàs aliter, nec alio modo, de quo protestatur expresè, plenius continetur. Et sic fuit, et est verum.

Item ꝙ prçnominatus dominus Io. gratiam prçdi-

prędictam sic vt præmittitur sibi factam sciuit, & scit, illamq; ratam, & gratam habuit, & habet ac litteras apostolicas desuper necessarias expediri fecit quarum vigore processum in forma solita cum subexecutorum deputatione, & alijs solitis clausulis per venerabilem virum dominum G. executorem apostolicum in eisdem litteris deputatum decerni sua data diei xi. mensis Iunij anno domini M.&c. obtinuit prout in instrumento publico desuper cōfecto, ad quod procurator prædictus se refert, quodque hic dat pro positionibus, & articulis suis, inquantum tamen pro se dictaque parte sua, & contra partem aduersam prædictam faciant. & non aliàs aliter neque alio modo, de quo protestatur, expresè plenius continetur, & habetur. Et sic fuit, etc.

Item ꝙ præmissa omnia, & singula fuerunt, & sunt vera, ac de his omnibus, & singulis fuit, & est publica vox, & fama.

Item ꝙ prænominatus quondam dominus D. dudum ante tempus, & tempore obitus sui de quo infra dicetur. fuit, & erat verus, & indubitatus capellanus capellaniæ perpetuæ in ecclesia S. P. A. fundatæ, super qua in huiusmodi causa agitur, & eiusdem capellaniæ pacificus possessor fructus, redditus, & prouentus ex eadem prouenientes leuando, & percipiendo, & in suos vsus conuertendo, seq; pro tali, & vt talem habuit, tenuit, nominauit, & reputauit, ac ab alijs fuit pro tali, & vt talis habitus, dictus, visus, creditus tentus nominatus, & reputatus, habebaturq; dicebatur, videbatur, credebatur, tenebatur, nominabatur, & reputabatur palam & publicè. Et sic fuit, & est verum.

Item quòd quōdam dominus D. antedictus existens sic vt præfertur in præfata ecclesia S. P. A. capellanus, & capellaniæ huiusmodi super qua agitur pacificus possessor fructus, redditus, & prouentus ex eadem prouenientes percipiendo, & leuando, ac in suos vsus cōuertendo, dudum videlicet post vltimam Septembris, & ante primam dies mensium Nouembris anni Domini millesimi, &c. extra Rom. Curiam, & in partibus diem vitæ suæ clausit extremum, quòdq; capellania ipsa per obitum huiusmodi tam de iure quàm de facto verè vacauit, & pro vacante reputata fuit palam, & publicè. Et sic fuit, & est verum.

Item quòd capellania prædicta, sic vt præmittitur vacante præfatus dominus Io. illam dictæ gratiæ sibi vt præfertur factæ, ac processuum desuper habitorum fulminatorum, & inde secutorum vigore infra tempus debitum, & aliàs legitimè acceptauit, sibiq; de illa per honorabilem virum dominū Io. clericum A. diœcesis publicum imperiali auctoritate notarium in subexecutorem eiusdem gratię electum prouideri die vltima mēsis Octobris anno prædicto millesimo, &c. obtinuit prout instrumento publico desuper confecto, ad quod procurator prædictus se refert, quodq; hic dat pro positionibus, & articulis inquātum tamen pro se dictaq; parte sua, & contra partem aduersam prædictam faciat, & non aliàs, aliter neque alio modo de quo protestatur expresè plenius continetur. Et sic fuit, & est verum.

Item quòd pręmissa omnia, & singula fuerunt, & sunt vera ac de his omnibus, & singulis fuit, et est publica vox, & fama.

Item ꝙ pręnominatus dominus Io. dudum ante tempus, & tempore datę gratię expectatiuę, necnon acceptationis, & prouisionis prędictarum fuit, & erat prout hodie est clericus C. dięcesis magister in artibus baccalarius in legibus de legitimo matrimonio procreatus ętatis suę legitimę in communione fideliū, ac aliàs habilis, & idoneus ad dictam capellaniā, super qua agitur tenendā, regendam, & gubernandam, seq; pro tali, & vt talē habuit, tenuit, nominauit, & reputauit, ac ab alijs pro tali, & vt talis habitus, dictus, visus, creditus, tentus, nominatus, & reputatus fuit, prout habetur, dicitur, videtur, creditur, tenetur, nominatur, & reputatur palam, & publicè. Et sic fuit, etc.

Item ꝙ pręnominatus dominus G. executor apostolicus prędictus dudum ante tempus, & tempore datę dictarum litterarum gratię expectatiuę, necnō processus super eis per eumdem dominum Gun. vt prefertur, decreti fuit, & erat canonicus, ac in ipso iurium, & pertinentiarum omnium eorundem possessione, seu quasi pacifica, & quieta in cōmunione fideliū, ac aliàs habilis, & idoneus ad faciendū ea, quę scripta fecisse ponuntur, & articulantur, seque pro tali, & vt talē habuit, tenuit, nominauit, & reputauit, ac ab alijs fuit pro tali, & vt talis habitus, dictus, visus, creditus, tentus, nominatus, & reputatus palam, & publicè. Et sic fuit, etc.

Item ꝙ prędictus dominus Ioannes subexecutor apostolicus dudum ante tempus, et tempore datę acceptationis, et prouisionis prędictarum fuit, et erat clericus A. dięcesis publicus, imperiali auctoritate notarius habitum, et tonsuram honestè, et publicè deferens clericales in communione, fidelium, & aliàs habilis, & idoneus ad faciendum ea quę supra fecisse ponuntur, & articulantur: seq; pro tali, & vt talem habuit, tenuit, nominauit, & reputauit, ac ab alijs fuit pro tali, & vt talis habitus, dictus, visus, creditus, tentus, nominatus, & reputatus palam, & publicè. Et ꝙ sic fuit, &c.

Item quòd ab vno v. & vj. & x. annis proximè præteritis continuè, citra & supra fructus,

redditus, & prouentus dictæ capellaniæ super qua agitur 40.li.tu.par.sec.tax.decimę va.an. non excesserunt, prout nec hodie excedunt, quinimmo infra eundem valorē comprehęnsi fuerunt, & comprehenduntur palam,& publicè. Et sic fuit,&c.

Item quòd præmissa omnia, & singula fuerunt,& sunt vera, ac de his omnibus,et singulis fuit,et publica vox,et fama.

Item ꝙ pręmissis non obstantibus quidam G. assertus clericus,cui nullum numquā ius in dicta capellania super qua agitur, seu ad eam competijt, aut competit se gratiæ, necnon acceptationi,et prouisioni prædictis,ac bono iuri pręfato domino Ioanni in dicta capellania competenti opposuit, et opponit, ac fecit, et facit queminus suum cōsecutæ fuerint effectū, et quod deterius est, se in eadē capellania intrusit,et illam occupauit, prout intrusus est,et occupatam detinet de pręsenti fructus, redditus,et prouentus ex eadem prouenientes recipiendo,et in suos vsus conuertendo:quòdq; licèt pręfatus G. fuerit pluries pro parte dicti dñi Io.requisitus,vt ab oppositionibus, perturbationibus, intrusionibus, occupationibus, et impedimētis prędictis se abstinere,et cessare, dictamq; capellaniam eiusq; possessionē liberam, vacuam,et expeditā, cum exinde perceptis fructibus eidē domino Io. dimittere, tradere,et relaxare deberet, prout tenetur,et debet de iure: ipse tamen G.hoc facere denegauit,et etiam recusauit,prout denegat, et recusat de pręsenti in animæ suæ periculū, dictiq; domini Io.graue damnum,atque iacturam palam et publicè. Et sic fuit,et est verum.

Item procurator prædictus omnia,et singula in huiusmodi causa producta, et peoducēda dat pro positionibus, et articulis, inquantum tamen pro se, dictaq; parte sua contra partem aduersam prędictā faciant, et non aliàs aliter, neque alio modo de quo protestatur expresse.

Item dat de notarijs, et notariorum signis, sigillisq;, et habilitatibus personarum, prout fuit, et est moris atque stili.

Item dicit ꝙ omnes,et singuli pręnominatę personæ fuerunt, et illæ quæ viuunt,sunt tales quales fuisse,et esse ponuntur, et articulantur.

Quare petit, etc.

Saluo iure,etc.

Et protestatur, etc.

Articuli super capellania in parochiali ecclesia.

Positiones et articulos infrascriptos, ac cōtenta,et descripta in eisdem dat,facit,et exhibet procurator, et eo nomine honorabilis viri domini Ioannis presbyteri M. diœcesis partis suæ tam coniunctim quàm diuisim,ac narratiuè,et dispositiuè, et de quolibet quibus sic singulariter singulis per partem sibi in hac causa aduersam medio suo iuramento per verbum credit, vel non credit sufficienter responderi: et si negati fuerint ad probandum in Rom.Cu. et extra eam eosdem admitti, remissionemq; desuper ad partes si opus fuerit decerni petit, citra tamen onus superfluæ probationis, ad quod propterea se non astringit, de quo protestatur expresse.

In primis enim dictus procurator quo supra nomine dicit,ponitq;, et si necesse fuerit,probare intendit quòd à x.xx.xxx.xl l.lx.et centum annis proximè, et immediatè pręteritis, necnon à tanto tempore, et per tantū tempus cuius initij, siue contrarij hominum memoria non exiltit ciuitas B.habuit, habereq; consueuit, et habet solemnem cathedralem ecclesiā vocatam communiter, et appellatam ecclesia cathedralis B. habens saluis vacationum temporibus Episcopū pro tempore, vt caput, necnon præpositum, Decanum, scholasticum, et quamplures canonicos ibi præbendatos, vt membra capitulum ex et inter facientes,et repræsentantes, longamq; et latam diœcesim ab alijs diœcesibus circumfaciētibus distinctam, et separatā, pluraq; alia iura, signa et insignia solemnem cathedralem ecclesiam facientia, et demonstrantia palam et publicè. Et sic fuit et est verum notorium, atque manifestum.

Item ꝙ à temporibus, et per tēpora supradicta inter cætera oppida in dicta B.diœcesi, ac infra illius fines, et limites existentes, fuit, esseq; consueuit, et hodie est quoddā notabile oppidum vocatum communiter,et dictum oppidum N. B. diœcesis habens turres, mœnia, muros,fossata,fortalicia, necnon parochialem ecclesiam dictam,et appellatam ecclesiam parochialem sancti G.oppidi N.B.diœcesis,et in illa quamplura beneficia ecclesiastica, et altaria clericis secularibus in titulum perpetuorū beneficiorum ecclesiasticorum eorundem casu occurrente conferri,et assignari solita,pluraq; alia iura, signa, et insignia notabile oppidum facientia, et demonstrantia palam, & publicè, et notoriè. Et sic fuit, et est verum.

Item ꝙ ab eisdem temporibus, et per ipsa tēpora inter alia beneficia ecclesiastica in dicta ecclesia parochiali sancti G. oppidi N.B. diœcesis existentia,fuit,esseq; cōsueuit, et hodie est quoddam beneficiū ecclesiasticum vocatum communiter, et appellatum beneficium ecclesiasticum ad altare sancti Ia. situm in dicta ecclesia parochiali sancti G.quod quondam N. eiusdem beneficij dum viueret rector dudū

ante

ante tempus,& tẽpore obitus sui infra dicendi tenebat,& possidebat. Et sic fuit & est verum.

Item ꝙ similiter à dictis temporibus,& per eadem tẽpora de vsu,more, obseruantia,& cõsuetudine legitimè præscriptis,ac inconcussè,& inuiolabiliter tentis, & obseruatis collatio, prouisio,præsentatio,seu quęuis alia dispositio dicti beneficij ad altare sancti Ia. siti in parochiali ecclesia supradicta spectauit, & pertinuit,spectareq;, & pertinere consueuit,ac spectat,.& pertinet ad venerabilẽ virum dominũ Decanũ dictæ ecclesiæ cathedralis B. fuerũtq; domini Decani eiusdẽ ecclesię B. pro tempore prout modernus dominus Decanus est in possessione,vel quasi pacifica,& quieta iuris præmissorum,ac sæpe & sæpius de dicto beneficio ad altare sancti Iac. pro tempore vacante,absque requisitionis consilio, vel assensu alterius cuiuscumq; præfati domini Decani disposuerunt: quòdq; dispositiones huiusmodi dum,& quotiens fiebant,fuerũt,& hodie si fierent, sortirentur effectum sedis Apostolicæ,& legatorũ eius dispositionibus,ac indebitis occupationibus dumtaxat exceptis. Et sic fuit, &c.

Item quòd pręmissa omnia, & singula fuerunt,& sunt vera,ac de ipsis fuit,& est publica vox,& fama.

Item ꝙ sanctissimus in Christo pater,& dominus noster dominus N. diuina prouidentia Papa N.volens præfato domino Io.meritorum suorum intuitu gratiam facere specialem, dudum videlicet sub data vj Kal. Decemb. Pontificatus sui anno N. inter cætera motu proprio beneficiũ ecclesiasticum cũ cura, vel sine cura ad Reuerendiss. in Christo patris, & domini domini Episcopi B. ac venerabiliũ virorum dominorum præpositorum, Decanorum, scholasticorũ,cantorum, custodum,& capellanorum,singulorumq; canonicorũ, & personarum B.& sancti Petri N.M.diœcesis ecclesiarũ collationem,etc.communiter,vel diuisim pertinens,si ꝙ vacabat tunc,aut inde vacaret quod ipse dominus Io. per se,vel procuratorẽ suum ad hoc ab eo legitimè constitutum infra vnius mensis spatium postquam sibi, vel eidem procuratori suo vacatio illius innotesceret, duceret acceptandum conferendum sibi post acceptationem huiusmodi cum omnibus iuribus, & pertinẽtijs suis donationi apostolicæ reseruauit,inhibuitq;,irritum decreuit,& executores deputauit, aliàsq; & alia fecit, fieríque voluit atque mandauit prout in litteris Apostolicis desuper confectis, ad quas & in eis contenta, dictus procurator quo supra nomine se refert, illasq; & ea hic dat pro positionibus & articulis quatenus tamen pro se, & cõtra partem aduersam faciant,& non aliàs,aliter,neq; alio modo de quo protestatur expresse,plenius continetur,& habetur. Et sic fuit,etc.

Item ꝙ præfatus dominus Io. gratiam huiusmodi sibi, sic vt præmittitur factam sciuit, & scit,illamq; gratam, et ratam habuit,et habet, et litteras desuper expediri, ac processus super illis necessarios, et opportunes per Reuerẽdum in Christo patrem, & dominum dominum A. Episcopum G.executorẽ inter alios deputatum decerni,fulminari,& fieri fecit,et procurauit prout in processibus huiusmodi desuper sub data anni domini M.etc. die xxv. mensis Ianuarij Pontificatus præfati domini nostri Papæ anno N confectis, ad quos, et in eis cõtenta dictus procurator nomine quo supra similiter se refert, illosq; et illa hic etiam dat pro positionibus, & articulis cum, et sub protestatione proximè dicta plenius continetur,et habetur. Et sic fuit, et est verum.

Item ꝙ supradictus quondã N dudum ante tempus,& tẽpore obitus sui infradicendi fuit, & erat rector dicti beneficij altaris sancti Iac. de quo hic agitur,ac in illius iurium, & pertinentiarũ omnium eiusdẽ possessione, seu quasi pacifica, et quieta constitutus, seq; pro tali, et vt talis habitus,tẽtus,nominatus,& reputatus, etc.palam,et publicè. Et sic fuit,& est verum.

Item quòd idem quondam N.existens sic vt præmittitur dicti beneficij ad altare sancti Ia. rector, ac in ipsius iurium, et pertinentiarum omnium eiusdẽ possessione, vel quasi pacifica, et quieta constitutus nuper videlicet post xv. Martij, et ante xvij dies Aprilis mensium anni Domini M etc.extra Rom.Cur et in partibus diem vitæ suæ clausit extremum. Quòdq; per ipsius quondam N obitum dictum beneficium tam de iure quàm de facto verè vacauit, ac vacare, et pro vacante reputatum fuit palam,et publicè. Et sic fuit,et est verum.

Item ꝙ præfatus dominus Ioan. dictum beneficium altaris sancti Iac.in N sic vt pręmittitur vacans ipsius vacationis habita notitia gratiæ suæ necnon processuum prædictorum vigore infra tempus debitũ acceptauit, et obtinuit sibi prouideri de eodem,aliasq; diligentias debitas fecit, & fieri curauit prout in documentis publicis desuper confectis, ad quæ, et in illis contenta procurator prædictus quo supra nomine se refert,illaq; hic dat similiter pro positionibus,et articulis, quatenus tamen pro se, et parte sua contra aduersam partem faciant, & non aliàs,aliter, neque alio modo, de quo protestatur expresse plenius continetur,& habetur. Et sic fuit, & est verum.

Item ꝙ de præmissis omnibus, & singulis fuit,& est publica vox,& fama.

Item quòd dictus dominus Ioann. dudum

ante tempus, et tempore datæ gratiæ, necnon processũ acceptationisque, et prouisionis prędictarum fuit, et erat prout est presbyter secularis, habitum, & tonsuram honestè deferens presbyterales, rector parochialis ecclesiæ in P. H. diœcesis ætatis legitimæ, in, ex, & de legitimo matrimonio procreatus, & in communione fidelium, aliàsq; habilis, et idoneus ad huiusmodi gratiam habendum, illiusq; vigore beneficium de quo agitur assequendum, et tenendum, regendum, et gubernandum, seq; pro tali, et vt talem habuit, tenuit, nominauit, et reputauit, ac ab alijs fuit pro tali, et vt talis habitus, tentus, nominatus, et reputatus prout habetur, tenetur, nominatur, et reputatur palam, et publicè. Et sic fuit, et est verum.

Item ꝙ similiter dudum ante tempus, et tẽpore fulminationis processuum prædictorum R. p. d. Episcopus E. executor prædictus vocabatur hoc nomine A. fuitq; & erat idem dominus A. Episcopus E. ac in ipsius Episcopatus E. iuriumque, & pertinentiarum eiusdem possessione, seu quasi pacifica, & quieta constitutus in communione fidelium, aliàsq; habilis, & idoneus ad faciendum, & exercendum ea quæ in præmissis fecisse dicitur, & exercuisse, seque pro tali, & vt talem habuit, tenuit, nominauit, & reputauit, ac ab alijs fuit pro tali, & vt talis habitus, tentus, nominatus, & reputatus palam, & publicè. Et sic fuit, &c.

Item ꝙ omnes, & singuli superius, & alij in, & pro parte dicti domini N. in huiusmodi causa producti, & producendi fuisse dicuntur temporibus saltem illis quibus tales fuisse, & esse describuntur in communione fidelium, aliasq; habiles, & idonei ad faciendũ, & exercendum ea quæ in productis, & producendis huiusmodi fecisse, & exercuisse dicuntur, suntq; pro talibus, & vt tales habiti, tenti, nominati, & reputati palam et publicè. Et sic fuit et est verũ.

Itẽ ꝙ ab vno, duobus, tribus, quatuor, quinque, octo, et decem annis proximè præteritis fructus, redditus, et prouentus dicti beneficij ad altare sancti N. in N. super quo hic agitur summam xviij. marcarum argenti taxationem decimæ in dictis litteris expressam siue valorem annuum non excesserunt neque excedere consueuerunt, prout nec excedunt, quinimmo longè infra eundem valorem comprehensi fuerunt atque comprehenduntur palam, et publicè. Et sic fuit et est verum.

Item quòd præmissis non obstantibus quidam G. assertus clericus in huiusmodi causa aduersarius cui in præfato beneficio ad altare sancti N. vel ad illud nullum vmquam ius cõpetijt neque competit se gratiæ processibus, acceptationi, et prouisioni prædictis, necnon bono iuri ipsi domino N. in dicto beneficio, et ad illud competenti temere et de facto cum de iure non possit nec debet, opposuit, et opponit, impediuitq; et impedit ac fecit, et facit quominus gratia, acceptatio et prouisio suum debitum sortiantur, et sortitæ fuerint effectũ, quinimmo quòd deterius est idem G. aduersarius se in prędicto beneficio, de quo hic agitur, intrusit, et intrudi procurauit, illudq; intrusionis huiusmodi pretextu occupauit, et detinuit, prout detinet indebitè occupatum fructus, redditus, et prouentus ex eodem prouenientes vsurpando, et in suos vsus damnabiles conuertendo, aliàsq; idem G. dictũ dominum N. in præmissis multipliciter molestauit, vexauit, turbauit, et inquietauit prout molestat, vetat, turbat, & inquietat in animæ suæ salutis dispendium, dictiq; domini N. prędiudicium non modicum damnum, grauamen et iacturam. Et sic fuit, et est verum.

Item ꝙ pręmissa omnia et singula fuerunt, et sunt vera ac de his omnibus et singulis fuit, et est publica vox, et fama.

Item procurator prædictus quo supra nomine dat hic libellum partis suæ ac producta, et producenda pro eadem parte sua in huiusmodi causa locum positionum, & articulorum quatenus tamen pro se parteq; sua, et contra partem aduersam faciant, et non aliàs aliter vltra neque alio modo, de quo protestatur solemniter, et expressè.

Idẽ dat de notarijs, notariorumq; manibus, et signis atque habilitatibus personarum necnon sigillis prout fuit, et est moris atq; stili.

Quare petit procurator prædictus quo supra nomine per vos R. patrem dominum auditorem supradictum vestramque sententiam diffinitiuam pronunciari, decerni, et declarari prout latius petetur verbo, et in scriptis suis loco, et tempore opportunis.

Saluo iure addendi, minuendi, mutandi, corrigendi, etc.

Et protestatur prout fuit, et est moris atque stili, etc.

Articuli de iure super canonicatu, & præbenda ecclesiæ collegiatæ.

Positiones, et articulos infrascriptos ac contra, et descripta in eisdem dat, facit, et exibet procurator, et eo nomine honorabilis viri domini Io. principalis partis suæ, quibus et eorum singulis partem sibi in hac causa aduersam medio suo iuramento responderi, et si negati fuerint se et partem suam ad eos probandum in Rom. Cur. et extra eam admitti petit, ad superfluam tamen probationem minimè

mè astringens de quo protestatur expreſsè.

In primis dicit, et ſi neceſſe fuerit probare intendit quòd à x. xx. xxx. xl. l. lx. et centum annis citra, et ſupra continuè, et de pręſenti, et à tanto tempore de cuius initio huiuſmodi memoria non exiſtit ciuitas N. habuit, habereque conſueuit prout habet de pręſenti inſignem ac notabilem cathedralem eccleſiam vocatam communiter, et appellatam eccleſia cathedralis N. habens ſaluis vacationum temporibus Epiſcopum pro tempore tamquam caput necnon decanum, et quamplures canonicos præbendatos, vt membra eccleſiam cathedralem, et capitulum inter ſe facientes, et repræſentantes, longamq; et latam diœceſim ab alijs circumuicinis diœceſibus diſtinctam et ſeparatam, aliaq; ſigna, et inſignia inſignem ac notabilem eccleſiam cathedralem faciētia, et repræſentantia palam publicè, et notoriè. Et ſic fuit et eſt verum.

Item ſimiliter dicit, et ſi neceſſe fuerit probare intendit ꝙ à dictis tēporibus citra et ſupra cōtinuè et de pręſenti et à tempore de cuius initio huiuſmodi memoria non exiſtit inter collegiatas eccleſias in dicta ciuitate N. exiſtens fuit, et eſſe cōſueuit prout eſt de pręſenti quædā notabilis eccleſia collegiata dicta cōmuniter, et appellata eccleſia collegiata B. Marię N. habens Decanū pro tēpore vt caput ac quamplures alios canonicos præbendatos vt membra inter ſe capitulum, & eccleſiam collegiatam facientia repræſentantia, aliaque iura, ſigna & inſignia notabilem collegiatam eccleſiam facientia, & demonſtrantia palam publicè, & notoriè. Et quòd ſic fuit, &c.

Item vlterius dicit, & ſi neceſſe fuerit probare intendit, ꝙ à dictis temporibus citra, & ſupra continuè, & de præſenti inter alios canonicatus, & præbendas in dicta colleggiata eccleſia exiſtentes fuerunt, & eſſe conſueuerūt prout ſunt de præſenti quidam canonicatus, & præbendæ, quos quondam P. dum vixit, ac tempore obitus ſui infra dicendi tenebat, & poſſidebat. Quòdq; per eiuſdem Petri obitum tam de iure quàm de facto verè vacarunt, & pro vacantibus reputati fuerunt palam, publicè, & notoriè. Et ſic fuit, & eſt verum.

Item dicit, & ſi neceſſe fuerit probare intendit, ꝙ tam de iure cōmuni quàm de vſu, more, conſuetudine, & obſeruātia legitimè præſcriptis, ac per tempus, & tempora ſupradicta inuiolabiliter, & inconcuſſe tentis, & obſeruatis collatio, prouiſio, & omnimoda diſpoſitio dictorum canonicatus, & præbēdæ ſuper quibus agitur dum, & quotiens caſus vacationis illorum pro tempore occurrit, ſpectauit, & pertinuit, ac ſpectare, & pertinere conſueuit, prout ſpectat, & pertinet ad Epiſcopū N. pro tēpore exiſtentem ſolum, & inſolidum, prout hodie ſi ſimilis caſus vacationis occurreret, ſpectaret, & pertineret ad modernum dominum Epiſcopum ſolum, & inſolidum, fueruntq; ipſi N. P. Epiſcopi pro tempore exiſtentes, prout modernus Epiſcopus eſt, in poſſeſſione ſeu quaſi pacifica, & quieta omnium, & ſingulorum pręmiſſorum, ac ſæpe, & ſæpius canonicatum, & præbendam huiuſmodi ſuper quibus agitur ipſorum vacatione occurrente perſonis idoneis contulerunt, & de ipſis prouiderunt, quòdque collationes, & prouiſiones huiuſmodi, dum ſic vt pręmittitur factę fuerunt, & adhuc hodie ſi fierēt, eſſent validæ, & efficaces, ſuumq; debitū ſortitæ ſunt effectū, & ſortirentur diſpoſitionibus, & reſeruationibus apoſtolicis ſemper ſaluis palam, publicè, & notoriè. Et ſic fuit, &c.

Item vlterius dicit, & ſi neceſſe fuerit probare intendit, quòd quōdam P. canonicus prębendatus, ac in pacifica poſſeſſione dictorū canonicatus, & prębendæ exiſtens, fructus, redditus, & prouentus ex eiſdem prouenientes leuando, & percipiēdo de anno Domini, &c. poſt quintamdecimam Octobris, & ante decimam dies menſis Nouembris, extra Romanam Curiam, & in partibus diem ſuum clauſit extremum. Quòdq; per ipſius P. obitum dicti canonicatus, & prębendę vacarunt, & pro vacantibus reputati fuerunt palam, publicè, & notoriè. Et quòd ſic fuit, & eſt verum.

Item quòd ſanctiſſimus D. N. dominus N. diuina prouidentia Papa N. volens præfato d. Io. clerico N. diœceſis decretorum doctori, ac in alma Vrbe in decretis legenti, ac de nobili genere procreato gratiam facere ſpecialem, gratiam fecit expectatiuam ſub anno, &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicę M. &c Kal. Aprilis Pontificatus ſui anno N. ad duo beneficia eccleſiaſtica cum cura, vel ſine cura, quæ ipſe d. Io. per ſe ſiue eius procuratorem, ſi tunc vacabant, vel cum vacarent infra menſem duxerit acceptanda ad collationem Reuerendorum patrum, & dominorum N. & Redonenſi Epiſcoporum, ſingulorumque canonicorum, & perſonarum N. et R. eccleſiarum, tam coniunctim quàm diuiſim, ac alia fecit, et mandauit, prout in litteris apoſtolicis deſuper confectis, ad quas ſe refert procurator prædictus, et hic dat pro poſitionibus, et articulis latius continetur. Et ſic fuit, et eſt verum.

Item dicit quòd d. Io. dictam gratiam expectatiuam ſibi factam ſciuit, ac ſcit, ac illam gratam, et ratam habuit, litteràsq; apoſtolicas deſuper fieri procurauit, quas bo. me. d. T. Epiſcopo T. executori in eiſdē literis apoſtolicis de-

putato præsentauit, ac processus sibi desuper necessarios decerni, & fulminari obtinuit palam, publicè, & notoriè, et sic fuit, etc.

Item dicit vlterius ꝙ dictis canonicatu, et præbenda, sic vt præmittitur vacantibus, Venerabilis vir magister Io. procurator ad hoc legitimè constitutus præfati D. Io. dictos canonicatum, et præbendam infra tempus debitum acceptauit, necnon de eisdem, sibi per Venerabilem, & circumspectum virum D. An. de Sorem R. p. d. Episcopi N. Vicarium generalem, quem in suum subexecutorem elegit, sibi prouidere obtinuit, necnon possessionem realem, & actualem eorumdẽ canonicatus, & prębendæ assecutus fuit, prout in instrumento publico desuper confecto, ad quod se refert procurator prædictus, & hic dat pro positionibus, & articulis latius continetur palam, publicè, & notoriè. Et sic fuit & est verum.

Item ꝙ tempore datę acceptationis, & prouisionis prædictarum, quę fuit de anno N. &c. die x. mensis Nouembris prædicti domini B. ꝙ Io. & quilibet eorum fuerunt, & erant prout sunt de præsenti clerici seculares habitum, & tonsurã publicè deferentes clericales, ac aliàs habiles, & idonei ad faciendum, gerendum, & exercendum quæ in præmissis, & circa ea fecisse, gessisse, & exercuisse reperiuntur, ac pro talibus habiti, tenti, nominati, & reputati prout habentur, tenentur, nominantur, & reputantur, palam publicè, & notoriè. Et sic fuit, &c.

Item similiter dicit, & si necesse fuerit probare intendit, ꝙ pręfatus d. Io. tẽpore datę dictæ suæ gratiæ expectatiuę quæ est sub data Rom. apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicę millesimo, &c Kal. Aprilis, ac dudum ante, & post fuit, & erat prout est de præsenti clericus secularis diœcesis N habitum, & tonsuram publicè deferens clericales, de nobili genere procreatus, ac decretorum doctor, & tẽpore datæ dictę gratiæ in alma Vrbe, & vniuersitate eiusdẽ doctor in decretis actu legẽs, & regẽs prout est de pręsenti rector parochialium ecclesiarũ de N. & N. M. diœcesis ætatis suę xxv. annis maior de legitimo matrimonio natus in communione fidelium, ac aliàs habilis, & idoneus ad dictam gratiã, necnon dictos canonicatum, & prębendam habendum, & obtinendum, regendum, & gubernandũ, & pro tali habitus, tentus, nominatus, & reputatus palam publicè, & notoriè. Et sic fuit, & est verũ.

Item dicit, & si necesse fuerit probare intendit, ꝙ à dictis temporibus citra, & supra, & de præsenti fructus, redditus, & prouentus dictorum canonicatus, & præbendæ dictæ ecclesiæ collegiatę Beatæ Marię N. & quos in dicta ecclesia quondam P. dum vixit obtinebat summam, siue valorem xl. lib. Du. par. se. taxa. decimæ va. an. non excesserunt, quinimmo infra eumdem valorem comprehensi fuerunt, & cõprehenduntur palam, publicè, & notoriè. Et sic fuit, & est verum.

Item dicit, & si necesse fuerit probare intendit, quòd tempore datæ dictæ gratię expectatiuæ Episcopus N. recolendæ memoriæ tunc vocabatur, hoc nomine N. fuitq; & erat Episcopus N. sanctissimi domini nostri Papę referendarius, ac in possessione pacifica, & quieta dictæ suę Episcopalis ecclesię, & dignitatis, ac aliàs habilis, & idoneus ad faciendum gerendum, & exercendum quæ in præmissis, & circa ea gessisse, & fecisse reperitur, ac pro tali habitus, tentus, nominatus, & reputatus palam publicè, & notoriè. Et ita fuit, & est verum.

Item ꝙ de pręmissis omnibus, & singulis fuit, & est publica vox, & fama.

Item ꝙ pręmissis non obstantibus quidã Ia. assertus clericus cui in dictis canonicatu, & prębenda nullum vmquam ius competijt prout, nec competit de pręsenti se gratiæ, ac acceptationi, & prouisioni prædictis, ac bono iuri præfato domino Io. in dictis canonicatu, & præbenda competenti opposuit, et opponit, licèt indebitè, et iniustè, et quod deterius est, præfatus Ia. se in dictis canonicatu, et præbenda intrusit prout intrusus est de pręsenti fructus, redditus, et prouentus ex eisdem canonicatu, et prębenda prouenirẽtes leuando, et percipiendo, ac sibi vsurpãdo, et ipsum dominum Io. spoliando in graue eius animę periculum, et præfati domini Io. præiudicium, et grauamen. Et quòd sic fuit, etc.

Item propterea pręfatus dominus Io. aduersus, et contra pręfatum Ia. causam paternitati vestrę de et super dictis canonicatu, et pręben da contra dominum Ia. committi obtinuit, necnon citationem ad partes cum inhibitione similiter obtinuit, quam etiam in personam dicti Ia. exequi fecit. Et ꝙ sic fuit, et est verũ.

Item vlterius dicit ꝙ dictus Ia. de lite huiusmodi certificatus, et veram, ac indubitatam notitiam habens, prout habuit, et hodie habet in Rom. Curia, et pluribus personis de dicta lite scripsit eos etiam rogando, vt cum pręfato d. Io. concordarent; et aliàs huiusmodi commissionis vobis facta, et citatione, et eius executione, ac lite veram, et indubitatã notitiam habuit. Et quòd sic fuit, et est verum.

Saluo iure, etc. Et protestatur, etc.

Articuli de iure venientis pro interesse.

Vt constet de interesse honorabilis viri D. S. et vt ipse ad causam inter quosdam Io. et Ia. super Canonicatu, et prębenda ecclesię collegiatę

giatæ B. Mariæ N. coram vobis R. p. d. Io. Didaci de Coca, palatij apostolici causarũ auditore pendẽte pro suo interesse huiusmodi admittatur procurator, & eo nomine, ac pro parte eiusdẽ D. S. dat, dicit, facit, & exhibet infrascripta omnibus melioribus modo, via, iure, causa, et forma quibus melius potest, et debet.

In primis procurator prædictus nomine quo supra procuratorio, nihil tamen de intentione partis aduersæ confitendo, sed potius diffitendo, & negãdo, prout expressè diffitetur, & negat, repetit hic, & pro repetitis habere vult, & intendit omnia, & singula acta actitata, litteras, scripturas, instrumenta, & munimenta in huiusmodi causa habita, facta, & producta cum probationibus inde secutis, inquantum tamen pro se dictaq; parte sua, & contra partem aduersam faciant, & non aliàs aliter, nec alio modo de quo protestatur.

Ex quibus repetitis constat de existẽtia ecclesiarum cathedralis, & collegiatæ B. M. N. constat etiã de vacatione canonicatus, & prębendæ dictę ecclesię collegiatę B. M. N. super quibus agitur quòdq; illi per obitũ quondam P. vacarunt, constat etiam de pertinentia collationis eorumdem canonicatus, & præbendę, ac de valore eorundẽ canonicatus, & prębẽdę.

Itẽ vltra præmissa procurator prædictus nomine procuratorio quo supra dicit, ꝙ sanctissimus in Christo pater, & D. N. dominus N. diuina prouidentia Papa N. præfato D. S. volens gratiam facere specialem motu proprio vnum, vel duo beneficium, seu beneficia ecclesiasticum, vel ecclesiastica etiam si alterũ canonicatus, & præbendæ ecclesię collegiatę foret, cuius fructus, redditus, & prouẽtus xxx. li. tu. par. se. taxationẽ decimæ valorem annuum non excederent ad R. p. d. Episcopi Nannetẽsis, ac venerabilium virorum D. Decani capituli singulorumq; canonicorum, & personarũ Nannetensis ecclesiæ collationẽ, prouisionem præsentationem, electionem, seu quãuis aliam dispositionem communiter, vel diuisim pertinens, seu pertinentia siquod, vel siqua vacabat, seu vacabant, tunc aut cum vacaret, seu simul, vel successiue vacarent, quod vel quæ ipse D. S. vel per se, vel procuratorem suum ad hoc ab eo legitimè constitutũ infra vnius mensis spacium postquam sibi, vel eidẽ procuratori suo vacatio illius, vel illorum innotesceret duceret acceptandum, conferendum, seu conferẽda dicto D. S. acceptationem huiusmodi cum omnibus iuribus, & pertinentijs collationi Apostolicæ reseruauit, inhibuit, irritum decreuit, executores deputauit, & alia fecit, prout in literis Apostolicis sub data Rom. an. Incarnationis Dominicę M. &c. quinto Kal. Aprilis desuper confectis, & ex prædictis ad quas, & in eis contenta se refert, illasq;, & illa idẽ procurator quo supra nomine hic dat pro positionibus & articulis quatenus pro se, & parte sua prędicta, & contra partem aduersam faciant, seu facere quomodolibet videantur, & non aliàs, aliter, vltra, nec alio modo, de quo protestatur, plenius continetur. Et sic fuit, &c.

Item ꝙ præfatus D. G. gratiam apostolicam huiusmodi, sic vt præmittitur sibi factã sciuit, et scit, illamq; ratam, et gratam habuit, et habet pariter, et acceptam litterasq; apostolicas desuper expediri fecit et procurauit, ipsasque Venerabili viro D. C. canonico Cenomanensi executori apostolico in eis deputato præsentauit, quarum vigore processum in forma solita cum censurarum fulminatione, et subexecutorum deputatione decerni sub data diei duodecima mensis Aprilis anno à Natiuitate D. millesimo, etc. obtinuit, prout in instrumento publico desuper confecto ad quod, et contenta in eo se refert idem procurator quo supra nomine, hicq; dat pro positionibus, et articulis, quatenus tamen pro se et parte sua prędicta, et contra partem sibi in huiusmodi causa aduersam faciant, et non aliàs, aliter vltra, nec alio modo de quo protestatur expresè plenius continetur. Et ita fuit, et est verum.

Itẽ ꝙ pręfatus quondã P. existens in dictorum canonicatus, et prębendę iuriũq; et pertinentiarũ omniũ eorumdẽ possessione, seu quasi pacifica, et quieta dudũ videlicet post primã et ante vltimã dies mensis Nouembris, anno à Natiu. Dom. millesimo, etc. extra Ro. Curiã, et in partibus diẽ vitæ suæ clausit extremum, ꝗq; per ipsius quondã P. obitũ dicti canonicatus, et præbendæ tã de iure, quàm de facto tũc verè vacarunt, et pro vacantibus reputati fuerunt palam, et publicè. Et sic fuit, et est verũ.

Item ꝙ præfatis canonicatu, et prębẽda per obitum dicti quondam P. sic vt præmittitur vacantibus, et sub dicta gratia expectatiua cadentibus, atque comprehensis, præfatus dominus S. illos vigore dictæ gratiæ expectatiuæ, ac processuum prædictorum infra tempus debitum acceptauit, et de eisdem sibi prouideri per honorabilem virum dominũ G. clericum C. diœcesis apostolica, et imperiali auctoritatibus notarium in subexecutorem dictę gratię electum obtinuit, prout in instrumẽto publico sub data diei vltimę mensis Nouẽbris an. prædicto millesimo, etc. desuper cõfecto, ad quod, et contenta in eodẽ se refert procurator prędictus quo supra nomine, hicq; pro positionibus et articulis dat, quatenus tamen pro se, et parte sua prędicta, & contra partem sibi in huiusmodi causa aduersã faciant, seu facere quomodolibet

dolibet videantur, & non aliàs, aliter vltra, nec alio modo de quo protestatur expressè plenius continetur. Et quod sic fuit, & est verum.

Item quòd præmissa omnia, & singula fuerunt, & sunt vera, publica, notoria, & manifesta, & de his omnibus, & singulis fuit, & est publica vox, & fama.

Item quòd præfatus dominus G. dudum ante tempus, & tempore datæ dictæ gratiæ expectatiuę processusque acceptationis, & prouisionis apostolicorum prędictorum fuit, & erat prout hodie est clericus Cor. Sopitensis habitum, & tonsuram publicè deferens clericales, ætatis suę legitimę, ac secum dudum super defectu natalium quę patiebatur de presbytero genitus, & soluta, vt eo non obstante ad minores, & vnum sine cura ordinaria primo cuius vigore clericali charactere insignitus fuit, & deinde, vt ad omnes sacros ordines promoueri, & vnum aliud tunc expressum si illud vigore litterarum præfati domini nostri Papæ assequeretur ecclesiastica beneficia retinere valeret, apostolica fuit auctoritatibus, ac per ipsum dominum nostrum Papam N. vt idem S. beneficia sub dicta gratia expectatiua comprehensa, ad quæ dispensationes prædictę non suffragarentur, recipere, & retinere valeret dispensatum, ac eiusdem domini nostri N. Papę N. familiaris continuus commensalis in communione fideliũ, & aliàs habilis, & idoneus ad dictos canonicatum, & prębendam super quibus agitur obtinendum, regendũ, & gubernandum, ac pro tali, & vt talis fuit habitus, dictus, visus, creditus, tentos, nominatus, & reputatus, habeturq́;, dicitur, videtur, creditur, nominatur, & reputatur palam, & publicè. Et ita fuit, &c.

Item quòd dudum ante tempus, & tempore gratię expectatiuæ, ac fulminationis processuũ prędictorum præfatus dominus G. executor apostolicus fuit, & erat canonicus ecclesiæ C. ac in canonicatus, & prębenda eiusdem ecclesiæ possessione pacifica, & quieta in cõmunione fidelium, ac aliàs habilis, & idoneus ad faciendũ, & gerendum ea, quę fecisse, & gessisse ponitur, & articulatur, seq́; pro tali, & vt talem habuit tenuit, nominauit, & reputauit, fuitq́; pro tali, & talis tentus, nominatus, & reputatus, habebatur, tenebatur, nominabatur, & reputabatur palam, & publicè. Et ꝙ sic fuit, &c.

Item quòd pręfatus dominus G. subexecutor apostolicus ante tempus, & tempore acceptationis, & prouisionis prędictarũ fuit, & erat clericus C. diœcesis habilis, & idoneus, ac sufficiens ad faciendum ea, quę per ipsum facta fuisse dicuntur, & vt talis, & pro tali fuit habitus, dictus, visus, creditus, tentus, nominatus, & reputatus, habeatur, dicebatur, tenebatur, credebatur, & reputabatur palam, & publicè. Et quòd sic fuit, &c.

Item quòd dudum ante tempus, & tempore datæ gratiæ, ac collationis, & prouisionis apostolicarum prędictarũ fructus, redditus, & prouentus canonicatus, & præbendę prædictorum xxx. li. tu. par. se. taxa. decimę valo. an. non excedebant, nec excedere consueuerant, prout nec hodie excedunt, quinimmo veritas fuit, & est quòd infra summã prædictam comprehensi fuerunt, ac comprehenduntur palam, & publicè. Et sic fuit, & est verum.

Item quòd pręmissa omnia, & singula fuerunt, & sunt vera, publica, notoria, & manifesta, quodq́; de his omnibus, & singulis fuit, & est publica vox, & fama.

Item quòd omnes, & singulæ personę in supradictis articulis productis, & producendis, ac pro parte sua descriptę, & nominatæ fuerũt, erant, & sunt tales quales in eisdem fuisse, & esse dicuntur pro talibus, & vt tales habitæ, tentæ, nominatę, & reputatę palam, publicè, & notoriè. Et sic fuit, &c.

Item hic dat producta, & producẽda in huiusmodi causa propositionibus, & articulis quatenus faciant pro se, & dicta parte sua, & contra partes aduersas, & non aliàs, aliter vltra, neque alio modo, de quo expressè protestatur.

Item dat de notarijs notariorum signis, & sigillis personarum, prout fuit, &c.

Item quòd pręmissis non obstantibus præfati Io. & Ia. aduersarij, quibus seu alteri eorũ in dictis canonicatu, & prębenda, de quibus agitur, seu ad illos, nullum ius competijt, neque competit, sed gratię, & processibus, necnon acceptationi, & prouisioni apostolicis prędictis huiusmodi, ac bono iuri eidem domino S. in eisdem canonicatu, & prębenda competẽti temerè, & de facto cum de iure non possent, se opposuerunt, & opponunt, impediueruntq́; & impediunt, ac fecerunt, & faciunt quominus gratia, processus acceptatio, & prouisio apostolica huiusmodi suum debitum fuerunt sortitæ, & sortiantur effectũ, quinimmo quod deterius est pręfatus Ia. se in eisdem canonicatu, & prębenda intrusit prout intrusus est de præsenti, illosq́; prętextu intrusionis huiusmodi occupauit & detinuit prout occupat, & detinet occupatos fructus, redditus, & prouentus ex eisdem prouenientes damnabiliter vsurpando in suæ animæ grande periculum, ac ipsius domini S. damnum non modicum, & grauamen. Et ita fuit, & est verum.

Saluo iure addendi, &c.

Et protestatur prout fuit, & est moris.

Articuli de iure tertij vigore expectatiuæ venientis pro interesse.

Ad ostendendum de non iure quorundam Ioan.& S. in hac causa Nannetẽsi canonicatus, & præbendę beatę Mariæ aduersariorũ, ac bono iure domini Iac. principalis partis suæ procurator, & eo nomine eiusdem domini Ia. dat articulos infrascriptos quibus, & eorum singulis petit per partes sibi in huiusmodi causa aduersas medio iuramẽto responderi, et si negati fuerint se et partem suam ad eos probandũ in Romana Cur. et extra eam admitti petit, ad superfluam tamen probationem nullatenus se astringens, de quo expresse protestatur.

In primis procurator prędictus nil tamẽ de intentione partis aduersę confitendo, sed potius diffitendo, et negãdo prout expresse diffitetur, et negat, repetitque hic ac pro repetitis habere vult et intendit omnia, et singula acta actitata, litteras, scripturas, instrumenta, et munimenta cũ probationibus inde secutis in huiusmodi causa habita, facta, et producta, inquãtum tamen pro se, dictaq; parte sua, et contra partẽ aduersam prędicta faciãt, et nõ aliàs, aliter, nec alio modo de quo ꝓtestatur expresse.

Ex quibus repetitis cõstat de existentia cathedralis, necnon collegiatę beatę Mariæ N. ecclesiarũ, ac vacatione canonicatus, et pręben dæ, nomineq;, et cognomine prędecessoris eorumdẽ canonicatus, et prębendæ; quodq; ipse prędecessor extra Romanam Curiam decessit.

Insuper procurator prędictus dicit, et si necesse fuerit probare intendit ꝙ Sanctissimus in Christo Pater, et dominus noster dominus N. diuina prouidentia Papa N. volens pręfato domino Iac. præmissorũ meritorum suorum intuitu gratiam facere specialem dudum, videlicet sub data Kalẽd. Aprilis anno incarnationis Dominicę millesimo, etc. pontificatus sui anno N. vnum, vel duo beneficium, seu beneficia ecclesiastica etiam si alterum eum cura, aut Decanatus, vel Archipresbyteratus ruralis, seu dignitas, vel personatus, aut quodlibet eorum canonicatus, et prębenda, administratio, vel officium in cathedrali, vel collegiata ecclesia foret, et ad dignitatẽ personatum administrationẽ, vel officiũ huiusmodi consueuisset quis per electionẽ assumi, eorumq; alteri cura immineret animarum, dummodo dignitas ipsa in cathedrali post Pontificalem maior seu in collegiata ecclesia huiusmodi principalis nõ existeret, cuiusquidẽ beneficij, seu quorum beneficiorum fructus, redditus, et prouẽtus si ipsorum aliquod cum cura, aut dignitas, vel personatus foret seu ipsi duo forent xl. li. tu. par. se. taxa. decimæ va. an. non excederent ad Reuerendorũ patrum dominorum A. et N. Episcoporum, ac Venerabilium virorum dominorũ Decanorum Archidiaconorum cantorũ Thesaurariorum scholasticorum, capitulorum, et personarum A. et N. ecclesiarũ etiam ratione dignitatum, personatuum, administrationum, et officiorum quæ in illis obtinent collationẽ, prouisionem, præsentationem, electionem seu quamuis aliam dispositionẽ communiter, vel diuisim pertinens, seu pertinentia, siquod vel siqua vacabat, seu vacabant tunc aut cum vacaret, seu simul, vel successiuè vacarent quod vel quę ipse dominus Iac. de M. per se, vel procuratorem suum infra vnius mensis spatium postquam sibi vel eidem procuratori vacatio illius, vel illorum innotesceret, duxerit acceptandum, vel acceptanda conferendũ, seu conferenda sibi post acceptationem huiusmodi cũ omnibus iuribus, et pertinẽtijs suis donationi apostolicę reseruauit, decretum irritans apposuit, executores deputauit, et alia fecit prout in litteris apostolicis desuper cõfectis ad quas et contenta in eisdem se refert procurator prædictus latius continetur, et habetur.

Item ꝙ pręfatus Iac. dictam gratiam sciuit et scit, illamq; ratam, et gratam habuit, ac litteras apostolicas, et processus desuper fieri, et expediri fecit, et procurauit palam, et publicè prout in litteris plenius continetur. Et quod sic fuit, etc.

Item ꝙ vacatione dictorum canonicatus, et prębendæ beatæ Mariæ N. sic vt præmittitur ad notitiam dicti nomini Iac. deducta idem d. Ia. dictos canonicatum, et prębendã sic vacantibus infra tempus debitum, ac aliàs legitimè vigore dictæ gratiæ expectatiuæ, ac processuũ inde secutorum acceptauit, et de illis sibi prouideri obtinuit possessione eorumdẽ canonicatus, et prębẽdę subsecuta, prout in instrumẽtis publicis desuper confectis plenius continetur.

Item ꝙ ante tempus, et tempore datæ gratiæ litterarum apostolicarũ, et processuũ, necnon acceptationis, et prouisionis, et possessionis prędictorũ, dictus dominus Iac. fuit, et erat prout hodie est presbyter N. diœcesis habitũ, et tonsuram publicè, et honestè deferens clericales, de nobili genere procreatus, et in legibus cum rigore examinis licentiatus, ætatis suæ xxxv. annis maior, in communione fideliũ aliàs habilis, et idoneus ad dictos canonicatũ, et prębendam tenendum, regendum, et gubernandum, et vt talis, et pro tali habitus dictus, tentus, nominatus, et reputatus palam, publicè, communiter, et notoriè.

Item ꝙ ante tempus, et tempore datę decreti processuum prædictorum, videlicet ante secundam diem mensis Maij anni domini millesimi,

simi, etc. et ipsa die Venerabilis vir dominus G. fuit, & erat prout hodie est canonicus præbendatus ecclesiæ C. necnō D fuit, et erat prout etiam hodie est clericus N. publicus imperiali auctoritate notarius habitū, & tonsuram publicè, & honestè deferētes clericales in cōmunione fidelium, ac aliàs habiles, & idonei ad faciendum ea, quę fecisse videntur, & vt tales, ac pro talibus habiti, tenti, nominati, & reputati, palam, publicè communiter, & notoriè.

Item ꝙ dudum ante tempus, & tempore datæ acceptationis, & prouisionis prædictorum, videlicet ante diem x. mensis Nouembris anno Domini M. &c. & ipsa die, ac tēpore datæ adeptionis possessionis huiusmodi, videlicet ante diem xi mensis, & anni prædictorū, & ipsa die xi. R. fuit, et erat prout hodie est clericus de N. oriundus publicus apostolica, & imperiali auctoritatibus notarius, habitum, & tonsuram deferens clericales in communione fidelium, aliasq; habilis, & idoneus ad faciendū ea quæ fecisse dicitur, et vt talis, ac pro tali habitus, tentus, nominatus, et reputatus palam, publicè, communiter, & notoriè.

Item quòd ab vno, duobus, tribus, quatuor, &c. annis proximè, et immediatè pręcedentibus datam processus, ac acceptationis, & prouisionis prædictorum fructus, redditus, & prouentus dictorum canonicatus, et pręhendę non excesserunt, nec excedebant, prout, nec hodie excedunt summam, seu valorem xxx. lib. tu. se. tax. decimæ, quinimmo infra huiusmodi summam, et sub dicto valore annuo venerunt, et comprehenduntur palam, publicè, & notoriè.

Item quòd præmissa omnia, et singula fuerunt & sunt vera, poblica, notoria, et manifesta, et de his omnibus, et singulis fuit, et est publica vox, & fama.

Item hic dat producta, et producenda pro parte sua propositionibus, et articulis inquantum faciant pro dicta parte sua, et non aliàs, &c. de quo protestatur.

Item ꝙ omnes, et singulæ personæ descriptæ, & nominatæ in actis, & productis, agendisq; & producendis pro dicta parte sua fuerunt, et erant saltim tēporibus illis tales quales in ipsis [illegible] dicuntur, ac vt tales, et pro talibus habiti [illegible] palam, publicè, communiter, & notoriè.

Item dat de notarijs signis, sigillis, et habilitatibus personarum vt fuit, & est moris.

Item ꝙ præmissis non obstantibus, præfati Ia & S quibus aut alteri ipsorum in dictis canonicatu, et præbenda seu ad illos nullum vnquam ius competijt, neque competit se gratiæ expectatiuæ litteris, processibus, necnon acceptationi, & prouisioni ac possessionis adeptioni prædictis, necnon bono iuri facto d. Iacij eisdem canonicatui, & præbenda competenti opposuerunt, & opponunt, ac quilibet eorum opposuit, & opponit, ac fecerunt, & faciunt, necnon quilibet eorū fecit & facit quominus gratia litteræ, ac processus, necnon acceptatio, & prouisio, ac possessionis adeptio huiusmodi suum debitum sortiantur, et sortiri possint effectum in non modicum dicti domini Ia. præiudicium, læsionem, & grauamen.

Saluo iure, etc.

Et protestatur, etc.

Articuli de iure super parochiali Ecclesia vigore expectatiuæ.

Pro testibus affuturis, de quorum absentia, siue mora diuturna dubitatur, positiones, & articulos infrascriptos, ac contenta, & descripta in eisdem dat, facit, & exhibet procurator, & eo nomine honorabilis dicti domini Ioann. N. Cano. N. ac rectoris parochialis ecclesię N. N diœcesis principalis partis suę tam coniunctim quàm diuisim, ac narratiuè, & dispositiuè, & de quolibet quibus, & eorum singulis, ac singulariter singulis per partes in huiusmodi causa sibi aduersas medijs eorum iuramentis per verbum credit, vel non credit responderi, & si negati fuerint se, & dictam partem suam ad probandum in Romana curia, & extra admitti remissionem desuper decerni petit eam quatenus opus sit, ad superfluam tamen probationem nullatenus se astringens, de quò protestatur expresè.

In primis quidem dictus procurator ponit, & si necesse fuerit probare intendit, ꝙ à x. xx. xxx. xl. etc. annis proximè, & immediatè præteritis citra, & suprà, ac à tāto tempore, & per tantùm tempus de cuius initio, siue contrario hominum memoria non existit. inter aliàs cathedrales ecclesias in Regno Poloniæ, ac infra ipsum eiusque fines, et limites existentes, fuit esseq; consueuit prout hodie est, quædam solemnis cathedralis ecclesia cōmuniter vocata, & appellata ecclesia cathedralis P. habens saluis vacationū temporibus Episcopū pro tempore, vt caput, etc. Vel sic. Ciuitas P. habuit habereq; cōsueuit prout de præsenti habet solemnem cathedralē ecclesiam vocatam communiter, & appellatam cathedralis ecclesia P. habens saluis vacationum temporibus episcopum pro tempore, vt caput, necnon præpositū Decanum Archidiaconum, custodem, cancellariū, & quamplures canonicos inibi præbendatos, et dignitates obtinentes, vt membra capitulum dictę ecclesiæ [illegible], et inter sese facientes, et repræsentantes, longamq; et latam diœcelim

cesim ab alijs diœcesibus circumuicinis distinctam,& separatam,pluraque iura,signa,& insignia solemnem,& notabilem cathedralem ecclesiam facientia, & demonstrantia palam, & publicè. Et sic fuit,&c.

Item ꝙ à supradictis tẽporibus, & per ipsa tempora cõtinuè citra,& suprà inter alias parochiales ecclesias in dicta diœcesi P. existentes, fuit esseq; consueuit prout de presenti est quędã parochialis ecclesia vocata cõmuniter, & appellata parochialis ecclesia N. N. diœcesis, quam quondã Ioa. N. illius dũ vixit rector tenebat, & possidebat habens sub se plures vtriusq; sexus homines parochianos,campanas, campanile, fontem baptismalẽ, cœmiteriũ benedictum pro Christi fidelium corporibus tumulandis,ac rectorẽ pro tempore,longamq; & limitatã parochiam ab alijs parochijs circumuicinis distinctã,& separatã,aliaq; iura,signa, & insignia notabilem parochialẽ ecclesiam facientia, & demonstrantia vni clerico seculari tempore vacationis illius occurrente in titulũ perpetui beneficij ecclesiastici conferri, & assignari, & per talem regi, & gubernari solita, & cõsueta palam,publicè,& notoriè. Et sic &c.

Item quòd præmissa omnia, & singula fuerunt,& sunt vera,ac de ipsis fuit, & est publica vox,& fama.

Itẽ ꝙ sanctissimus in Christo pater & dominus noster dominus I. diuina prouidẽtia Papa N. volens presato domino Io. N. nobilitatis,& scientiæ, ac illorũ meritorũ suorũ intuitu gratiam facere specialẽ, nuper videlicet sub data Kalen. Aprilis Pontificatus sui anno primo, ad collationẽ, prouisionẽ, presentationẽ, electionem seu quãuis aliam dispositionẽ Reuerendi in Christo patris, & domini domini Episcopi P. pertinens, si ꝙ vacabat tunc, aut cũ vacaret, ꝙ si dictus dominus Io. N. per se, vel procuratorem suũ ad hoc legitimè constitutũ infra vnius mensis spatiũ postquam sibi,vel eidẽ procuratori vacatio illius innotesceret, duceret acceptandũ,conferendum sibi post acceptationem huiusmodi cũ omnibus iuribus, & pertinẽtijs suis donationi suæ,& sedi apostolicę reseruauit,inhibuitq;,& decretũ irritãs interposuit,& executores deputauit,aliasq;,& alia fecit prout in litteris apostolicis desuper confectis, ad quas in eis contenta procurator predictus quo supra nomine se refert,ac hic dat pro positionibus, & articulis quatenus tamẽ pro se & parte sua,ac cõtra partes aduersas faciunt,& non aliàs,aliter,neq; alio modo. Et sic fuit,&c.

Item quòd præfatus dominus Io. N. gratiam apostolicam huiusmodi sic, vt premittitur sciuit,& scit, illamq; ratam, atq; gratam habuit, & habet, ac litteras desuper opportunas fieri fecit, & procurauit, quas R. patri domino Ioa. N. canonico N. & causarum sacri palatij apostolici auditoribus vni ex executoribus in eisdem litteris deputato præsentauit eundẽ quatenus ad ipsarum litterarũ executionem iuxta earum formam procederet requirendo: qui quidem dominus Ioan. canonicus, & executor litteris huiusmodi à se reuerenter receptis, processus desuper fieri solitos iuxta earumdẽ formam decreuit,censuras fulminauit,subexecutores deputauit,aliasq; & alia fecit prout,& quemadmodum in processibus huiusmodi desuper habitis,ad quos, & in eis contenta se refert dictus procurator nomine quo supra, & dat hic pro positionibus & articulis, quatenus tamen pro se, & dicta sua parte,ac contra partes aduersas supradictas,& nõ aliàs,aliter,nec alio modo de quo ꝓtestatur, plenius cõtinetur & habetur. Et sic fuit,& est publica vox,& fama.

Item quòd præmissa omnia, & singula fuerunt,& sunt vera ac de ipsis fuit, & est publica vox,& fama.

Item ꝙ præfatus quondam N. dudum antẽ tempus,& tẽpore obitus sui infra dicendi fuit, & erat presbyter secularis, ac dictæ ecclesiæ parochialis N. rector & possessor, ac in ipsius ecclesię,iuriumq;& pertinentiarũ omniũ eiusdem possessione pacifica,& quieta fructus,redditus, & prouentus ex eadẽ prouenientes percipiendo,& releuando, & in suos vsus conuertendo,seq; pro tali & vt talẽ habuit,tenuit,nominauit, & reputauit,ac ab alijs pro tali, & vt talis habitus, tentus, nominatus, & reputatus fuit palam,publicè & notoriè. Et sic fuit,&c.

Item quòd idem quondam N. existens sic,vt præmittitur præfatæ ecclesiæ N. rector ac in ipsius,iuriumq; & pertinentiarũ omniũ eiusdẽ possessione,seu quasi pacifica, & quieta existẽs dudum videlicet post vltimam Decembris, & ante primã dies mensium Februarij anni à natiuitate Domini millesimi, &c. extra Ro. Curiam,& in partibus diem vitę suę clausit extremum, quòdq; per eiusdem quondam N. obitũ dicta ecclesia,tam de iure, quàm de facto verè vacauit, ac vacua, et vacans reputata fuit palam,publicè,et notoriè. Et quòd sic fuit,etc.

Item quòd de vsu,more,obseruantia,iure,et consuetudine legitimè prescriptis, ac à tẽporibus, et per tempora supradicta continuè citra,et supra inconcusse,et inuiolabiliter tenta, et obseruata collatio, prouisio seu quæuis alia dispositio de persona idonea ad dictam parochialem ecclesiam N. vacationis tempore occurrente spectauit, et pertinuit, spectareq;, et pertinere cõsueuit,prout hodie spectat,et pertinet ad R. in Christo patrem dominum Episcopum N. pro tempore existentem,fuitque et

erat dominus episcopus qui pro tempore fuit, prout hodie modernus Episcopus est in possessione, seu quasi pacifica, & quieta iuris præmissorum, sæpeque, & sæpius de dicta ecclesia disposuit, fuitq; & erat huiusmodi dispositio, dum & quotiens facta fuerat semper valida, & efficax reputata, prout hodie si fieret. reputaretur: dispositionibus tamē apostolicę sedis & legatorū eius sēper saluis. Et sic fuit, & est verū.

Item ꝙ dicta parochilais ecclesia N. sic vt præmittitur vacante honorabilis vir dominus N. presbyter secularis perpetuus Vicarius in ecclesia sancti N. præfati domini N. procurator legitimus, ac sufficienti mandato suffultus eandem ecclesiam, sic vt præmittitur, siue aliàs quouismodo vacantem infra tempus debitum acceptauit, & de illa sibi per venerabilem virū dominum A. Decanū ecclesię N. quem in subexecutorem vigore clausulæ, Cæterum, &c. in supradictis processibus contentæ elegit prouideri obtinuit, diligētiasq; alias necessarias fecit, & fieri procurauit, prout in documētis publicis desuper confectis ad quæ & in eis contenta dictus procurator quo supra nomine se refert: & hic dat pro positionibus, & articulis quatenus tamen pro se & parte sua præfata, & contra dictas partes aduersas faciant, & non aliàs, aliter, nec alio modo de quo protestatur plenius continetur, & habetur. Et sic fuit, & est verum.

Item quòd præmissa omnia & singula fuerunt, & sunt vera, ac de ipsis fuit, & est publica vox, & fama.

Item ꝙ præfatus dominus Io. N. dudum, videlicet ante tempus, & tempore datę dictarū litterarum apostolicarum, & processuū, ac acceptationis, & prouisionis, aliarumq; diligentiarū huiusmodi fuit, & erat, prout de præsenti est, clericus secularis habitum, & tonsuram publicè, & honestè deferens clericales in, ex & de legitimo matrimonio, ac de nobili genere ex vtroque parente procreatus, & in decretis bacalarius ætatis suæ tēpore datę gratiæ xxiij. vel circa tempore verò acceptationis, & prouisionis huiusmodi xxv. annis maior in cōmunione fidelium, &c. Vel sic ætatis maior xxv. annis in communione fidelium, aliàsq; habilis, & idoneus ad dictam parochialem ecclesiā vigore gratiæ supradictæ assequendam, tenendam, regendam, & gubernandam, ac illius curam exercendum, seq; pro tali, & vt talem habuit, tenuit, nominauit, reputauit, ac ab alijs pro tali, & vt talis reputatus fuit, prout habetur, tenetur, & reputatur palam, & publicè, & notoriè. Et sic fuit, &c.

Item ꝙ similiter dudū ante tempus & tempore datæ dictarum litterarum gratiæ expectatiuæ, atq; processuum prædictorū præfatus R. pater dominus Ioann. N. executor fuit, & erat, prout hodie est, canonicus N. & sacri palatij apostolici causarum auditor, & in ipsorū canonicatus, & præbendæ possessione, seu quasi pacifica, & quieta in communione fidelium, ac aliàs habilis, & idoneus ad faciendum ea, quæ in pręmissis, & circa ea fecisse dicitur, seque pro tali, & vt talem habuit, tenuit, nominauit & reputauit, ac ab alijs pro tali, & vt talis nominatus, & reputatus fuit, prout habetur, tenetur, reputatur, & nominatur palam & publicè. Et sic fuit, & est verum.

Item dudum ante tempus, & tempore acceptationis, & prouisionis pręditarum pręfatarum dominus Io. N. qui ecclesiam pręditam nomine procuratorio acceptauit, & de ea sibi prouideri obtinuit, vt pręfertur, fuit & erat, prout hodie est presbyter secularis, & Vicarius perpetuus in ecclesia N. & pręfati domini Ioan. N. procurator ad hoc ab eo sufficiētimandato suffultus in cōmunione fidelium, ac aliàs habilis, & idoneus ad faciendū ea quæ in præmissis, & circa ea fecisse, & exercuisse dicitur, seq; pro tali & vt talem habuit, tenuit, nominauit, & reputauit, atq; ab alijs pro tali, & vt talis habitus, tentus, nominatus fuit, prout habetur, tenetur, nominatur, &c. palam & publicè. Et sic fuit & est verum.

Item ꝙ etiam ante tempus & tempore datę acceptationis, & prouisionis pręditarum pręfatus dominus A. N. subexecutor fuit & erat prout hodie est Decanus ecclesię N. & ipsius Decanatus, iuriumq; & pertinentium omnium eiusdem possessione, seu quasi pacifica & quieta in communione fidelium, aliàsq; habilis & idoneus ad faciendum ea quę in præmissis fecisse, & exercuisse dicitur, seq; etiam pro tali & vt talem habuit, tenuit, nominauit, & reputauit, ac ab alijs pro tali, & vt talis habitus, tentus, nominatus, & reputatus fuit, prout habetur, tenetur, nominatur, & reputatur palam & publicè. Et ita fuit & est verum.

Item ꝙ præmissa omnia & singula fuerunt & sunt vera, ac de ipsis omnibus & singulis fuit, & est publica vox & fama.

Item ꝙ ab vno, duobus, tribus annis proximè & immediatè præteritis citra supra fructus, redditus, & prouentus dictę parochialis ecclesię valorē annuū xxv. marcarū argen. sec. com. exti. non excesserunt neq; excedere consueuerunt, prout nec excedūt; immo in & sub eodem valore comprehensi fuerūt prout comprehēduntur palam, & publicè. Et sic fuit, &c.

Item quòd pręmissa omnia, et singula fuerunt, et sunt vera, ac de ipsis fuit, et est publica vox, et fama.

Item

Item q omnes, & singuli alij in productis, & producendis pro parte dicti domini Io. N. descripti, & nominati fuerunt, & erant et illi qui viuũt, sunt de præsenti tales quales in eisdem productis, et producendis describuntur, et nominantur in cõmunione fidelium, ac aliàs habiles, et idonei ad faciendum ea quę in pręmissis, et circa ea respectiuè fecisse, et exercuisse dicuntur, seq; etiã pro talibus, et vt tales habuerunt, tenuerunt, nominarunt, et reputarunt, ac pro talibus et vt tales ab alijs eorum notitiã habentibus tenti, et nominati fuerunt, prout qui viuunt, habentur, tenentur, nominantur, et reputantur, palam et publicè. Et sic fuit, et est verum.

Item procurator prędictus dat hic etiam libellum partis suę, necnõ omnia, et singula pro parte dicti domini Ioa. N. producta, et producenda pro positionibus, et articulis suis quatenus tamen faciant pro se, et dicta parte sua, et contra dictas partes aduersas, et non aliàs, aliter, neq; alio modo, de quo protestatur.

Item dat de notarijs, notariorũq; manibus, et signis, atque habilitatibus personarum, necnon sigillis, prout fuit, et est moris, atque stili.

Item q pręmissis non obstantibus quidam Io. N. assertus rector parochialis ecclesię N. N. diœcesis pręfatæ, et Io. N. assertus canonicus dictę ecclesiæ N. in huiusmodi causa aduersarij quibus nec alteri eorũ in seu ad dictam parochialem ecclesiam N. vnquã ius competijt, neque competit, sed gratiæ expectatiuæ, necnon acceptationi, et prouisioni prędictis, ac bono iuri dicto domino Io. N. in et ad dictam parochialem ecclesiã N. quomodolibet competenti temerè, et de facto, cum de iure non potuerint, neq; possint, successiuè opposuerũt, et opponunt, impediuerunt q; et impediunt, ac fecerunt, et faciunt quo minus acceptatio, et prouisio huiusmodi suum debitum sortiri potuerunt, seu possint effectum, ipseq; dominus Io. N. possessionem realem dictæ ecclesiæ N. assequi potuerit, siue possit, sed quod deterius est pręfati Io. N. et Io. N. se in pręfata ecclesia, ac eius regimine, et administratione, illiusque fructibus, redditibus, et prouentibus, iuribus, et obuentionibus, et bonis successiuè, et respectiuè intruserunt, prout intrusi sunt de præsenti fructus, redditus, et prouentus huiusmodi ex ipsa ecclesia prouenientes percipiendo, et leuando, et in suos damnabiles vsus conuertendo in animarum suarum graue periculum, atq; solitũ dispendiũ, pręfatiq; domini Io. N. præiudicium non modicũ damnum, et grauamen.

Item quòd præmissa omnia, et singula fuerunt, et sunt vera, ac de his omnibus, et singulis fuit, et est publica vox, et fama.

Quare petit procurator pręd ictus, quo supra nomine per vos R. patrem dominum Auditorem supradictũ, vestramq; sententiam diffinitiuam, pronunciari, decerni, et declarari, prout latius petetur infra verbo, vel in scriptis, suis loco, et tẽpore cõgruis, et opportunis, ac aliàs in de et super pręmissis omnibus, et singulis breue iustitię cõplementũ ministrari.

Pręmissa dat, dicit, ponit, protestatur, et petit procurator antedictus nomine procuratorio prædicto, tam coniunctim, quam diuisim, ac omnibus melioribus modo, via, iure, causa, et forma quibus melius potest, et debet de iure, vestrum benignum officium desuper humiliter implorando.

Saluo iure addendi, minuẽdi, corrigẽdi, etc.

Et protestatur, prout fuit, et est moris.

Articuli de iure pro illo qui habet collationem ordinarij super antedicta ecclesia.

Positiones, et articulos infrascriptos, ac contenta, et descripta in eisdem dat, facit, et exhibet procurator, et eo nomine procuratorio honorabilis viri domini Ioan. N. ecclesiæ N. canonici partis suæ, tam coniunctim, quàm diuisim narratiuè, et dispositiuè, et de quolibet quibus singulariter, singulis per partem aduersam, eiusque iuramento medio, petit per verbum, credit, vel non credit, responderi, et si negati fuerint, illos probare intendit. Seq; et partem suam prędictam ad probandum eosdem in Rom. Cur. et extra eam admitti, remissionemq; desuper si opus fuerit ad partes decerni petit, et concedi, ad superfluam tamen probationem nullatenus se astringens, de quo protestatur expressè.

Item ponit, et si necesse sit probare intendit, quod ab vno, duobus, tribus, quatuor, quinque, sex, decem, duodecim, viginti, triginta, quadraginta, sexaginta, et centum annis, proximè pręteritis continuè citra, et supra ac à tanto tempore, de cuius initio, siue contrario hominũ memoria non existit, inter cathedrales ecclesias in Regno Poloniæ infra ipsum eiusq; fines, et limites existentes, fuitq;, et esse consueuit, prout est de pręsenti, quædam solemnis cathedralis Ecclesia communiter vocata, et appellata ecclesia cathedralis P. habẽs saluis ipsius vacationum temporibus Episcopum pro tempore, vt caput, necnõ prępositum Decanum, et quamplures canonicos inibi prębendatos, vt membra capitulũ eiusdem ecclesiæ inter se facientes, et repræsentantes, longamq;, et latam diœcesim, ab alijs diœcesibus circumuicinis distinctã, et separatam, pluraq;

alia

alia iura, & insignia cathedralem ecclesiam facientia, & designantia palam, & publicè. Et sic fuit, et est verum.

Item ponit, et si necesse sit probare intendit, quòd à dictis temporibus, et per eadem tempora, inter alias ecclesias parochiales in dicta dioecesi N. et infra eam, omnesq; fines, et limites existentes est, et fuit, esseq; consueuit, prout est de præsenti, quędam parochialis ecclesia in dorso vulgariter nuncupata, quam quidam Io. ipsius ecclesiæ rector dudum, ante tempus, et tempore sui obitus, infra dicendi tenebat, et possidebat, habens fontem baptismalem, campanas, campanile, cœmeterium benedictum, et plures vtriusque sexus homines parochianos, longam et latam parochiam, ab alijs circumuicinis parochijs distinctam, et separatam vni clerico seculari, casu vacationis ipsius occurrente in titulum beneficij perpetui, conferri, et assignari, et per talem regi, et gubernari solita et consueta, pluraque alia signa, et insignia parochialem ecclesiam facientia, et repræsentantia palam, et publicè. Et sic fuit, etc.

Item ponit, et si necesse sit probare intendit, quòd dictus Io. N. sic vt præmittitur rector dictæ ecclesiæ parochialis N. ac iurium, et pertinentiarum omniū eiusdem in possessione, seu quasi pacifica, et quieta existens dudum, videlicet de mense Decembris, die vltima anno N. M. ccccclxx. et sic ante diem decimum octauum mensis Ianuarij, anni prædicti, extra Romanā Curiam, et in partibus diem vitæ suæ clausit extremum, quodq; per ipsius quondam Ioann. obitum dicta ecclesia parochialis, tam de iure, quàm de facto vacauit, ac pro vacua reputata fuit. Et sic fuit, etc.

Item quòd omnia, et singula præmissa fuerunt, et sunt publica, notoria, et manifesta, ac vera & de ipsis omnibus, et singulis fuit, et est publica vox, et fama.

Item ponit, et si necesse sit probare intendit, quòd tam de iure, quàm vsu, more, obseruantia, et consuetudine legitimè præscriptis, ac à dictis temporibus, et per ipsa tempora inconcusse, et inuiolabiliter tentis, et obseruatis collatio, prouisio, præsentatio, seu quæuis alia dispositio prædictæ ecclesiæ parochialis N. super qua et cuius occasione agitur dum, et quoties eiusdē vacatio occurrerit, spectauit, et pertinuit, spectareq;, et pertinere consueuit, prout spectat, et pertinet pro tempore ad Episcopum P. fueruntq; Episcopi P. pro tempore, prout modernus Episcopus P. est in possessione, vel quasi quieta, et pacifica iurium præmissis sæpe, et sæpius dictam ecclesiam parochialem personis idoneis contulerunt, et de eadem prouiderunt, atq; disposuerunt, fueruntq; collationes, prouisiones, et dispositiones huiusmodi dum, et quoties fiebant, et hodie si fierent essent validæ, et efficaces, suumq; debitum semper sortitæ fuerunt, et hodie, si fierent sortirentur effectum, reseruationibus apostolicæ sedis, et legatorum eius saluis, et exceptis. Et sic fuit, etc.

Item ponit, et si necesse sit probare intendit, quòd dictus quondam Ioan. dudum ante tempus, et tempore obitus sui infra dicendi, fuit, et erat rector dictæ ecclesiæ parochialis N. et illius iurium, et pertinentiarū omnium eidem possessione, seu quasi pacifica, et quieta, fructus, redditus, et prouentus exinde prouenientes percipiendo, et leuando, ac in vsus suos cōuertendo: seq; pro tali, et vt talem habuit, tenuit, nominauit, et reputauit fuitq; ab alijs pro tali, et vt talis communiter habitus, tentus, nominatus, et reputatus palam, et publicè. Et sic fuit, et est verum.

Item quòd præmissa, omnia et singula fuerunt, et sunt vera, publica, notoria, et manifesta, et de ipsis omnibus, et singulis fuit, et est publica vox, et fama.

Item quòd Reuerendus pater dominus A. Episcopus modernus Ecclesiæ P. volens præfato domino Ioan. meritorum suorum intuitu gratiam facere specialem, prædictam ecclesiā parochialem in D. sic vt præmittitur vacantem cum omnibus iuribus suis, et pertinentijs de anno Domini millesimo, etc. xviij. Ianuarij auctoritate ordinaria contulit, ac de eadē prouidit, et alia fecit prout in litteris suis desuper confectis ad quas se refert dictus procurator nomine, quo supra, illasque, et in eis contenta hic dat, pro positionibus, et articulis, inquantū tamē pro se, dictaq; parte sua, et contra partē, sibi in huiusmodi causa aduersam faciāt, et nō aliàs, taliter, nec alio modo, de quo protestatur expressè plenius continetur. Et quòd sic fuit, etc.

Item quod dictus dominus Io. N. prouisionem, et collationem, sic vt pręmittitur, sibi per præfatum R. patrem dominum A. Episcopum factam sciuit, et scit, illamq; ratam, et gratam habuit, et habet de præsenti litteras desuper sibi necessarias expediri fecit, et procurauit. Et sic fuit, et est verum.

Item quòd dictus dominus Io. N. dudum ante tempus, et tempore huiusmodi prouisionis, et collationis de ipsa ecclesia parochiali, sibi factarum, fuit, et erat prout hodie est canonicus ecclesiæ P. clericus secularis, habitum, et tonsuram publicè deferens clericales, de legitimo matrimonio procreatus, ętatis suę maior xxv. annorū habilis, et idoneus ad dictam ecclesiam obtinendum, habendum, regendum, et gubernandum, seq; pro tali, et vt talem habuit, tenuit, nominauit, et reputauit, fuitq; ab alijs

pro tali, & vt talis, habitus, tentus, nominatus, & reputatus, put habetur, tenetur, nominatur, & reputatur palàm, & publicè. Et sic fuit, &c.

Item ꝙ similiter, ab eisdem temporibus, & per ipsa tempora citra, & supra, & sic dudum ante tempus, & tempore collationis, & prouisionis de dicta parochiali ecclesia N. præfatus Reueren. pater, & dominus dominus A. fuit, & erat, prout hodie est Episcopus P. & hoc nomine A. vocabatur prout vocatur, fuitq; idem dominus A. Episcopus P. & in ipsius Ecclesiæ P. iuriumque, & pertinentiarũ omnium eiusdem possessione pacifica, & quieta; in communione fidelium, ac aliàs habilis, & idoneus ad huiusmodi ecclesiam parochialem, & ea quæ circa eam fecisse dicitur faciendum, seq; pro tali, & vt talem habuit, tenuit, nominauit, & reputauit, fuitq; ab aliis pro tali, & vt talis habitus, tentus, nominatus, & reputatus, prout habetur, tenetur, nominatur, & reputatur palam, & publicè. Et sic fuit, &c.

Item quòd omnia, & singula in productis, & producendis iuribus parte ipsius domini Io. N. datis in huiusmodi causa descripti, & nominati, temporibus saltẽ illis, quibus descripti extiterant, fuerunt, & erant tales quales in eisdẽ fuisse, & esse describuntur, ac in communione fidelium, aliàsq; habiles, & idonei ad faciendum, & exercendũ ea quæ fecisse & exercuisse dicuntur. Seq; pro talibus, & vt tales habuerũt, tenuerunt, nominarunt, & reputati fuerunt, namque ab aliis pro talibus, & vt tales habiti, tenti, nominati, & reputati, prout qui viuunt, habentur, nominantur, & reputantur palam, & publicè. Et sic fuit, & est verum.

Item dat producta, & producẽda in hac causa pro parte sua, & in eis contenta loco positionum, & articulorum, quatenus tamen pro se dictaq; parte sua, & contra partem sibi in huiusmodi causa aduersam, & non aliàs, aliter, nec alio modo, de quo protestatur.

Item dat de notariis, notariorumq; signis sigillis, & personarum habilitatibus, vt fuit & est moris atque stili.

Item ꝙ pręmissis omnibus, & singulis non obstantibus quidam N. in huiusmodi causa aduersarius, cui nullũ vnquam ius in dicta ecclesia parochiali N. super qua hic agitur, seu ad eam cõpetiit, seu competit, competere potuit temerè, & de facto cũ aliàs de iure nõ potuit, se opposuit, & opponit, impediuit, & impedit quominus collatio, & prouisio præfata suũ debitum, prout de iure debentur, sortiantur effectum saltem pacificum, & quietum ipsum d. Io. desuper multipliciter vexat, perturbat, inquietat, & molestat in dicti Io. N. damnum nõ modicum, & grauamen. Et sic fuit, & est verum.

Item quòd de præmissis omnibus, & singulis fuit, & est publica vox & fama.

Quare petit procurator, quo supra nomine, prout in petitione desuper suis loco, & tempore offerenda latius petetur.

Saluo iure, &c.

Et protestatur, &c.

Articuli de iure tertij vigore expectatiuæ.

Positiones, & articulos infrascriptos, ac cõtenta, & descripta in eisdem dat, facit, & exhibet procurator, & eo nomine domini Io. rectoris parochialis ecclesiæ N. P. diœcesis, quibus singulariter, singulis per partem, sibi in huiusmodi causa, aduersam medio iuramento per verbum credit, vel non credit, sufficienter respondere, & si negati fuerint, se dictamq; partem suam ad probandũ admitti, remissionẽq; desuper decerni petit, & concedi, ad superfluã tamen probationem se non adstringens de quo nomine quo supra solemniter protestatur.

In primis enim repetit, & pro repetitis habere vult, & intẽdit omnes, & singulas positiones, & articulos, aliasq; materias articulatas, pro parte in huiusmodi causa aduersa data, exhibita, & producta illis præsertim in quibus deducitur de existentia cathedralis ecclesiæ P. necnon ecclesiæ parochialis N. dictæ P. diœcesis, & de vltimo possessore eiusdem ecclesiæ, quatenus faciãt pro se dictaq; parte sua, & contra dictam partem aduersam faciant, seu quouis modo facere possint, & non aliàs, aliter, neque alio modo de quo solemniter protestatur.

Ex quibus, sic repetitis clarè constat de existentia cathedralis ecclesiæ, P. ac parochialis ecclesiæ N. super qua ad præsens hic agitur, necnon de nomine, & cognomine vltimi possessoris quondam N. Et sic fuit, & est verum.

Item ꝙ sanctissimus in Christo pater, & dominus noster dominus N. diuina prouidentia Papa modernus, volens pręfato domino Io. apud ipsum de nobilitate generis vitæ, ac morũ honestate, aliisq; laudabilibus probitatum, & virtutum meritis multipliciter commendato gratiam facere specialem dudũ videlicet sub data Romæ apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicę M. &c. Kalendis Maij. Pontificatus sui anno N. vnum, vel duo beneficiũ, vel beneficia, ecclesiasticum, vel ecclesiastica, etiam si alterum cum cura, aut Decanatus, vel Archipresbyteratus ruralis, seu dignitas in cathedrali Metropolitana, seu collegiata huiusmodi canonicatus, & prębendę administratio, vel officium fuerit ad dignitatem personarum administrationẽ, vel officium huiusmodi consueuerunt, qui per electionem assumi, alteriúsq;

eorum cura immineat animarũ dummodo dignitas ipsa in eadem cathedrali post pontificalem maior nõ existat ad Reuerendissimos patres Archiepiscopum N. & Episcopum N. ac venerabilium virorum prępositorum, Decanorum, cantorum, custodum, Cancellariorum, ac capitulorum, singulorumq; canonicorũ, & personarum G. & P. Ecclesiarũ etiam ratione dignitatum, personarum, administrationum, vel officiorum quos, quas, seu quæ in illis obtinet collationem, prouisionẽ, præsentationem, electionem, seu quauis aliam dispositionem communiter, vel diuisim pertinentes, seu pertinentia, si quod, vel si qua tunc vacabant, aut cum simul, vel successiuè vacauerit, quòd dictus dominus Ioan. per se, vel suum legitimum procuratorem ad hoc constitutum infra vnius mensis spatium, postquam sibi, aut procuratori suo prædicto, vacatio illius, vel illorũ innotuisset, duceret acceptandum, vel acceptanda conferendum, seu conferenda sibi post acceptationẽ huiusmodi cum omnibus, & singulis iuribus, & pertinentijs donationi suę, & apostolicæ reseruauit, inhibuit, & irritum decreuit, executores deputauit, ac alias, & alia fecit, & fieri voluit, prout in litteris apostolicis desuper confectis, ad quas dictus procurator se refert, easque hic dat loco positionum, & articulorum in quantum pro se, & contra partem aduersam faciãt, & non aliàs, aliter, neque alio modo: de quo protestatur, plenius continetur.

Item quòd dictus Io. dictam gratiam sciuit, illamq; ratam, & gratam habuit, & habet, litterasq; manifestas fieri, & expediri procurauit, quas venerabili viro domino N. Decano N. alteri ex executoribus cum clausula, quatenus vos duo, vel vnus vestrum, &c. in dictis litteris apostolicis deputato pręsentauit, eumq; quatenus ad executionẽ eorumdem procedere requisiuit: qui dominus executor ad dicti domini Io. principalis requisitionem, & instantiam processus super dictis litteris apostolicis decreuit, censuras ecclesiasticas fulminauit, subdelegauit, & alia fecit, & fieri mandauit, prout in instrumẽto processus sub data Romæ in domo habitationis suę sub anno à natiuitate Domini, &c. indictione xiij. die verò tertia mensis Maij, Pontificatus dicti domini nostri Papę N anno N. ad quos dictus procurator se refert, easq; hic dat pro positionibus, & articulis sub, & cum protestatione tamen proximè omissa plenius continetur, & habetur palam & publicè. Et quòd sic fuit, &c.

Item quòd de præmissis omnibus, & singulis fuit, & est publica vox, & fama.

Item quòd dictus quondã Io. N. dudũ ante tempus, & tempore obitus sui infra dicendi fuit, & erat dictæ parochialis ecclesiæ rector, & possessor verus, ac in ipsius iuriũ, & pertinentiarũ omniũ possessione pacifica, & quieta fructus, redditus, prouentus ex eisdem prouenientes percipiendo, & in suos vsus conuertendo, seq; pro tali, & vt talem tenuit, nominauit, & reputauit, ac ab alijs pro tali, & vt talis habitus, tentus, nominatus, & reputatus palam, & publicè. Et sic fuit, & est verum.

Item quòd idem Io. existens, sic vt prmittitur ipsius ecclesię prędictæ rector, & possessor, & pacificus, & quietus, fructus, redditus, & prouentus leuando, & percipiendo dudũ, videlicet post vltimam Decembris, & ante vltimam Februarij mensium anni Domini millesimi, &c. extra Rom. Curiam, & in partibus diem vitæ suæ clausit extremum, quòdq; per eius obitum dicta ecclesia parochialis de iure, & de facto verè vacauit, & pro vacua reputata fuit palam, & publicè. Et sic fuit, &c.

Itẽ quòd dicta ecclesia N. sic vt pręmittitur vacante, dictus dñs Ioan. principalis eamdẽ cum protestatione solita, & cõsueta infra tẽpus debitum corã notario publico, & authentico, ac testibus acceptauit, & sibi de illa per honorabilem virũ do. Io. quẽ in subexecutorẽ in vim clausulæ, cęterũ, in processibus contentę elegit ritè prouideri obtinuit, prout instrumento publico desuper confecto, ad quòd dictus procurator se refert, illudq;, & in eo cõtenta dat pro positionibus, & articulis inquantum pro se, & contra partẽ aduersam faciant, & non aliàs, aliter, nec alio modo, de quo pstatur. Et sic fuit, etc.

Item quòd de præmissis omnibus, et singulis fuit, et est publica vox, et fama.

Item quòd tempore datæ fulminationis processus prædicti, venerabilis vir d. H. Decanus vocabatur hoc nomine, et cognomine H. N. fuitque idem H. Decanus dictę ecclesiæ, ac in ipsius Decanatus, iuriumq; et pertinentiarum omnium eiusdem possessione seu quasi pacifica, et quieta in communione fidelium, ac aliàs habilis, et idoneus ad faciendum, et exercendum ea quæ in præmissis, et circa ea fecisse, et exercuisse dicitur, seq; etiam pro tali, et vt talem habuit, tenuit, nominauit, et reputauit, fuitq; etiam ab alijs pro tali, et vt talis habitus, tentus, nominatus, et reputatus palam, et publicè. Et sic fuit, et est verum.

Item quòd similiter dictus dominus Ioa. tempore datæ gratiæ fulminationis, processus, acceptationis, et prouisionis prędictorũ, et etiam dudum ante, et post fuit, et erat prout hodie est clericus secularis habitus, et tonsuram publicè, et honestè deferens clericales ætatis suę maior xxv. annorũ in et de legitimo matrimonio, et ex vtroque parente de nobili genere procrea-

procreatus in communione fidelium aliàs habilis,& idoneus ad dictã ecclesiam habendam, tenendam,regendam,& possidendã,seq; etiam pro tali,et vt talem habuit,tenuit,nominauit, et reputauit, fuitq; ab alijs pro tali, et vt talis habitus,tentus,nominatus,et reputatus, prout hodie habetur, tenetur, nominatur,et reputatur palam,et publicè. Et sic fuit,et est verum.

Item ꝙ similiter tempore datæ acceptationis, et prouisionis prædictarũ dictus dominus Io. fuit, et erat prout hodie est clericus secularis habitum, et tonsuram publicè, et honestè deferens clericales, publicus imperiali auctoritate notarius in communione fidelium, ac aliàs habilis,et idoneus ad faciẽdum, et exercendum ea quę in premissis,et circa ea fecisse, et exercuisse dicitur, seq; pro tali, et vt talem habuit,tenuit,nominauit,et reputauit,fuitque etiam ab alijs pro tali, et vt talis habitus,tentus,nominatus,et reputatus palam,et publicè. Et sic fuit, etc.

Item ꝙ omnes,et singuli superius in productis,et producendis, pro parte sua descripti,et nominati fuerunt,erant,et sunt tales quales in ipsis productis, et producendis describuntur, et nominãtur in cõmunione fidelium,ac aliàs habiles, et idonei ad faciendum, et exercendum ea,quæ in præmissis,et circa ea fecisse,et exercuisse dicuntur, seq; etiam pro talibus, et vt tales habuerunt, tenuerunt, nominarunt,et reputarunt, fueruntq; etiam ab alijs pro talibus,et vt tales habiti,tenti, nominati,et reputati, prout illi qui supersunt, ex eis habentur, tenentur, nominantur,et reputantur palam, et publicè. Et quòd sic fuit,etc.

Item hic dat de notarijs notariorum signis manibus, et habilitatibus eorũmdem, prout fuit,et est moris,atque stili.

Item quòd de præmissis omnibus, et singulis fuit, et est publica vox,et fama.

Item ꝙ præmissis non obstantibus, quidam N.assertus clericus aduersarius, cui nullũ vnquàm ius in seu ad dictam Ecclesiam competijt, neq; competit se temerè, & de facto cùm de iure non potuerit,siue posit suæ gratię expectatiuę acceptationi,et prouisioni prędictis, ac bono iuri ipsi domino Io. in et ad dictã ecclesiã cõpetenti opposuit,et opponit, ipsumq; desuper multipliciter vexauit, perturbauit, et inquietauit, prout molestat, vexat, perturbat, et inquietat, ac fecit,et facit quominus gratia expectatiua acceptatio, et prouisio prædictæ suum debitũ sortiri potuerint,aut sortiãtur effectũ,et ꝙ peius est,idem Io aduersarius in dicta ecclesia se intrusit, ꝑut intrusus est de præsenti fructus,redditus,et prouentus,ex eisdem prouenientes percipiendo, leuando,et in suos vsus cõuertendo in animę suæ periculũ dictiq; dñi Io. præiudicium non modicũ,et grauamẽ.

Quare petit procurator prędictus quo suprà nomine per vos R.p.d. Auditorem supradictũ, vestramq; diffinitiuam sẽtẽtiam, pronunciari,decerni,declarari,prout latius petetur verbo, et in scriptis loco, & tempore suis congruis,et opportunis.

Saluo iure, &c.

Et protestatur, &c.

Articuli quòd causa est deuoluta,et quòd citatio venit ad notitiam partis.

Vt vobis R.patri domino H. de N. causarũ sacri palatij apostolici Auditori constet,et appareat præsentem causam intitulatam monasterij N. vertente coram vobis inter Reuerendum patrem dominum P. dominum N. decretorum doctorem Abbatem dicti monasterij N. agentem ex vna,& quemdam fratrem N.assertum monachum dicti monasterij de et super monasterio, & eius occasione defendentẽ partibus ex altera,fuisse,et esse ad prẹsentẽ Rom. Cur.ac in ea legitimè deuolutam,& quòd vos potestis,et debetis in ipsa causa ad obseruationem omnium,et singulorum terminorum, vsque ad diffinitiuam sententiam,inclusiuè,ritè, et debitè procedere,procurator,et procuratorio nomine præfati domini P.dat,facit, & exhibet positiones, et articulos infrascriptos, et contenta in eis tàm coniunctim,quàm diuisim quibus per prædictam partem aduersam, ac etiam per quemdam fratrem de N. monachũ, et camerarium dicti monasterij, necnon procuratorem dicti fratris Io.N.aduersarij medio suo iuramento singulariter singulis responderi.et si negati fuerint,se et dictam partẽ suam, ad probandum eosdem in Romana Curia, et extra eam admitti,petit,offerens se illos legitimè probaturum,ad aliquam superfluam probationem nullatenus tamen se astringens de quo solemniter protestatur.

Et primò dicit,ponit, et si opus sit,probare intendit dictus procurator, ꝙ nuper de anno D. M.cccclxx.et de mense Maij eiusdem anni vos pręfate domine Auditor pro parte dicti domini P.de N.debitè requisitus vigore certæ commissionis vobis super hoc factæ in actis causæ huiusmodi insertæ citationem extra Rom.Curiam, et ad partes in forma debita,et consueta contra et aduersus fratrem Ioannem prędictum dicti monasterij detentorẽ,et quoscumque alios decreuistis,et concesistis,prout in actis huiusmodi erat ad quæ in hac parte se refert dictus procurator, et legitimè constat. Et sic fuit,etc.

Itē ꝙ die xxviij. menſis Iunij anni ſuperius proximè dicti Domini M.cccclxx. venerabilis, & religioſus vir dominus N. decretorū doctor præpoſitus venerabilis collegij ſancti Benedicti Montiſpeſulani N. diœceſis pro parte dicti domini P. fratris de N. in præſentia notariorum, ac teſtium fide dignorum litteras veſtras citationis ad partes, vt præfertur decretas in loco dicti monaſterij N. Nametenſis diœceſis ante primam portam ipſius monaſterij prę̨ſente ibidem, & audiente, & intelligēte dicto fratre Ioanne de N. per vnum ex notarijs prædictis palam, & publicè alta, & intelligibili voce legi, & publicari fecit, & ꝙ notarius ipſe litteras citatorias prędictas in præſentia plurimorum, ac etiā dicto fratre Ioanne de N. prę̨ſente, audiente, & intelligente palam, & publicè altaq́;, & intelligibili voce de verbo ad verbū legit, & publicauit. Et quòd ſic fuit, & eſt verū.

Item quòd tunc præfatus Reuerēdus N. doctor, & præfatarum v[illegible]rarum litterarum, citatoriarum, executor fecit diligentiam, quam commodè facere potuerit de habendo, & reperiendo perſonam dicti fratris Io. N. aduerſarij, & quod perſonam ipſam minimè apprehendere potuit. Et ſic fuit, &c.

Item ꝙ prę̨fatus dominus executor, tunc reperit prę̨fatum monaſterium clauſum, & quòd illud intrare dictamq́; citationem infra illud exequi, prout facere volebat, & intendebat nō potuit. Et ſic fuit, etc.

Item ꝙ præmiſſis attentis præfatus dominus executor dictum fratrem Io. de N. monachi, & camerarij dicti monaſterij, ac dicentis, & aſſerentis ſe eſſe procuratorem dicti fratris Io. aduerſarij, ac omnes alios, et ſingulos ſua in præmiſſis intereſſe credentis, ibidem palam, et publicè altaq́;, & intelligibili voce in præſentia quorum ſupra citauit, prout in dictis citatoriis litteris citari mādabatur. Et ſic fuit, &c.

Item ꝙ dictus frater Ioan. de N. tunc fuit, & erat in omnibus, et ſingulis prædictis prę̨ſens, illaq́; omnia vidit, & audiuit, et tunc ibidem dixit, et aſſeruit ſe eſſe procuratorem dicti fratris Ioan. aduerſarij. Et quòd ſic, &c.

Item quòd dictus frater Io. de N. procurator, et nomine procuratorio dicti fratris Ioan. aduerſarij petiit, et requiſiuit, ac etiam exinde habuit copiam citationis eiuſq́; executionis prædictæ. Et ſic fuit, &c.

Item ꝙ idem frater Io. de N. dictam copiam citationis, et executionis proximè dictam tradidit, ſeu manifeſtauit dicto fratri Ioan. N. aduerſario, aut ſaltem, ſibi intimauit, & notificauit citationem, & executionem ſupradictas. Et quod ſic fuit, &c.

Item ꝙ præfatus frater Ioa. aduerſarius habuit, & habet plenam, & debitā notitiā de citatione, & executione ſupradictis. Et ꝙ ſic, &c.

Item quòd præfatus frater Io. N. fuit, & eſt hic per dictum fratrem Io. aduerſarium, ac ex parte ipſius, & pro eo, & defenſione, ac prouiſione dictę cauſę procurator, ſeu ſolicitator expreſsè miſſus, & mandatus. Et ſic fuit, &c.

Item quòd præmiſſa omnia; et ſingula fuerunt, et ſunt vera publica notoria, et manifeſta, quòdq́; de his laborauit, et laborat publica vox, et fama.

Saluo iure corrigendi, etc.

Et proteſtatur, vt eſt moris.

Articuli pro verificatione commiſſionis ſupraſcriptæ, pro monitorio pœnali in cauſa Colonienſi contra Archiepiſcopum.

Ad finem, et effectum, vt vos Reuerendiſſime in Chriſto pater, et domine domine F. etc. ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconus Cardinalis iudex, et commiſſarius monitoriū pœnale in euentum citatorium contra, et aduerſus R. p. dominum R. Eccleſiæ C. Archiepiſcopum, omneſq́; alios, etc. iuxta; ſecundum vim, formam, etc. vt in forma.

Deinde deduc de conſuetudine quòd Archiepiſcopus tenetur ita iurare de officialibus caſtrorum prout narratur in ea. Item quòd iurauit. Item quòd dudum eccleſia Colonienſis fuit grauata debitis. Item de conuentione facta inter Archiepiſcopum capitulum, et creditores. Item quòd capitulum fideiuſſit. Item de exiſtentia caſtrorum Bruel, et Mechnich. Item quòd fuit ſuborta differentia inter nobiles qui nominantur.

Item quòd pro parte fuit facta concordia et capitulum fideiuſſit, prout in commiſſione.

Item ꝙ Archiepiſcopus per ſuas patentes litteras promiſit eam ſeruare. Item quòd fidē promiſſam non ſeruauit conueniendo contra conſuetudinem. Item omnia per vim abſtulit caſtra illa duo. Item pecunias, et theolonia per vim rapit, et creditoribus non ſatisfacit. Itē vltra præmiſſa mala rapit poſſeſſiones capituli, et deſignentur illa bona nominatim, et valet. Item impedit Archidiaconū in ſuis iuriſdictionibus. Item fabricam. Item ſyluam incidit. Item piſcinas. Item quòd propter nō ſolutionem creditorum capitulum, et clerus, et nonnullæ ſingulares perſonæ diffidantur, bona rapiuntur. Item ꝙ mandauit capitulo ſuo de ſolitis cenſibus non reſponderi. Item quòd capit familiares capituli, alia prout in cōmiſſione, etc. ſed per diem, annū, menſem, locum, et

nomina

nomina ab eis & specificãtur si fieri potest, nũc si non fiat in genere pro summaria declarationis, vt melius potuerint specificari, &c.

Articuli pro verificatione cõclusionis obtentæ super restitutione ad appellandum à diffinitiua sententia, quæ transiuit in rem iudicatam.

Pro verificatione dependẽtis commissionis coram vobis Reuerẽdo patre d. F. de vallis sacri palatij causarũ apostolici auditore pro parte honorabilis viri d. N. Vicarij in ecclesia N. vltimo factæ, et præsentatæ, et ad effectum, vt vos p. R. eumdem dominũ N. à prætensis sententiis, et censuris in eum vt prætenditur latis absoluere, et eum ad appellandum à quadam prętensa sententia per bo. me. d. R. p. dum viueret auditorem vt prętenditur lata, & quæ prætenditur in rem trãsiuisse iudicatã restituere, et alias iuxta ipsius depẽdentis commissionis vim, formam, atque tenorem procedere possitis, et valeatis, ac alias omnibus melioribus modo, via, &c. debet de iure procurator, et eo nomine dicti d. N. partis suę dat, facit, et exhibet positiones et articulos siue materias articulatas infrascriptas. Quibus sic singulariter, &c.

In primis enim repetit hic, etc.

Ex quibus quidẽ sic repetitis dicitur constare de quadam prętensa diffinitiua sententia, & etiam prætensis litteris executorialibus per bo. me. d. R. dum viueret palatij causarum apostolici auditorem, vt prætenditur lata, & decretis, necnon prætensa declaratoria desuper per R. p. d. N. coauditorem vestrum, vt similiter prætenditur lata, etc.

Item dicit, ponit, et si necesse fuerit, probare intendit dictus procurator quo supra nomine, quòd pater siue genitor dicti M. in huiusmodi causa aduersarij, dudũ ante diem xx vii. mensis Aprilis anni N. millesimi, etc. quo die dicta prętensa sentẽtia per præfatũ bo. me. B. vt prętenditur lata, quamdã concordiã nomine dicti M. filij sui de et super dictis Vicaria, de qua hic agitur, fecit et cõclusit. Et sic fuit, et est verum.

Item ꝙ dictus M. aduersarius dictã concordiam nomine suo, vt pręfertur, factam ratificando, laudãdo, et approbãdo, nuper videlicet die Mercurij, nona mensis Martij anno N. M &c. et sic iterum dudũ ante tempus dictæ prætensæ diffinitiuæ sententiæ pro ipso M. vt prętenditur latæ, omni iuri, liti, et causæ sibi M. quomodolibet forsan competenti sponte, et liberè coram discreto viro d. Io. presbytero, et notario publico, et testibus præsens cessit, et renunciauit. Et sic fuit, et est verum.

Item ꝙ dictus d. Io. N. dudum ante tempus, et tempore dictæ cessionis, et resignationis, iuris, litis, et causæ coram eo, et testibus per dictum M. aduersariũ vt præmittitur factæ, fuit, et erat notarius publicus fidelis, et legalis auctoritate imperiali, et ad eum tamquã talem notarium publicum fidelem, et legalem consueuit haberi recursus. Seq; etc.

Pręmissis itaque veris existẽtibus, prout verissima sunt, cõstat dictũ M. aduersariũ in fraude, et dolo fuisse, ac dictã prętensã sententiam fraudulẽter, et dolose extorsisse. Sibique tẽpore prętensę sententię propter cessionẽ et resignationẽ prędictas nullũ penitus ius competiisse.

Quare petit pręfatus dominus N. absolui, et aduersus dictã prętensam rem iudicatã ad appellandum restitui, prout latius petetur suis loco, et tempore opportunis, de quo protestatur expresè.

Saluo iure, etc.

Et protestatur, etc.

Articuli pro verificatione commissionis

Pro verificatione cõmissionis vobis domino Auditori ad instãtiam honorabilis viri domini N. rectoris parochialis ecclesiæ N. N. diœcesis vltimo factę, et pręsentatę, et aliàs in omnem meliorẽ modum, finem, et effectum, in quos id fieri potest, procurator, et procuratorio nomine dicti domini N. dat, facit, et exhibet positiones, et articulos infrascriptos, ad quos probandũ se in Ro. Cu. et extra eam petit admitti, nõ astringẽs se tamẽ ad aliquã superfluam probationẽ, sed ad ea solùm, et dũtaxat quę sibi dicto nomine sufficiãt ad intentionem suã consequendã, de quo protestatur expresè.

In primis enim dictus procurator nomine quo supra, dicit, et ponit, et si negatum fuerit, probare intendit quòd aliàs lite, et causa corã vobis inter præfatum dominum H. ex vna, et quemdam N. assertum clericum dictę diœcesis de et super præfata parochiali ecclesia, et eius occasione partibus ex altera introductis, vos Venerabilis domine auditor in hac causa ritè, et legitimè procedendo sententiam diffinitiuã cum condemnatione fructuum, et expensarum pro ipso N. contra pręfatũ N. citra vllam prouocationẽ suspensam in rem transiuit iudicatam tulistis, et promulgastis. Et ita fuit, etc.

Item quòd deinde vos venerabilis domine auditor in vim specialis cõmissionis desuper vobis ad instantiam dicti N. factæ contra præfatum N. ac alios in dicta ecclesia intrusos, et forsan intrudẽdos processus in executione dictæ sententiæ diuersas sententias, et pœnas in se continẽtes ad instantiam dicti N. iuxta formam dictæ commissionis decreuistis, et fulminastis. Et ita fuit, et est verum.

Item quòd quidam P. gerens se pro Abbate monasterij N. ordinis N. dictæ diœcesis, ac dictæ ecclesiæ parochialis N. de qua agitur collatore tempore motæ litis, & ante, & postmodum fuit, & erat, prout etiam hodie est, protector, fautor, & defensor dicti N. aduersarij, ac ipsum N. in dicta ecclesia contra dictam sententiam, & processus manutenuit, & defendit, licèt de facto, ipsumq; in dicta ecclesia fouet, & defendit, ac ipsum N. impediuit, & impedit, ac fecit, & facit quominus dictus N. aduersarius dictæ sententiæ pareat, prout deberet; & idem dominus A. dictę ecclesiæ possessionem assequi posset, & habere, sicque, vt prædicitur, fuit, & erat dictum, tentum, creditum, & reputatum, diciturq;, tenetur, creditur, & reputatur, atque fuit, & est verum, publicum, & notorium.

Item quòd subsequēter dicti processus per vos dominum auditorem super executione dictæ sententię, sic vt prefertur, decreti & fulminati fuerunt, & erant prefatis N. aduersario & N. asserto Abbati eiusdē N. fautori, & protectori intimat, & insinuati, & ad ipsorum plenam, & indubitatam notitiam deducti. Et sic fuit, &c.

Item quòd communis hominum opinio, assertio, credulitas, & vera reputatio, communeque dictum, atque publica vox, & fama fuit, & est apud omnes de præmissis scientes, & notitiam habentes, quòd ipse N. assertus Abbas fuit, & erat, prout est fautor, & protector in præmissis ipsius N. aduersarij contra ipsum dominum A. quòdq; dicti processus per vos, vt præfertur, super executione dictæ sententiæ fulminati, prout erant, & sunt ipsis N. aduersario, necnon N. asserto Abbati tanquā ipsius N. in hac parte fautori, & protectori publicati, & insinuati, & ad eorum plenam, & indubitatā notitiam deducti, & quòd sic fuit, & erat dictum, tentum, creditum, & reputatum, diciturq; tenetur, creditur, & reputatur, atque fuit, & est verum, publicum, & notorium.

Item quòd venerabilis vir dominus N. Decanus ecclesię N. N. diœcesis prędictę in prǣmissis per vos dominum auditorem, subexecutor deputatus videns, & cognoscens dictos processus legitimè executos, & ad ipsius plenam, & indubitatam notitiam deductos, ipsisque per ipsum minimè fuisse, & esse paritum N. aduersarium pœnas, & sententias in dictis processibus vestris contentas incidisse declarauit, ac huiusmodi processus vlterius aggrauauit, & reaggrauauit, & alia fecit, prout in processibus desuper confectis plenius continetur, & habetur. Et sic fuit, & est verum.

Item quòd præfati N. aduersarius dictis sententijs, & pœnis, sic vt præfertur, laqueatus, & N. assertus Abbas ipsius in hac parte fautor, & protector dictę sententiæ diffinitiuæ, & processibus, hucusq; minimè parerę curarūt, prout nec curant de prę́senti. Et sic fuit, & est verum.

Item quòd præmissa omnia, & singula fuerunt, erant, & sunt vera, publica, & notoria, atque de eis omnibus, & singulis fuit, erat, & est publica vox, & fama.

Petit igitur dictus procurator nomine quo supra per vos d. auditorem ipsos N. aduersariū & N. assertum Abbatem dicti monasterij N. iuxta formam commissionis requiri, & moneri, & aliàs sub pœnis in ea petitis, & contentis iuxta formam eiusdem sibi fieri iustitiæ complemētum, vestrum officium in præmissis humiliter implorando.

Saluo iure, &c.

Et protestatur, &c.

Articuli pro verificatione commissionis alterius.

Pro verificatione commissionis vobis Reuerendo patri vltimo præsentatæ in fauorem Venerabilis viri domini Ioann. rectoris parochialis ecclesiæ sancti N. N. diœcesis de & super nullitate, iniquitate, & reuocatione cuiusdam prætensi sequestri, vt dicitur decreti contra dominum N. C. & executi in dicta ecclesia, & illius fructibus in præiudicium dicti domini Ioannis N. dat, facit, ponit, & producit positiones, & articulos infrascriptos, & cōtenta in illis coniunctim, & diuisim dispositiuè, & narratiuè, & aliàs omnimodè. Quib⁹ petit, &c.

In primis articulorum loco repetit hic dictus procurator quo supra nomine omnia, & singula, iura, instrumenta, acta, actitata litteras apostolicas, processus, articulos, materiasq; articulatas cum probationibus desuper habitis, omniaque alia & singula dicta, facta, habita, & producta in dicta causa, in parte tamen, & partibus facientibus pro dicta parte sua, & contra partem aduersam, & non aliàs, aliter, nec alio modo, de quo protestatur expresse.

Item dicit quòd ex eisdem repetitis cōstat quòd satis ante prætēsam diffinitiuam sententiam, vt dicitur latam cōtra dictum dominum N. C. dictus dominus N. dictam parochialem ecclesiam in manibus ferre. N. Papæ N. spontè, purè, liberè, & simpliciter resignauit. Et sic fuit, & est verum.

Item dicit, & ponit quòd ex eisdem repetitis constat quod dictus dominus Papa huiusmodi resignationem admisit, dictamque parochialem ecclesiam, sic vacantem dicto d. Ioan. gratiosè contulit, & de illa sibi prouidit non obstante lite prædicta, & cum derogatione regulæ super hoc per eum editæ.

Item

Item dicit, & ponit ꝙ ex eisdem repetitis constat ꝙ dictus dominus Io. gratiam, & collationem huiusmodi ratas, & gratas habuit litterasq; desuper fieri fecit, & expediri procurauit, processusque debitos in forma solita, & consueta fulminari fecit, & illorum vigore dictæ ecclesiæ sancti N. possesionem extitit canonicè assecutus.

Item dicit, & ponit quòd ex eisdem repetitis constat quod ante latam prætensam sententiam dictus Ioan. aduersarius habuit notitiam, & scientiam resignationis, collationis, & possesionis prædictarum.

Item dicit, & ponit ꝙ ex eisdem repetitis huiusmodi, constat de decreto prętensi sequestri, & de illius executione facta super dicta ecclesia, & illius fructibus in præiudiciū dicti domini Ioan. N. rectoris, & possessoris præfati.

Item dicit, & ponit quòd ex huiusmodi repetitis constat ꝙ dictus dominus Io. N. nō fuit conuictus, nec condemnatus in dicta causa, nec contra eum lata aliqua diffinitiua sententia super dicta ecclesia quam canonicè obtinebat, & propterea non potuit fieri aliqua executio sequestri in eius præiudicium.

Item dicit, & ponit quòd in huiusmodi repetitis constat nulliter, vel saltem iniquè processum fuisse ad decretum, & executionem dicti prætensi sequestri.

Item vlterius dicit, & ponit quòd præmissis, sic veris existentibus, prout vera sunt, dictum prætensum sequestrum, & illius prætensa executio fuerunt, & sunt reuocanda, cassanda, & irritanda, & per vos cassari, irritari, & reuocari debent.

Item quòd de præmissis omnibus, & singulis fuit, & est publica vox, & fama.

Saluo iure, &c.

Et protestatur, &c.

Articuli pro verificatione cuiusdam commissionis alterius.

Pro verificatione cuiusdam commissionis, nuper vobis R. patri domino N. de N. sacri palatij apostolici causarum auditori in locum R. patris domini S. Episcopi N. in huiusmodi causa surrogato, & pro parte egregij viri domini N. decretorū doctoris canonici prębendati in ecclesia N. præsentatæ procurator, & eo nomine antedicti domini N. & partis suæ dat, facit, & exhibet positiones, & articulos infrascriptos tàm cōiunctim quàm diuisim, quibus, & eorum singulis, ac singulariter singulis, sic petit per eius in huiusmodi causa partem aduersam medio eius iuramento per verbum credit, vel non credit directè responderi, & si negati fuerint, se ac dictam partem suam ad probandū illos in Rom. Curia & extra admitti petit, ad superfluam probationē nullatenus se astringens, de quo expresè protestatur.

In primis enim pro omnium, & singulorum supra & infra dicendorū & in antedicta commissione contentorum maiori verificatione, & probatione procurator quo supra nomine repetit, ac hic pro repetitis habere vult, & intendit omnes, & singulos positiones, & articulos, omnesq; & singulas materias articulatas, totumq; processum, ac sententiam, desuper latam cum probationibus desuper habitis, & inde secutis, quatenus tamen pro se, parteq; sua prædicta, & contra dictam partem aduersam faciant, & non aliàs, de quo etiam protestatur expresè.

Ex quibus igitur repetitis cōstat quòd tam tempore fe. re. Martini Papæ Quinti, quàm etiam sanctisimi domini nostri Papæ lis inter supradictos quondam Martinum N. & Ia. N. aduersariū super canonicatu, & præbenda super quibus hic agitur lis pēdebat indecisa.

Constat etiam quòd lite huiusmodi coram R. patre domino Io. de N. inter dictas partes, vt præmittitur pendente fuit de ipsorum procuratorum consensu ab ipso domino auditore auocata, & Reuerendis patribus dominis P. & F. commissa, & per ipsos auditores reassumpta. Et sic fuit, &c.

Item quòd de pręmisis omnibus, & singulis fuit, & est publica vox & fama.

Itē quòd vltra pręmissa dicit, ponit, & probare intendit quòd lite huiusmodi coram dictis auditoribus pendente ijdem auditores diffinitiuam sententiā cum expensarum condemnatione de dominorum coauditorum suorum consilio, & assensu pro dicto quondam Martino, & contra pręnominatū Ia. aduersarium die lunæ xj. mensis Iunij anno domini millesimo, &c. promulgarunt. Et sic fuit, & est verum.

Item ꝙ veritas fuit, & est pręter id & absq; eo quòd à dicta diffinitiua sentētia fuerit pro parte dicti Ia. saltem infra tempus debitū appellatum, quinimmo veritas fuit, & est, quòd pręnominata diffinitiua sentētia in rem transiuit iudicatam. Et sic fuit, & est verum.

Item vltra pręmissa procurator quo supra nomine dicit, ponit, & probare intendit quòd dictus quondam Martinus dudum ante prolationem dictæ sententiæ, & post antedictos canonicatum, & præbendam super quibus hic agitur posidebat. Et sic fuit, & est verum.

Item quòd prælibatus quondam Martinus antedictos canonicatum, & præbendam super quibus hic agebatur tempore latæ dictæ diffinitiuæ sententiæ, & vsq; ad mensem Iulij anni

domini M.&c.ac etiam ad tempus,& tempore obitus sui pacificè, & quietè possedit. Et quòd sic fuit,& est verum.

Item quòd de pręmissis omnibus,& singulis fuit,& est publica vox & fama.

Item ꝙ vacatione antedictorum canonicatus, & præbendæ super quibus hic agitur, per dicti quondã M.N extra Ro.Cur defuncti obitum ad notitiã S.d.N.d. Eugenij deducti idem dominus noster de dictis canonicatu, & præbenda vigore certę regulę concordatorũ inter subditos regis N. per præfatũ dominum nostrũ factę tamquam de reseruatis pręnominato domino Francisco, prouidit, ac dictæ prouisionis vigore illorum possessionem extit assecutus, prout possidet hodie. Et sic fuit,etc.

Item ꝙ præfatus dominus Franc. mediam annatam, seu medios fructus de antedictis canonicatu,& præbenda de quibus, vt præmittitur prouisus fuit,cameræ apostolicæ soluit. Et sic fuit, & est verum.

Item quòd de præmissis omnibus, & singulis fuit,& est publica vox & fama.

Saluo iure,&c.

Et protestatur, etc.

Articuli super vacatione ecclesiæ cathedralis,& habilitatibus promouendi.

Ad ostendendum,& demonstrandum de vacatione ecclesiæ N.eiusque situatione, necnon probitate,scientia,& idoneitate, vita & moribus Venerabilis, & circumspecti viri domini N.in artibus Magistri, & in sacra pagina, &c. de nobili genere, ac alijs in commissione vobis R.& dominus N.& N. Episcopis,ac Abbati sancti N. ad hoc commissariis per hoc sacrũ Basiliensem concilium deputatis pro eodem domino Iacobo factis procurator, & nomine procuratorio præfati domini Iac. dat, facit, & exhibet pro summaria informatione positiones, & articulos infrascriptos, ac contenta, & descripta in eisdem.

In primis dictus procurator quo supra nomine ponit, & probare intendit ꝙ à centũ annis proximè pręteritis,ac citra,& supra,& hominum à tanto tempore ꝙ in contrarium memoria non existit in regno N.ac infra fines, et limites ipsius regni fuit , esseque consueuit, & hodie est quædã notabilis, & populosa ciuitas dicta communiter, et appellata ciuitas sancti N.et in ipsa ciuitate quædam notabilis solemnis,et insignis cathedralis ecclesia dicta communiter, et appellata ecclesia cathedralis sancti A. habens Episcopũ pro tempore tamquã caput,necnon priorem,pluresq; canonicos regulares ordinis sancti Augustini , & personas alias dicti ordinis sancti Augustini, tamquam membra capitulum dictæ ecclesiæ facientes, & repræsentantes,ac longam,latam,& propriam diœcesim , ab aliis diœcesibus circumuicinis separatam,& distinctam, & nonnulla alia iura & insignia solemnem cathedralem ecclesiam facientia, & demonstrantia palam , & publicè. Et sic fuit, et est verum.

Item ꝙ quondam bo. me. dominus Henricus N. dudum ante tempus , et tempore mortis, siue de qua infra dicitur fuit , & erat verus Episcopus , et pastor dictæ ecclesiæ N. ipsam ecclesiã in spiritualibus , et temporalibus laudabiliter regens,et gubernans,ac regiminis,et administrationis pontificalis dignitatis dictæ ecclesiæ pacificus possessor,fructus,redditus,et prouentus eiusdem percipiens vt,et tamquam verus Episcopus eiusdem,et vt talis,et pro tali fuit dictus,tentus,habitus,et reputatus palam, et publicè. Et sic fuit,etc.

Item ꝙ pręfatus bo. me. dominus Henricus, sic verus Episcopus,et pacificus possessor dictæ ecclesiæ sancti N.et regiminis põtificalis eiusdem existens dudum de anno præsenti M. etc. de mense N. eiusdem anni hoc sacrum concilium , et in partibus diem vitæ suæ clausit extremum , quòdq; per ipsius quondam dom.H. Episcopi obitum ecclesia dicta sancti N.pastoris , ac pontificis solatio destituta fuit tam de iure quàm de facto vacauit, & vacare reputata fuit palam,& publicè. Et sic fuit,etc.

Item quòd quidã N. assertus Episcopus N. per totum proximè dictum mensem N. necnõ per menses N.et N.et N.immediatè pręcedẽtes,ac dudum ante cõtinuè in ciuitate N. cum sanctissimo domino nostro Papa E. tenendo, nominando, et reputando, eidemq; tamquam Papæ adherendo, licèt male, et perperam, ac contra decreta saluberrima huius sacri concilij temerè veniendo,pœnasq; pręsertim excõmunicationis,et in habilitatis ad quascumque dignitates in eisdẽ decretis contentas damnabiliter incurrẽdo palam,et publicè. Et sic,etc.

Item ꝙ de dicto mense N. & longè ante in ciuitate , necnon diœcesis sancti N. ac in toto regno N.et apud homines illorum regni,ciuitatis,et diœcesis,et priorẽ,capitulũ, canonicos, et personas dictæ ecclesiæ sancti N. publicum, et notoriũ erat adeo , ꝙ nulla tergiuersatione celari poterat, neq; potest ꝙ dictus N.assertus Episcopus N.et cum dicto E vt pręfertur,residebat, dictoque E. adhærebat post , et contrà decreta huius sacri concilij. Et sic fuit, etc.

Item ꝙ præmissis non obstantibus , et licèt notoria, et manifesta forẽt,vt pręfertur, prior, capitulum,canonici, & personæ dictæ ecclesiæ sancti N. ad quos ius eligẽdi pertinere dignoscebatur,

scebatur, præfatum N. assertum Episcopum N. propter præmissa notoriè excommunicatum, & inhibitum in eorum, et dictæ ecclesiæ sancti N. Episcopum scienter postularunt, licèt nulliter & de facto palam, et publicè. Et sic fuit, etc.

Item ꝙ præterea, præfati prior, capitulum, ac canonici, et personæ iure eligendi, siue postulandi fuerunt, et sunt hac vice de iure priuati palam, et publicè. Et sic fuit, etc.

Item ꝙ premissis huic sacro concilio N. expositis, præfatum sacrum concilium, vobis prefatis dominis commissariis commisit, & mandauit, vt vos de vacatione dictę ecclesiæ sancti N. & aliis supradictis, necnõ probitate, scientia, idoneitate, vita, et moribus præfati d. N. informaretis, et, vt moris est, in congregatione generali diligẽter referreretis ad finem dictæ ecclesię sancti N de persona dicti domini N. prouidendum, ipsumque in Episcopum eiusdem præficiendum, prout in commissione desuper signata, ad quam se refert dictus procurator, plenius continetur. Et sic fuit, et est verum.

Item ꝙ præfatus dominus N. dudum ante tempus, et tempore dictæ commissionis fuit & erat, prout hodie est presbyter, magister in artibus, & in sacra pagina bacchalarius, ac de nobili genere baronũ ex vtroque parente procreatus, ac de præfata diœcesi sancti N. de potentissimisq; baronibus, & nobilibus eiusdem diœcesis oriundus, vitæ laudabilis, & conuersationis honestæ xxx. annis ætatis suæ maior, in & de legitimo matrimonio procreatus, in spiritualibus, & temporalibus multũ circumspectus in communione fidelium, & aliàs habilis, & idoneus sufficiens, & potens, vt de persona sua dictæ ecclesiæ prouideatur, ipseq; in Episcopum eidem præficitur, & vt talis, &c.

Item pro vlteriori informatione vestræ R. p. præfatus procurator dicit, & asserit, ꝙ dicta ecclesia sancti N. à temporibus in primo articulo descriptis fuit, & est solemnis, maior, ditior, & dignior ecclesia cathedralis totius regni Græcię, habuitq; & habet magnam, & amplam temporalitatem, & ratione huiusmodi temporalitatis vasallos, comites, barones, milites, nobiles, ac populos immensos palam, & publicè. Et sic fuit, & est verum.

Item ꝙ propterea requiritur quòd Episcopus sancti N. pro tempore sit validus, prouidus, & circumspectus non solùm in spiritualibus, sed etiam in temporalibus, ac nobilis, & potens, & sciens vassallos huiusmodi, &c. Et ita fuit, & est verum.

Item quòd pręfatus dominus fuit, & est maiorum comitum, baronum, & nobilium vassallorum huiusmodi cõsanguineus, ipsisq; & aliis vasallis, necnon clero, & populo ciuitatis, & diœcesis sancti N. gratissimus, prudens, & circumspectus ad regendum temporalitatem huiusmodi, ita quòd in illa diœcesi nullus talis reperiri possit, consideratis singulis circumstantiis, videlicet moribus, litteratura, genere, & circumspectione in temporalibus, pręsertim ad resistẽdum dicto N. aduersario asserto Episcopo, et certè si de persona dicti N. dictæ ecclesiæ prouideatur, ipse poterit realiter resistere dicto N. aduersario, immo ipsum auctoritate litterarum concilij, et possessione dictæ ecclesiæ, si eam habeat expellere, et per prouisionem dicti domini N. verisimiliter sequitur medium, per quod sacrum concilium, et dominus noster Papa habebunt plenam obedientiam regni Græciæ. Et sic fuit, et est verum.

Item quia dicta ecclesia sancti N. dicitur etiam commissa pro Reuerẽdo p. domino Abbate N. contra cuius personam dictus procurator nihil adhuc excipit, sed dictus procurator supplicat, et requisiuit quatenus à testib' examinandis requirere velint an dictus Abbas casu prouisionis sibi fiendæ verisimiliter posset assequi possessionem dictæ ecclesiæ, atiam si nullus aduersarius foret.

Item an si de more, an vnquam visum fuerit, aut auditum quòd in regnò Græciæ esset aliquis Episcopus monachus, præsertim ordinis N. et an consueuerunt tales ad Episcopatus in regno N. admitti, etc.

Saluo iure, etc.

Et protestatur, etc.

Articuli super Abbatia in possessorio suspenso petitorio.

Positiones, et articulos infrascriptos dat, facit, et exhibet procurator Reuerendi patris domini N. de N. Abbatis monasterij de N. N. diœcesis ordinis N. bacchalarij in Theologia partis suæ, ac contenta, etc.

In primis siquidem dictus procurator quo supra nomine dicit, ponit, et si necesse fuerit, probare intendit, ꝙ ab vno, duobus, tribus, et centum annis, etc. fuit, esseq; consueuit, et hodie est quemdam notabilis ciuitas dicta communiter, et appellata ciuitas N. et in ea solemnis, et insignis cathedralis ecclesia dicta communiter, et appellata cathedralis ecclesia N. habens pro tempore Episcopum, vt caput, etc. et alia signa, etc. Et sic fuit, et est verum.

Item quòd ab eisdẽ temporibus, et per ipsa tempora fuit, esseque consueuit, et hodie est in diœcesi N. ac infra fines, et limites eiusdem diœcesis inter alia monasteria quoddam venerabile monasterium religiosorum ordinis N. N. diœce-

N. diœcesis dictum communiter & appellatum monasterium de N. ordinis N. N. diœcesis habens pro tempore Abbatem, tamquam caput priorem claustralem, & plures religiosos dicti ordinis expressè professos, tamquam membra conuentum dicti monasterij inter se facientes necnon ecclesiam deuotam, & solemnem, claustrum, & refectorium, dormitorium, & alia signa, & insignia monasteriũ, seu Abbatiam ordinis N. facientia, & demonstrantia palam, publicè, & notoriè. Et sic fuit, &c.

Item quòd à sæpedictis temporibus, & per ipsa tempora regimen, administratio, & gubernatio in spiritualibus, & temporalibus dicti monasterij, necnon religiosorũ, & bonorum eiusdem spectarunt, & pertinerunt, ac spectare, & pertinere consueuerunt ad dictum Abbatem dicti monasterij pro tempore existentem, ac spectant, & pertinent de iure, quódq; Abbates qui pro tempore successiuè fuerunt dictũ monasterium, ac religiosos, & bona eiusdem monasterij in spiritualibus, & temporalibus rexerunt, & gubernarunt, regereque, & gubernare consueuerunt ad instar aliorum monasteriorũ dicti ordinis, ac fuerunt in plena, & pacifica possessione dicti regiminis, & administrationis huiusmodi palam, publicè, & notoriè. Et sic fuit, &c.

Item quòd præmissa omnia, & singula, &c.

Item quòd à sæpedictis temporibus, & per ipsa tempora in diœcesi, ac infra fines, & limites ipsius diœcesis fuit, esseq; consueuit quoddam aliud solemne monasterium dicti ordinis N. dictum communiter, & appellatum monasterium de N. ordinis N. & N. diœcesis habens Abbatem, tamquã caput, necnõ priorem claustralem, & quãplures religiosos, tanquã membra conuentum dicti monasterij de N. facientia, necnon ecclesia, claustrum, dormitorium, alia signa, & insignia notabile monasterium facientes, & repræsentantes palam, & publicè. Et sic fuit, & est verum.

Item quòd à sæpedictis temporibus, ac per ipsa tempora, ac ex fundatione, & dotatione dicti monasterij N. fuit, esseq; consueuit, & hodie est de monasterio de N. & Abbati dicti monasterij de N. lege ordinaria, ac iuxta dicti ordinis instituta subiectum, Abbasq; monasterij de N. fuit, & est pater Abbas dicti monasterij de N. ac Abb..is religiosorum eiusdem, fuitq; & est in possessione pacifica, & quieta electionis Abbatem dicti monasterij per conuentum eiusdem confirmandi, & instituendi, necnõ Abbatem confirmantis quotiens demeruit priuandum, & resignationis ipsius recipiendi auctoritate ordinaria admittendi cõsensu, & requisitione cuiuscumque, spectauitq; ius cõfirmandi, instituendi, & destituendi resignationes admittendi huiusmodi ad præfatos dominos Abbates de N. pro tempore existentes, prout ad modernum dominum Abbatem de N. spectat, & pertinet, confirmationesq; priuationes, institutiones, destitutiones, & resignationum admissiones huiusmodi per dictum Abbatem de N. factæ, & admissæ fuerunt, erant, & hodie si fierent, essent validæ, & efficaces, suumq; debitum, &c. saluis semper dispositionibus apostolicis palam, & publicè. Et sic fuit, & est verum.

Item quòd similiter à prędictis temporibus & per ipsa tempora in primo articulo descripta electio Abbatis dicti monasterij de N. quotiens casus vacationis eiusdẽ occurrit, spectauit, & pertinuit, ac spectat, & pertinet ad priorem claustralẽ, & alios religiosos expressè professos dicti monasterij pro tẽpore existentes, sine assensu, aut requisitione cuiuscumque. electiones per ipsos factę quotiẽs fierent suum debitum sortitæ fuerunt, & hodie si fierent, sortirentur effectum, saluis etiam dispositionibus apostolicis palam, & publicè. Et sic fuit, & est verum.

Item quòd R. p. d. N. olim Abbas dicti monasterij de N. dudũ ante tempus, & tempore resignationis suæ de qua infra dicetur fuit, & erat Abbas dicti monasterij de N. ac in possessione pacifica, & quieta, seu quasi dignitatis Abbatialis, necnõ regiminis, & administrationis bonorũ, & religiosorũ dicti monasterij, & vt talẽ, & pro tali se habuit, tenuit, nominauit, & reputauit, ab alijsq; dictus, tentus, nominatus, & reputatus fuit palam, et publicè, etc.

Item quòd ipse R. p. d. N. vt prefertur dicti monasterij de N. tunc Abbas, et in ipsius regiminis, et administrationis bonorum, et religiosorum ipsius possessione pacifica, et quieta, seu quasi existens dudum, videlicet die Veneris penultima mensis Maij, anno Domini, etc. in manibus R. p. d. N. Abbatis monasterij de N. et Reueren. etiam patris N. Abbatis ipsius monasterij de N. in loco dicti monasterij de N. tunc existentibus, et præsentibus omnibus religiosis dicti monasterij purè, liberè, et simpliciter resignauit, ipseq; R. p. dominus N. tandẽ resignationem huiusmodi auctoritate sua ordinaria, prout iuxta sui ordinis instituta poterat, admisit, et deinde resignatione huiusmodi admissa ipse pater Abbas ad electionem Abbatis dicti monasterij de N. decreuit fore procedendũ, et consequenter omnes religiosi dicti monasterij qui ad electionẽ Abbatis interesse tunc debebant, et poterant ibidem existentes congregati simul cantata in choro dictę ecclesiæ missa de Spiritu sancto, ipsisq; confessis, et per eorum quemlibet Eucaristiæ sacramento

recepto,

recepto, et alijs solemnitatibus in talibus fieri debitis obseruatis in loco capitularij dicti monasterij conuentualiter conuenerunt, et venerabilem patrem fratrem N. de N. monachum monasterij de N. dicti ordinis N. diœcesis, et dictum ordinem expresse professum in Theologia bachalarium, et de nobili genere procreatum vnanimiter, et per viam Spiritus sancti in eorum, et dicti monasterij Abbatem elegerunt, ipseq; frater N. ex post consilio, et assensu Abbatis dicti monasterij de N. superioris sui ad iteratas preces, et rogationes dictorum religiosorum electioni de sua persona, vt præmittitur, factæ consensit, illamque ratam, gratamq; habuit, et tandem electionem suam huiusmodi per præfatum dominum Abbatem de N. patrem Abbatem dicti monasterij de N. auctoritate ordinis ritè, et legitimè iuxta dicti ordinis statuta confirmari, ipsumq; in Abbatē dicti monasterij de N. præfici, curamque, regimen, et administrationem eiusdem in spiritualibus, et temporalibus plenariè committi obtinuit, prout in instrumentis publicis desuper confectis, ad quæ se refert dictus, etc.

Item ꝙ præfatus frater N. electionem, præfectionem, et confirmationem huiusmodi, et alia premissa de expresso cōsensu dicti sui Abbatis de N. dicti monasterij de N. ratā habuit, atque gratam, et habet et ipsius vigore possessionem realem, et actualem dicti monasterij de N. et Abbatialis dignitatis, necnon regiminis, et administrationis bonorum eiusdem in spiritualibus, et temporalibus plenariè assecutus fuit, videlicet de mense Maij anno Domini, etc. et huiusmodi possessionē ex post per menses N. et N. et vsq; ad penultimam mensis Augusti anni proximè dicti tenuit, et possedit, et habuit dictum monasterium in spiritualibus, et temporalibus laudabiliter regendo, et gubernando fructus quoq; redditus, et prouentus dicti monasterij percipiendo, et in suos, ac religiosorum dicti monasterij, et ipsius monasterij vsus tamquam verus Abbas dicti monasterij conuertendo pacificè, et quietè, palam, et publicè. Et sic fuit, et est verum.

Item quòd ante tempus, et tempore electionis, et confirmationis prædictarum, videlicet die penultima mēsis N. anno Domini, etc. prefatus frater N. de N. fuit, erat, prout hodie est monachus dicti ordinis N. ipsum ordinem expresè professus habitum expresè professoris dicti ordinis honestè deferendo in sacerdotio constitutus in Theologia bachalarius, ac de nobili genere procreatus, et à prefato d. Abbate de N. suo ad huiusmodi electionis, et confirmationis recipiendam licentiatus xxvj. annis ætatis suæ maior in communione fidelium, et aliàs habilis, et idoneus ad dictum monasterium, ac Abbatialem dignitatem, necnon regimen, et administrationem eiusdem assequendum, gubernandum, regendum, et obtinēdum, et vt talis, et pro tali, etc.

Item quòd prefatus dominus N. à sex annis proximè preteritis citra, et supra cōtinuè fuit, erat, et hodie est Abbas monasterij de N. et pater Abbas de N. monasteriorum predictorū, ac in possessione regiminis, et administrationis bonorum dicti monasterij de N. et omniū præmissorum in cōmunione fidelium, et aliàs habilis, et idoneus ad faciendum ea quæ superius fecisse dicitur, et vt talem, etc.

Item quòd licet prefatus N. electionem, et confirmationem prædictas, et aliàs debitè, et iuridicè, et canonico titulo mediante, et sibi suffragante possessionē dicti monasterij de N. necnon Abbatialis dignitatis, et regiminis, et administrationis bonorū eiusdem in spiritualibus, et temporalibus fuisset, vt prefertur, assecutus, illamq; per tres menses tenuisset, et habuisset pacificè, et quietè, vt præfertur, et alijs præmissis nō obstantibus quidam frater Io. de N. assertus monachus dicti ordinis, nescitur quo spiritu ductus die penultima mensis Augusti anno Domini, etc. multis secularibus, et laicis personis associatus vi, et violēter, et potentia laicali dictum monasterium de N. ingressus fuit, præfatumq; dominū N. de N. Abbatem, et in possessione, vt præfertur, pacificè, et quietè existentem temerè, et de facto, ac vi, et violenter dicto fratre N. non vocato, neque citato spoliauit, et se in dictum monasterium, necnon regimen, et administrationem bonorū eiusdem intrusit, et huiusmodi spoliatione, et intrusione vsque ad intrusionem fratris Io. aduersarij de qua inferius dicetur, continuauit, dictumq; dominum N. verum Abbatem spoliatum tenuit, ac multa bona ipsius fratris N. Abbatis, et dicti monasterij secum asportauit, multaq; ignominia ibidem commisit, fructus, redditus, et prouētus ex dicto monasterio prouenientes damnabiliter vsurpando palam, et publicè. Et sic, etc.

Item ꝙ prefatus frater N. Abbas huiusmodi spoliationibus, violentijs, occupationibus, et detentionibus per dictum fratrem N. de N. sibi vt præmittitur factis quantum in eo fuit, se opposuit, et propterea ad hoc sacrum N. concilium accessit, et causam contra dictum fratrem Io. de N. introduxit, et super premissis in lite, et controuersia contra dictum fratrem de N. vsque ad intrusionem fratris Io. N. aduersarij semper continuè fuit notoriè, adeo, et taliter quòd ipse Ioan. N. et quicumq; in partibus benè, et perfectè sciebat, et scire poterāt quòd

præfatus

prefatus frater N per dictum fratrem de N. aduersarium fuerat, vt præfertur, dicto suo monasterio, & eius possessione spoliatus exinde violenter deiectus, & propterea lis, & controuersia inter eos notoriè existebat palam, & publicè. Et sic fuit, & est verum.

Item ꝙ licèt ipse frater Io. N. aduersarius sciret, seu scire valeret, & posset quòd præfatus frater N. fuisset, & esset, vt præfertur, ad dictũ monasterium canonicè electus, & deinde confirmatus, ac electionis, & confirmationis prædictæ vigore, & aliàs debitè canonico titulo mediante possessioné suam cõtinuasset, vt præfertur, ac ꝙ dictus frater Io. de N. ipsum fratrè N. spoliasset, vt prefertur, & propterea ipse frater N. semper ad dictam suam possessioné restitui peteret, & quæreret, & quòd nullum ius sibi in dicto monasterio competeret, ac alijs præmissis non obstantibus idem mense Iunij, anni præsentis Domini M. &c. in viciũ, & spolium violenter dicti de N. succedere nescitur quo spiritu ductus sua temeritate propria, ac contra ius, & iustitiam in dictum monasteriũ de N. ac regimen, & administrationem eiusdé Abbatialis dignitatis, & bonorũ eiusdem vim, & violentiam dicti domini N. continuando se intrusit, prout intrusus, ac ex tunc dictum fratrem N. de N. dicto monasterio de N. & sua possessione eiectum, & spoliatum detinuit, & detinet, recusauitque & recusat possessionem dicti monasterij, & Abbatialis dignitatis, necnon regiminis, & administrationis, &c.

Saluo iure, &c.

Et protestatur, &c.

Articuli pro facultate Episcopi ad prouidendum de canonicatibus in certis ecclesijs.

Positiones, &c.

In primis de existentia cathedralis Ecclesiæ, &c.

Item ponit, & probare intendit ꝙ sanctissimus, &c. volens Reuerendo, &c. illam impendere gratiam, per quam se alijs possit reddere gratiosum, vt prouidere posset auctoritate apostolica in cathedrali N. &c. duabus, & in singulis sancti N. & sancti N. &c. ecclesijs duabus alijs personis idoneis quas ad hoc duceret eligendas singulis, videlicet ipsarum de singulis canonicatibus dictarum ecclesiarum cum plenitudine iuris canonici, ac reseruare in qualibet earumdem Ecclesiarũ duas prædictas præbendas pro eisdem, necnon xx. beneficia ecclesiastica cum cura tunc vacantia, vel vacatura spectantia ad prouisionem, collationem, præsentationem, seu quamuis aliam dispositioné Episcopi, &c. pro tempore existentis pro singulis personis, quas similiter ad hoc duceret eligendas, concessit facultatem, & alia fecit, prout in litteris, &c.

Item quòd prefatus dominus huiusmodi facultatem gratiam sciuit, &c.

Item ꝙ earumdem vigore canonicatum ecclesiæ N. præfato B. contulit, necnon ipsum ad præbendam eiusdé ecclesię cum vacaret quam duceret acceptandam elegit, & nominauit, ac ipsam conferendam sibi post acceptationem huiusmodi reseruauit, ac processus solitos in talibus fieri consuetos emisit, prout etiam in ipsis processibus, &c.

Item prefatus N. huiusmodi nominationé, collationem, & reseruationem sciuit, &c.

Item quòd de præmissis, &c.

Itẽ dat de canonicatu illius per cuius obitum vacauit canonicatum, & præbendam, &c.

Item de morte ipsius, etc.

Item de acceptatione dicti N.

Item de habilitate Episcopi, & N. etc.

Articuli nominationis Episcopi.

Positiones, & articulos infrascriptos dat, facit, & exhibet procurator, & nomine procuratorio Venerabilis viri N. rectoris ecclesiæ N. diœcesis N. & contenta in eisdem dat dispositiuè, & narratiuè, etc.

In primis igitur ponit procurator prędictus quo supra nomine, & probare intendit quòd à x. xx xxx. &c. annis proximè præteritis citra, & vltra, ac etiã à tanto tempore, & per tantũ tempus, de cuius initio memoria hominum in contrarium non existit, in N. & N. fuit, esseque consueuit, ac hodie est quædã solemnis cathedralis ecclesia dicta communiter, & appellata ecclesia cathedralis N. habens Episcopum pro tempore tamquã caput, & Decanum, & quamplures canonicos præbendatos, & alias personas in eadem ecclesia beneficiatas, tamquam membra capitulũ facientia, & demonstrantia, necnon propriã, et limitatã diœcesim, & alia signa, et insignia ecclesiã cathedralem facientia, & demonstrantia. Et sic fuit, & est verum.

Item quòd ante N. diem mensis N. anni N. & ex tunc continuè xvi. ex canonicatibus, & præbendis, et tres ex dignitatibus ecclesiæ N. necnon lx. ex beneficiis cum cura, vel sine cura in ciuitate, et diœcesi N. consistentibus ad collationem, et prouisionem dicti domini Episcopi N. pro tempore existentis spectarunt, & pertinuerunt, et adhuc spectant et pertinent. Et quòd sic fuit, et est verum.

Item quòd dominus N. de N. olim Io. Papa N. dudum sub data viii Kalend. Februarij Pontific.

tis cessit anno N. volens R.p.d.N. Episcopi N. moderni honorare personam ad conferendum auctoritate apostolica duobus clericis ad hæc per eumdem dominum Episcopum eligendis, & nominandis, videlicet cuilibet ipsorum canonicatum ecclesiæ N. reseruando eadem auctoritate pro quolibet ipsorum dominorũ clericorum vnam dictæ ecclesiæ præbendam, & pro tribus alijs clericis ad hæc etiam per dominum Episcopum eligendis, & nominandis tria beneficia ecclesiastica cũ cura, vel sine cura, & deinde eadem auctoritate reseruãdo dispositioni suæ pro tribus alijs clericis idoneis etiam quæcumque & qualiacumq; alia beneficia ecclesiastica obtinentibus, & spectantibus, quos ipse d. Episcopus ad hæc exequireret, & eligeret tria alia ex dictis lx. beneficijs ad dicti domini Episcopi N. pro tẽpore existentis collationem, & prouisionem spectante dummodo canonicatus, & prębenda dictæ ecclesię N. non existeret, si qua tempore reseruationis huiusmodi vacabant, vel ex tunc in antea vacarent quę ijdem clerici per se, vel procuratores suos ad hoc legitimè constitutos infra vnius mensis spatiũ duxerint acceptanda conferenda singulis prędictis tribus clericis per dictũ dominum Episcopum nominatis, & de huiusmodi beneficijs dictis clericis auctoritate prædicta prouidendi plenam & liberam concessit facultatem, prout hæc & alia in litteris apostolicis super hæc confectis plenius continentur. Et sic fuit, & est verum.

Item ꝙ pręfatus dominus N. Episcopus supradictam facultatem sibi, vt pręfertur, cõcessam, ratam, & gratam habuit, ac litteras apostolicas super ea fieri fecit, & procurauit, ipsarumq; vigore præfatum N. ad obtinendum vnum ex ipsis tribus beneficijs elegit, & nominauit, ac vnum ex ipsis beneficijs dicto domino N. conferendum auctoritate apostolica duxit, & dispositioni suæ reseruauit, inhibuit, & decretum irritans apposuit, subdelegauit, vicesq; suas commisit, prout in quibusdam præfati domini N. Episcopi litteris super hoc confectis plenius continetur, ad quas se refert, etc.

Item ꝙ præfatus d. N. electionem, & nominationem prędictas de ipsis per pręfatum Episcopum N. ad vnum de dictis tribus beneficijs obtinendum, vt præmittitur, factas, ratas habuit, atque gratas litteras super hoc fieri fecit, & procurauit. Et sic fuit, etc.

Item quòd de præmissis omnibus, & singulis fuit, et est publica vox & fama.

Item quòd à temporibus, et tempore datæ litterarum prædictarum facultatis dicto domino N. Episcopo N. vt præfertur, concessarũ inter alia beneficia ad ipsius Episcopi N. pro tempore existẽtis collationẽ, & prouisionẽ spectantia fuit, & est quędam parochialis ecclesia N. diœcesis vni clerico seculari in titulũ perpetui beneficij ecclesiastici cõferri, & assignari solita, et consueta habens fontes baptismales, & cœmiteriũ benedictũ pro corporibus fideliũ sepeliendis, campanas, cãpanile, cæteraq; alia.

Item ꝙ dictus quidam d. N. nuper de anno Dñi, etc. & de mense N. eiusdẽ anni dictã parochialem ecclesiã vacantẽ per obitum q. Io. vltimi eiusdẽ ecclesiæ rectoris extra Ro. Cur. defuncti vigore eiusdẽ gratiæ apostolicæ expectatiuæ, sibi per dictũ dominũ nostrũ Papam de beneficio ecclesiastico cũ cura, vel sine cura ad collationẽ, prouisionem, præsentationẽ seu quamuis aliam dispositionẽ d. N. Episcopi sub data N. factæ infra tempus debitũ acceptauit, & de illa sibi prouideri obtinuit, ipsamque ecclesiam, & in eius realem, & corporalẽ possessionẽ de dicto mẽse assecutus fuit, eãq; ex tunc obtinuit, et possedit palã, & publicè. Et sic, &c.

Itẽ dat de situatione ecclesię, de qua agitur.

Item quòd dicta parochialis ecclesia spectat ad collationem Episcopi diuisim, &c.

Item quòd vltimus possessor erat verus rector, &c.

Item quòd decessit, & quòd propterea vacauit dicta ecclesia, &c.

Item ꝙ prefatus N. dictam ecclesiam, sic vt præfertur, vacantem, & in ordinatione supra dictę suæ gratiæ nominationis, & sub ipsa cadentem infra tempus debitum acceptauit, & de illa sibi prouideri canonicè obtinuit, ipsamque ecclesiam, & ipsius corporalẽ possessionem vigore gratię expectatiuæ, acceptationisq; & prouisionis prædictarum assecutus fuit, eamq; ex tunc tenuit, & possedit pacificè, & quietè salua præsenti controuersia. Et sic fuit, &c.

Item ꝙ pręfatus d. N. Episcopus ante tempus, et tempore concessionis signaturæ facultatis fuit, & erat verus Episcopus N. & in pacifica possessione, seu quasi Episcopatus N. & pro tali habitus, tentus, nominatus, & reputatus fuit, & habetur, nominatur, &c.

Item quòd pręfatus N. ante tempus, & tempore nominationis de ipso per præfatum dominum Episcopum, vt præfertur, factæ fuit, & erat, ac hodie est clericus N. diœcesis habitum & tonsuram deferens clericales xxv. annis maior in & de legitimo matrimonio procreatus, & aliàs habilis, & idoneus ad dictam nominationem, eiusdemque vigore dictam parochialem ecclesiam obtinendam, regendam, & gubernandam. Et sic fuit, &c.

Item dat hic de fructibus, etc.

Item quòd omnes, & singulæ personæ, etc.

Item quòd de præmissis, etc.

Articuli

Articuli de alternatiua.

Primò dat de situatione diœcesis parochialis ecclesiæ, & ad cuius præsentationem, siue collationem spectat, aut si pars debeat repetere articulos datos per eum,&c.

Item quòd acceptatio,& prouisio, si de ipsis constet,fuerunt solæ,& vnicæ.&c.

Item de situatione ecclesiæ quæ fecit turnum,& quòd fuit ad collationem,&c. ꝙ prouisiones factæ sortitæ fuerunt effectum, &c.

Item quòd talis erat rector,&c.

Item quòd obijt dudum post expeditionem litterarum, & processuum dicti aduersarij, & ante vacationem ecclesiæ de qua agitur. ſ post diem N.& ante N. vacauit, &c.

Item ꝙ fructus non excedebant summam in dictis litteris expressam,&c.

Item pro latiori declaratione præmissorum dicit quòd nuper de anno Domini, &c. & de mense N.eiusdem anni in ciuitate N.sacro generali concilio ibidem vigente inter sanctissimum dominum nostrum Papam ac R.p.egregiosq; viros dominos prælatos ambasiatores, procuratores, doctores, magistros,cæterasque personas Venerabilem nationem N. in eodem concilio repręsentantes fuerũt subscripta concordata est approbata circa diuersa capitula, & inter cætera capitulũ cuius de verbo aduerbũ tenor sequitur. In cęteris verò ecclesijs,&c.

Item ꝙ deinde videlicet die secunda mensis Maij anni prædicti huiusmodi capitula sic vt præfertur concordata in audientia publica litterarum contradictarum ipsius domini nostri Papæ fuerunt publicata,lecta, insinuata,et notificata, & demum in libro, seu quinternis cancellariæ apostolicæ, & Ro.Cur.inter cæteras constitutiones ad perpetuam rei memoriã in suo ordine collocata. Et sic fuit,&c.

Item quòd exinde ex huiusmodi capitulis sic vt præfertur concordatis in Roma. Cur. & alibi dum casus occurrerit vsum fuerit, & vtitur,ac iuxta,& secundum ipsa cognitum, censitum, & iudicatum fuit,hodieq; vtitur,censetur, & iudicatur palã,& publicè. Et sic fuit,&c.

Item quòd dicta parochialis ecclesia N.fuit primum beneficium vacans ad collationẽ dominorum Abbatis, & post publicationẽ, & lecturam ipsorum capitulorum in ipsa audientia contradictarum factarum. Et quòd sic fuit,&c.

Item ꝙ attenta forma, & tenore dicti capituli superius descripti prædicta parochialis ecclesia N. cadebat, & comprehendatur in & sub turno expectantium apostolicorum, videlicet gratia expectatiua dicti aduersarij nullitate, & surreptione eiusdẽ semper saluis tamquam primum beneficium vacans post publicationem dictæ ordinationis. Et sic fuit, & est verum.

Item quòd prædictus N. aduersarius qui vt præfertur gratiam expectatiuam ac processus prætensos prædictos expeditos habebat prędictam parochialem ecclesiam,quę,vt pręfertur, per prius vacauerat ac in & sub dicta prętensa gratia eiusdem N. aduersarij saluis eius nullitatibus, & surreptionibus cadebat & comprehendebatur iuxta tenorem huiusmodi capituli sic vt præfertur concordati atque mentẽ ipsorum concordantium fraudulenter ac vt aliàs negligẽter acceptare,& recipere vigore ipsius prætensæ gratię contempsit & prętermisit palam publicè,& notoriè. Et sic fuit,&c.

Item pro maiori declaratione pręmissorum dicit,& excipiendo ponit, & probare intendit quòd dicta parochialis ecclesia N. de qua hic agitur,quæ vt ex aduerso prætenditur ad collationem dictorum dominorũ Abbatis & conuentus prædicti monasterij N.pro tẽpore existentium communiter, vel diuisim spectat, & pertinet immediatè vacauit post illam ecclesiam N. prius, & antequam vacauerat aliquod aliud ecclesiasticum beneficium ad eamdem collationem pertinens. Et sic fuit,&c.

Item ꝙ attenta forma, & tenore prædicti capituli superius descripti parochialis ecclesia contra turnum apostolicorum expectantium ad dictam collationem præfatorum dominorũ Abbatis, & conuentus primitus facere incepit apostolico impetranti, quòdq; ecclesia prædicta N.contra post eamdẽ ecclesiam N. vt præfertur, vacauit in turno, & alternatiua dictorum Abbatis,& conuentus cecidit,& comprehensa fuit. Et sic fuit, & est verum.

Item quòd præmissa omnia, & singula,&c.

Et quatenus præmissa,&c.

Articuli super constitutione ad regimen.

Ad finem, & effectũ, vt vobis R.p.d.N.Auditori præfato liqueat perpetuam integram portionem ecclesiæ N. vacantem in dicta ecclesia per assecutionẽ canonicatus & præbendæ quos quondam P.in dicta ecclesia dum viueret, obtinebat per quemdam N. auctoritate litterarum Apostolicarum gratiæ expectatiuæ factam ex aduerso deductã de qua in pręsenti causa agitur fuisse, & esse generaliter reseruatam, & per consequẽs sub prætensa gratia expectatiua dicti N.aduersarij minimè cecidisse neque cadere necnon ad omnes alios, &c.

In primis igitur procurator prædictus quo supra nomine ponit, & si opus fuerit probare intendit quòd dudum fe.re.d.N.Papa, &c. inter aliàs constitutiones seu ordinationes apostolicas,

stolicas, quo supra nomine laudabiliter edidit, statuit, fecit pariter, & ordinauit constitutiones siue ordinationes infrascriptas, videlicet; Eugenius seruus seruorum Dei, &c. vsque ad finem continua si vis.

Item ꝙ reseruationes beneficiorum in prædictas constitutiones siue ordinationes ad regimen cōtentorum fuerunt, erant, & sunt perpetuæ, ac per dictum quondam B. xij ad perpetuam rei memoriam editæ, siue factæ erant, prout ex tenore eiusdem constitutionis clarè patet, quòdq; propterea reseruationes fuerūt, & erant tempore dicti quondam B. de mandato, & voluntate ipsius in libro siue in quinterno cancellariæ apostolicæ inter constitutiones siue ordinationes apostolicas collocatę, descriptę, annotatę palam, & publicæ. Et sic fuit, &c.

Item ꝙ similiter dicta constitutio ad regimen de reseruatione beneficiorum fuit, & erat de tempore ipsius, quòdq; B. in audientia publica litterarum contradictarum lecta solemniter vt moris est, & publicata ac ex tunc continuè pro lege habita, tenta, & obseruata, prout hodie habetur palam, publice, &c.

Item quòd fe. re. N. Papa, &c. ipsius quondam B. successor in crastinū assumptionis suæ ad summi apostolatus apicem ante coronationis suæ solemnia prædecessorum suorum vestigijs inherendo inter alia nonnullas fecit reseruationes, prout in infrascriptis constitutionibus continetur.

In primis enim nonnullorum suorum prædecessorum donec super hoc aliud ordinandū duxerit inherendo vestigijs reseruationes fecit illis similes quæ in fe. re. B. xij. prædecessoris sui constitutio, quæ incipit; Ad regimen continetur, ac in regula M. &c.

Saluo iure, &c.

Et protestatur, &c.

Articuli super constitutione contra non insinuantes eorū acceptationes & prouisiones infra debitum tempus.

Ad omnes meliores finem, & effectum, &c.

Item procurator prædictus quo supra nomine excipiendo dicit quòd dudum ante prætensam acceptationem & prouisionem quibus dictus N. aduersarius nititur insistere fe re. Nicolaus Papa Quintus post ipsius ad summi apostolatus apicem assumptionem inter alia voluit, & ordinauit, pariterq; decreuit, quòd acceptantes virtute gratiarum expectatiuarū beneficia ecclesiastica tenerentur infra mensem de huiusmodi beneficijs per eos vigore dictarum gratiarū expectatiuarum acceptatis sibi per suos executores, vel subexecutores facere prouideri & quod infra tres menses ex tunc immediatè sequētes teneantur huiusmodi acceptationes, & ꝓuisiones per eos, vt præmittitur, factas in loco beneficij insinuare; alioquin gratia, acceptatio, & prouisio huiusmodi essent nullæ, nulliusque roboris, vel momenti prout in constitutione Apostolica desuper edita, ad quam & contenta in ea dictus procurator se refert, & illam & in ea contenta hic dat loco exceptionis gratæ inquantum faciat pro parte sua.

Item ꝙ prædicta constitutio siue ordinatio fuit, & erat dudum ante datam prętensam gratiæ, acceptationis, & prouisionis dicti N. aduersarij in audientia publica litterarum contradictarum de mandato ipsius quondam N. Papæ N. lecta, & publicata, ac singulis quorum interesat nota palam, & publicè.

Item ꝙ prædicta constitutio siue ordinatio fuit, & erat de consimili mandato ipsius quondam N. in libris siue quinternis cancellariæ apostolicæ inter alias constitutiones siue regulas cancellariæ apostolicæ dicti quondam N. collocata, descripta, & annotata. Et sic fuit, & est verum.

Item ꝙ prædicta constitutio siue ordinatio fuit, & erat inter quascumque nationes tenta, obseruata, & pro lege habita, ac in contradictorio iudicio in singulis casibus, & negotijs occurrētibus quotiens expediēs fuit practicata, & visitata, prout modernis tēporibus in casibus occurrētibus tenetur, obseruatur, iudicatur, & practicatur, palā, & publicè. Et sic fuit, &c.

Item quòd veritas fuit, & est præter id, & absq; eo quòd præfatus N. aduersarius huiusmodi suas prętēsas accepisset prouisiones, quibus in præsenti causa nititur in loco beneficij iuxta, & secundùm formam, & tenorem dictæ constitutionis publicauerit, seu insinuauerit, saltem de quo hactenus constare poterit siue possit, saltem legitimè quinimmo illas infra tempus in eadem constitutione statutū omnino in loco beneficij insinuare, & publicare neglexit & cessauit. Et quòd sic fuit, & est verū.

Item quòd de præmissis omnibus, & singulis fuit, & est publica vox, & fama.

Itē quòd propter pręmissa huiusmodi gratia, acceptatio, & prouisio prætensæ dicti N. aduersarij fuerunt, & sunt nullæ, nulliusq; valoris, vel momenti. Et sic fuit, &c.

Articuli ad probandum quomodo incipit & finit dies naturalis de consuetudine Romanæ Ecclesiæ.

Procurator, & eo nomine, &c. magis specificando, & declarando in partibus deducta in

hac

hac causa,&c.& ostendendo magis claré, quòd ipsa dimidia portio in ecclesia N. prout vltimo vacauit ex obitu N. nouissimi eiusdē possessoris in partibus defuncti, & prout dicitur, ex obitu eiusdem N. vt prætenditur, defuncti vltima mēsis N.anno Domini M.&c. post medium noctis, vtputa, postquam gallus cantauit, & noctem per mediū distinxit, & quòd ea de causa, quia in galli cantu idem N. obijt post medium noctis, & sic prima die Iunij, & sic ex eius obitu dicta dimidia portio cadebat sub collatione ordinariorum, & non in apostolicorum, siue sub aliqua gratia expectatiua, & per consequens collatio ordinaria Episcopi, & capituli ecclesiæ N. ipsi N. facta de dicta dimidia portione fuit, & est valida, et per vos N. auditorem canonizanda, et eadem dimidia portio eidem N. adiudicanda, dat, facit, ponit, & probare intendit ea quæ sequuntur. Seque & partem suam ad probandum, etc.

In primis namq; ad finem, et effectum præmissorum dictus procurator dicit, ꝙ tam Ro. Ecclesia quàm etiā aliæ ecclesiæ se eidem Ro. Ecclesiæ conformantes à centum annis proximè elapsis citra, et vltra inceperunt, et incipiunt diem naturalem à media nocte, et licèt de consuetudine antiqua, et præscripta habent considerationem ad tempus, et horam, quibus ipse Saluator dominus noster Iesus Christus mundum intrauit, et in mundo natus est, vtputa, dum medium silentium tenerēt omnia, videlicet ad medium noctis, quando ipse dominus noster natus est in mundum incipiendo horam natiuitatis suæ appellare cum sequentibus horis eiusdē diei dictæ natiuitatis Christi. Et sic fuit, etc.

Item quòd consequenter omnes, et singuli sequentes dies per circulum anni de vsu, et consuetudine prædictis, et à temporibus legitimè præscriptis suo modo inceperunt, et incipiunt se à media nocte continuando horas vsq; ad mediam noctem diei futuri diuidere. Et sic fuit, et est verum.

Item quòd in quampluribus, et diuersis ecclesijs à temporibus supradictis non fuerunt, et interdum non sunt horologia, quæ distinguunt horas ab horis: quòdq; propterea gallus circa medium noctis cantando, & vociferando cōsueuit distinguere, et distinxit horas ab horis, vtputa, eius cantū circa medium noctis faciendo designauit, et designat medium noctis transiuisse, et tunc diē naturalē ad cōsuetudinē sui cantus incepisse, et incipere. Et sic fuit, &c.

Item quòd quasi in singulis ecclesijs, ecclesiæ Romanæ subiectis, saltē in quibus, et apud quas residere solent sacerdotes, in illis ipsa die natiuitatis Christi cōsueuerunt successiuè celebrare tres Missas diuersos introitus habentes, vel per eosdem presbyteros, vel per diuersos: quarum vna, videlicet prima habuit, & habet introitum, siue inchoationem. Lux fulgebit, &c. ac vocari consueuit, & communiter vocatur Missa ad galli cantum, et consueuit celebrari ad significandum tempus medię noctis, aut ad designationem horologij, aut ad galli cantum, vtputa, ex designatione cantus galli circa medium noctis, ex cuius significatione ex tunc significat diem naturalem inceptam, et eamdem Missam decantandam, ac eamdem Missam fore primam Missam ipso die natiuitatis Christi: etiam si subitò post galli cantū celebrata, lecta, vel decantata fuerit, atq; propterea huiusmodi sic incepta circa mediū noctis decurrit per horas, vsque ad mediū noctis sequētis, et tunc dies naturalis dicitur cōpleta.

Item ꝙ de consideratione pręmissorum dicta prima Missa natiuitatis Christi statim post galli cantum, vel etiam in galli cātu incepta, et vlterius continuatiuè celebrata fuerit, communiter solet dici Missa de galli cantu, et sub inchoatione, Lux fulgebit, et sic consueuit dici Missa natiuitatis Christi, quāuis circa medium noctis fuerit incepta, et incipit, ac celebrata, et finita, atq; propterea dies natiuitatis consueuit incipi, et incipit illa hora, scilicet prima post medium noctis. Et sic fuit, etc.

Item quòd ipse quōdam N. et si dicitur decessisse vltima die mensis N. anni, etc. tamen post mediū noctis decessit, vtputa, circa galli cantum, et in partibus illis vbi forte verisimiliter non erat horologiū, et sic decessit in hora prima post mediū noctis in principio diei primi mensis Iunij, et per consequens collatio dictæ dimidiæ portionis iam intrauerat mensem ordinariorum iuxta constitutionem Domini nostri, etc. concessa ordinarijs collatoribus per quinquennium tunc tempore mortis dicti N. durans, et per consequens collatio ordinariorum prædicto domino N. postea secuta fuit, et est bona ac quòd sic fuit, etc.

Saluo iure, etc.

Et protestatur, etc.

Articuli quòd de consuetudine alicuius patriæ notarij in instrumentis non consueuerunt apponere indictionem.

Ad omnes meliores finem, vim, et effectum partis suæ, etc. dat, facit, et exhibet infrascripta, quibus petit, etc.

Et primò ponit, etc. quòd à x. xx. xxx etc. ac à tanto tempore, et per tantum tempus, de cuius initio, siue contrario hominum memoria non existit in regnis Castellæ, et Legionis, et præser-

præsertim in ciuitate, & diœcesi N. ac alijs omnibus & singulis ciuitatibus, & diœcesibus dictorum regnorũ vsu, more, stilo, obseruantia, & consuetudine antiquis legitimè præscriptis, ac per tempus, & tempora antedicta inuiolabiliter tentis, & obseruatis dum & quotiens aliqua instrumenta qualiscumq; speciei censeantur per notarios publicos conficiebantur, seu in publicam formam redigebantur, consueuerunt confici, subscribi, & expediri per dictos notarios solum & dumtaxat cum appositione anni Domini, mensis & diei, & cum appositione nominum testium in quorum præsentia, actus in huiusmodi instrumentis designatos celebrabant præter, et absque hoc quòd in dictis instrumentis per notarios prędictos de consuetudine cõsueuerat apponi, indictio, & pontificatus. Et sic fuit, et est verum, palam, & publicum, commune, & notorium.

Item quòd de vsu, more, stilo, obseruantia, & cõsuetudine prędictis in dictis regnis Castellæ, et Legionis inuiolabiliter obseruatis notarij publici prędicti, siue apostolica, siue regali, siue imperiali, aut quacumque alia auctoritate officio notariatus fungebantur, & funguntur, consueuerunt, & solent vt plurimùm omnia, & singula instrumenta, & contractus cuiuscumq; generis, siue speciei conficerentur, siue etiam spiritualia, aut temporalia concernerẽt solùm, & dumtaxat fieri consueuerũt cum appositione anni Domini, diei et mensis, et testium appositione, in quorũ præsentia huiusmodi actis instrumentis designatis fiebant, et celebrabantur absq; appositione indictionis, et pontificatus conficere palam, et publicè. Et ita fuit, etc.

Item ꝙ de vsu, more, stilo, obseruatione, & consuetudine legitimè pręscriptis in dictis regnis Castellæ et Legionis omnibus & singulis instrumentis publicis confectis per prædictos notarios publicos, siue apostolica, etc. absq; appositione indictionis, siue põtificatus, et solum cum appositione, seu designatione anni, diei, mensis, et testium confectis, subscriptis, signatis, et expeditis in iudicio et extra, plena et indubitata fides fuit adhibita, prout hodie in casibus occurrẽtibus plenaria fides adhibetur, illisq; statur, & secundùm ea in cõtradictorio iudicio iudicatur et obtinetur, talia instrumẽta valida, et authentica iudicata, et reputata fuerunt, et reputantur, sicq; vt prædicitur, fuit et erat et est communiter auditum, visum, dictum, tentum, pręscriptum et reputatum, diciturq;, tenetur, et reputatur palam, et publicè.

Item quòd veritas fuit, et est pręter & absq; hoc, quòd indictio, et pontificatus fuerunt, aut hodie fuit in vsu, vel consuetudine in regnis prædictis, quinimmo in editionibus instrumentorum fuerunt & sunt incognitæ & inusitatæ palam, & publicè. Et sic fuit, &c.

Item quòd similiter veritas fuit & est pręter & absq; hoc, quòd in dictis regnis Castellæ & Legionis fuerint, aut si consuetum, & vsitatum, aut solitum quòd in instrumentis publicis indictio & pontificatus tamquam inusitati, & non necessarij omittebantur, et omittuntur.

Item quòd de præmissis omnibus, etc.

Saluo iure, etc.

Et protestatur, etc.

Articuli super reprobatione cuiusdam instrumenti.

Ad ostendendum falsitatem cuiusdam prætensi instrumẽti de data in ecclesia beatæ Mariæ N. sub anno à natiuitate Domini, etc. pro parte aduersa in hac causa, vt dicitur, exhibitis, et productis, et per N. prætensum notarium, vt dicitur, subscriptis, seu saltem diuersorum narratorum in eodem prætenso instrumento contentorum procurator, seu syndicus et eo nomine dominorum N. et N. citra tamen iniuriam cuiuslibet loquendo, et dumtaxat pro conseruatione, et defensione iuris eorumdem dominorum in hac causa impugnando, de quo solemniter protestatur.

In primis enim dicit, et si negatum fuerit, probare intendit, quòd à x. xx. xl. annis proximè præteritis citra, et supra in diœcesi N. et infra limites ipsius fuit, esseq; cõsueuit, et hodie est quoddam populosum oppidum magnũ vocatum cõmuniter, et appellatum oppidum N. N. diœcesis diuersis vtriusq; sexus hominibus inhabitatum atq; in eodem oppido N. ab eisdem temporibus citra fuit, esseq; consueuit, et hodie est quædam parochialis ecclesia, et etiam collegiata vocata cõmuniter, et appellata ecclesia beatæ N. N. diœcesis habens saluis vacationum temporibus pro tempore Decanum, vt caput, ac scholasticum, et cantorem, et quamplures canonicos, vt membra capitulum ipsius ecclesiæ facientes, atque fuit et est eadem ecclesia beatæ M. de qua in supradicto instrumẽto fit mentio, et in qua prætensi actus in dicto prætenso instrumẽto descripti dicuntur facti. Et sic fuit, etc.

Item dictus procurator impugnãdo clausulam in dicto prętẽso instrumento positã, cuius verba sunt hęc: Quapropter idẽ Decanus, etc. ad ostendendum eamdem clausulam eam incipiendo ibi: Ipsumq;, etc. vsque ad finem, etc. dictæ cedulæ appellationis insertæ fuisse, et esse falsam, & mendosam, ac per circumuentionem ipsius N. ipsius prætensi notarij eiusdem instrumenti fuisse, & esse insertã dicit, po-

nit, & probare intendit contra dictum prętensum instrumentum ea quæ sequuntur.

In primis namq; ponit, & probare intendit, quòd actus in dicto prætenso instrumento descriptus, incipiendo in illa parte instrumenti, scilicet Finitis vesperis, &c. non plures ac vno anno, mense, die, & hora & loco in eodem prętenso instrumẽto expressorum, videlicet N. & N. &c. testium præsentia, ac N. necnon etiam N. atq; N. &c. etiam testiũ ad actus pręsentia tam per N. quàm etiam per N. Decanum dictę ecclesię N. &c. anno à natiuitate Domini, mense, die, & hora vesperorũ, ac finitis vesperis in dicta ecclesia N. factis. Et sic fuit, & est verum.

Item ꝙ veritas fuit, & est præter id, & absq; eo ꝙ anno, mense, indictione, die, & horâ vesperorum, finitis vesperis in ecclesia N. in ipso prętenso instrumento descriptis, ipse dominus N. Decanus pręfatum N. vnquam verbo vel facto à perceptione fructuum, & prouentuum, ac perceptione primitiarum suspendit, aut quod idem N. aduersarius anno, mense, die, & hora pręscriptis, & dictis personis tunc etiam præsentibus aliquã papiri cedulam, quãuis etiam appellationẽ sui cuiusuis appellationis tenorẽ continẽtem, tunc ibidem præsentialiter exhibuerit, aut legerit seu appellauerit & apostolos primo, secundo, tertio, instanter & instantissimè sibi dari & concedi postulauerit, aut etiam ipse Decanus ipsum N. de capitulo tunc exire compulerit, aut ꝙ ipse N. talia, vel similia verba per apostolos assumpserit, & non potuissent, videlicet ipse dominus N. Decanus dictum N. verbo à perceptione fructuum, & prouentuum, & à perceptione primitiarum tunc suspendisse siue suspẽdere, aut idem aliquam papiri cedulam, quamuis etiam prætensam appellationem seu appellationis tenorem tunc in eodem loco exhibuisse, & legisse ac prouocasse & appellasse, seu exhibere, legere & appellare, ac apostolos primò, secundò, tertiò, instantius & instantissimè sibi dari & concedi postulasse seu postulare, & ipse N. aliqua verba ipsius dñi Decani pro apostolis recepisse siue recipere quomodo præfati N. & N. mercatorum ac N. & N. atque N. &c. etiam testes ad actus interdictum N. Decanum & N. anno, mense, indictione, die, hora, & loco præscriptis paratos tunc vestes rogati, & vocati atq; eisdem præsentibus talis, videlicet ipsum dominũ N. Decanum dictum N. suspendere ac eumdem N. appellationem papiri cedulæ exhibere, legere seu appellare, apostolos petere, & verba ipsius domini Decani eumdem N. pro apostolis recipere prefati testes seu saltem aliqui seu plures ex eis vidissent, audiuissent, seu tunc percepissent, & intellexissent. Et ita fuit, & est verum.

Item ꝙ similiter veritas fuit & est pręter & absque eo ꝙ pręfati N. & N. mercatores, & N. &c. testes anno, mense, die, hora, & loco præscriptis in capitulari cuiusdam ecclesiæ præsentes ac pro testibus etiã rogatis tunc vnquã vidissent, vel audiuissent, aut etiã percepissent, vel intellexissent ipsum dominum N. Decanũ præfatum N. à perceptione fructuum ac prouentuum primitiarum verbo vel facto suspendere, aut eumdem N. tunc aliquam appellationis papiri cedulam exhibere, aut publicè legere seu appellare, & apostolos petere, aut sibi dari postulare, aut verba aliqua ipsius domini Decani pro apostolicis recipere. Et sic fuit, &c.

Item ꝙ N. & N. mercatores ac N. rector, & N. &c. & testes prędicti atq; N. prætensus notarius de mense Augusti de anno Domini, &c. sæpe & sæpius atq; coram diuersis personis & signanter pluribus ex eisdem dominis Decanis, et capitulo dictę ecclesiæ N. publicè fuerunt, & sunt confessi atq; publicè ex eorũ conscientia ac medijs eorum iuramẽtis dixerunt, ac hodie parati dicere existunt saltem hoc facere requisiti quod anno, mense, in dictis die, hora, & loco pręscriptis in dicto prætenso instrumento descriptis ipse dominus N. Decanus pręfatum N. verbo vel facto non suspendit à perceptione fructuum & prouentuũ siue primitiarum præbendę suæ, atq; ꝙ idem N. tunc videlicet anno, mense, die, etc. pręscriptis in dicto prætenso instrumento descriptis nullam appellationis papiri cedulam tunc exhibuit aut legit vel appellauit, et apostolos primò, secundò, tertiò, instantius & instantissimè sibi dari postulauit. Et sic fuit, et est verum.

Item quòd præfatus N. de anno Domini, &c. et signanter die sexta mensis Augusti, eiusdem anni et octo diebus tunc immediatè sequẽtibus xx. xxx. eiusdem mensis, fructus, redditus, prouentus, et primitias saltem per eumdem N. in dicta ecclesia N. deseruitas, recepit, leuauit, imbursauit et in suos vsus conuertit. Et sic fuit, etc.

Item quòd de præmissis omnibus et singulis fuit, et est publica vox, et fama.

Item quatenus pręmissa nõ sufficerent, prout sufficere videntur ad detegẽdam calumniã, et falsitatem narratorum in dicto prætenso instrumento per dictum dominum N. pretensum notarium, vt dicitur subscripto, ex tunc dictus procurator dicit contra ipsum prætensum instrumentum excipiendo ea quæ sequuntur.

In primis namq; ꝙ veritas fuit et est pręter id, et absq; eo ꝙ dictus N. prætensus notarius dicti instrumenti pretensi die, anno Domini, etc. mensis N. in eodem prętenso instrumento scriptis quidquid actum de per se vt notarius in eo-

in eodem instrumento, vt dicitur descriptam prothocollocasset. Et sic fuit, &c.

Item quod N. aduersarius in hac causa de post anno Domini, etc. in oppido N. N. dioecesis tūc personaliter constitutus, atque residentiam faciens, tunc quamdam prętensam formā instrumenti prędicti actus in eodē instrumento prętenso, vt dicitur descripti taliter qualiter conceptis, atque in eodē tenore ipsius prętensæ appellationis cedulam cum diuersis alijs narratis quāuis falsę inseruit, ac certa substātialia dicti actus ibidē inserere prætermisit pro libito suæ voluntatis, et eamdem sic formā dicti prætensi instrumēti ingrossari, et in pergamenea cedula conscribi iussit, & procurauit. Et sic fuit, &c.

Item quòd idem N. eamdem cartam pergameneam sic cōscriptam et ingrossatam de proximo dicto anno Domini, &c. et de mense N. eiusdem anni vnà cum certa missiua de manu propria ipsius N. conscripta per suum specialem nuncium de dicto oppido N. ad villam N. præfatę dioecesis, in qua villa tunc dominus N. prætensus notarius, et ex post personalem residentiam fecit, prout hodie facit, direxit, atq; in eadem missiua, prout ex ipsius tenore apparuit, et hodie liquet supplicatione instanter et cum instātia rogauit quatenus sibi dictam cartam pergameneam sic conscriptam et ingrossatam atq; per ipsum N. sibi directam conscriberet, et publicaret, seu in publicum reduceret, et taliter scriptum seu publicatum eidem N. per eumdem nuncium transmitteret, et dirigeret publicum instrumentum, quod idem N. prout in eadem missiua apparebat et apparet, se obtulit ergà præfatum N. singulariter deseruiturum. Et sic fuit, &c.

Item quòd dictus procurator nomine quo supra pro emendatione dictorum repetit hic eamdem missiuam, et in eadem contenta per modum exceptionis contra dictum pretensum instrumentum, et in eo contenta, inquantum tamen faciant pro parte sua, et contra partem aduersam, & non aliàs, neque alio modo, plenius continetur. Et quòd sic, &c.

Item quod pręfatus N. pretensus notarius de dicto anno Domini, &c. et mense prędicto in dicta villa N. à nuncio pręfati N. tunc sibi misso pręfatam missiuam de manu dicti N. scriptam eidem N. notario directā, & in dicta carta pergamenea ingrossatam, recepit & habuit, & ad scripta pręfati N. dictam cartam ingrossatam subscripsit & publicauit licèt de facto, & contradixit rei veritatē ipsā cartā sic vt prefertur nuncio eidem N. remittendo. Et quod sic fuit, &c.

Item quòd veritas fuit & est preter id, & absque eo quòd præfatus N. notarius de anno Domini, &c. et mense N. prędictis aut quocūq; ante vnquam habuit aliquod prothocollum scriptum de actu de anno Domini, &c. & die N. mensis N. eiusdem anni in ecclesia N. per ipsum Ioan. vt dicitur peracto, et in dicto prętenso instrumento, vt apparet descripto, quam dictam prætensam cartam pergameneam ingrossatam per dictum N. missam, & per eumdem Ioan. vt dicitur licèt de facto cōscriptam & publicatam, & idem N. taliter subscriptam remisit. Et sic fuit, & est verum.

Item quod præfatus N. prætensus notarius de post, & præsertim de anno Domini, &c. sępe & sępius ac diuersis vicibus, & coram fide dignis personis, & signāter in dicta villa N. fuit & est publicè confessus dictum N. sibi cartam pergameneam sibi ingrossatā de tenore dicti instrumenti per ipsum N. concepto seu confecto etiā quouis alio prothocollo per eumdē notarium non habito de præmissis sibi misso ad petitionem eiusdem subscripsisse, & eidem N. subscriptam remisisse, & se in hoc per eumdem N. requisitum fuisse quod etiam die, mense, hora, et loco in eodem prętenso instrumento descriptis ipse N. in ipsius N. prætensi notarij præsentia appellationis cedulam exhibuerit et legerit ac interposuerit, et sibi super ea apostolos dari et concedi postulauerit, et obtinuerit. Et sic fuit, et est verum.

Item quòd de præmissis omnibus et singulis fuit, est, et erat publica vox et fama.

Saluo iure corrigendi, etc.

Et protestatur vt est moris.

Articuli super reprobatione testium.

Ad reprobandum personas testium coram vobis domino Auditore pro parte domini N. in præsenti causa aduersarij, vt asseritur productorum, et eorum dicta, depositiones, et ad effectum, vt eisdem, et eorum dictis, et depositionibus nulla fides adhibeatur procurator, et procuratorio nomine honorabilis viri domini P. dat, excipit, et ponit, et probare intendit positiones, et articulos infrascriptos, quos dat coniunctim, et diuisim etiam dispositiuè, et de quolibet quibus petit singulariter singulis per partem aduersam medio iuramento responderi, et si negati fuerint se, et partem suam ad probandum eosdem admitti petit, non astringens se propterea ad aliquam superfluam probationem, sed ad eam solum quæ sibi sufficiat de eisdem ad reprobationem testium prædictorum, ac depositionem eorumdem, et etiam ad victoriam præsentis causæ obtinendam, de quo protestatur expressè.

In primis cōtra personam cuiusdam domini N. testis, vt dicitur, examinati pro parte do-

mini Episcopi, & vt dictis & depositionibus eiusdem nulla fides detur, ponit, & probare intendit, quòd ab vno, duobus, & quatuor annis, &c. per ipsum tempore continentiæ, & ante & de pręsenti pręfatus d.P. fuit, & de pręsenti est ipsius domini Episcopi capellanus, & familiaris continuus commensalis, idemq; d.P. à x.xx. xxx. diebus citra continuè, & de præsenti asseruit & asserit se eiusdem domini Episcopi in Rom. Curia familiarem & pro tali, & vt talem dictus d.P. se tenuit & nominauit, prout nominat & tenet palam, & publicè. Et sic fuit, &c.

Item quòd ab vno, &c. x. annis citra, & per ipsum tempus continuè & de pręsenti pręfatus dominus P. fuit, & est sine culpa, causa vel defectu domini P. sicut ipsius domini P. capitalis inimicus, ipsique domino P. prædictum dominum P. dicto tempore, & per ipsum tempus continetur de præsenti odio capitali persecutus fuit, & persequitur eumdem. Idemque dom. P. dictum dominum N. velut tamquam suum inimicum capitalem de dicto tempore, & per ipsum tempus continuè, & de præsenti tenuit & reputauit, tenet & reputat palam, publicè, communiter, & notoriè. Et sic fuit, &c.

Item quòd præfatus dominus P. à x. annis citra & per ipsum tempus tamquam inimicus capitalis dicti domini P. eidem domino N. apud quascumque etiam graues, & honestas personas, prout potuit, & sciuit, tàm in Curia Romana quàm in partibus detraxit & detrahit, & ipsius bonam famam quantum potuit denigrare conatus fuit & conatur, & cum eodem domino P. dicto tempore talis eiusdem in loquela, cibo & potu participare recusauit, & recusat notoriè, palam, & publicè. Et sic fuit, &c.

Item contra personam N. etiam testis pro parte dicti domini Episcopi examinatus, & vt dictis & depositionibus eiusdem nulla fides adhibeatur, ponit, & probare intendit, quòd præfatus N. anno Domini millesimo, &c. & de mense, &c. ipsius anni in ciuitate N. & in domo habitationis dicti domini Ioan. auditoris insurrexit contra dominum N. & animo irato sine tamen culpa, & defectu ipsius domini P. ipseque N. diuersa verba iniuriosa contra dictum dominum P. protulit ac palam, & publicè dixit, & asseruit quò ad omnia, in quibus verbo, vel opere etiam in testificando contra ipsum dominum P. ipsi domino P. nocere posset, noceret eidem, & testificaretur contra ipsum tamquam contra eius inimicum capitalem notoriè. Et sic fuit & est verum.

Item quòd ipse N. à dicto mense, &c. anni prædicti citra, & per ipsum tempus continuè inimicus, & maleuolus dicti domini P. eidem d.P. in omnibus, in quibus, & apud quoscumq; prout fortius sciuit, & potuit, detraxit, & detrahit, & ipsius bonam famam inquantum potuit denigrare conatus fuit, & conatur, & cum eodem sicut prius faciebat in loquela, cibo, & potu conuersare recusauit, &c. & sic de singulis testibus secundum qualitatem concurrentem ipsius excipientis.

Item quòd de prædictis, &c.

Saluo iure, &c.

Et protestatur, &c.

Articuli rectoris parochialis ecclesiæ agentis contra Abbatem de oblationibus capellæ situatæ infra suam parochiam.

Positiones & articulos infrascriptos dat, facit, & exhibet procurator, & nomine procuratorio venerabilis viri magistri N. rectoris moderni parochialis ecclesiæ de N. N. diœcesis tàm eiusdē rectoris quàm dictæ suæ parochialis ecclesiæ de N. nominibus, rationeq;, iure, & occasione ęcclesię parochialis eiusdem, & contenta in eis coniunctim, & diuisim etiam narratiuè, et dispositiuè de quolibet, quibus petit singulariter singulis sufficienter et medio iuramento per partem in hac causa aduersam responderi, et si negantur, ipsumque et dictam partem suam ad probandum eosdem in Romana Curia et extra admitti offerens se illos legitimè probaturum citra probationem superfluam, ad quam nullatenus se astringens, de quo dicto nomine solemniter protestatur.

In primis ponit, & probare intendit dictus procurator nomine quo supra, q̀ à x.xx. &c. et centum annis proximè præteritis citra et supra à tanto tempore et per rantum tempus, de cuius initio seu contrario hominum memoria non existit, in diœcesi N. et infra ipsam diœcesim fuit, esseque consueuit, et hodie est quædam parochialis ecclesia vocata parochialis ecclesia de N. N. diœcesis habens saluis vacationum temporibus eiusdem rectorem sibi in diuinis et alijs deseruiētem; quòdque à quadraginta annis proximè preteritis infra fines, et limites dictæ parochialis ecclesiæ de N. fuit, prout hodie est quædam capella

capella ad honorem Dei, & beati Antonij ex deuotione populi constructa, & nouiter erecta & ædificata. Et hoc fuit,&c.

Item quòd in dicta capella sancti A. rectores dictæ parochialis ecclesiæ de N. pro tempore existentes, Missas, & alia diuina officia tàm per se,quàm per alios deputatos ab eis ad deuotionem populi celebrare consueuerunt,et celebrarunt. Et sic fuit,& est verum.

Item quòd ipsi rectores de N.pro tempore existentes successiuè, et respectiuè quascumq; oblationes & emolumēta ad dictam capellam sancti A. ex deuotione populi anno quolibet, & quocumque tempore obuenientes, & obuenientia dictę parochialis ecclesiæ de N.percipere, leuare, & habere etiam consueuerunt, prout eorumdem rectorum quilibet pro suo tempore percepit, leuauit, & habuit pacificè, & quietè vsque ad spoliationem, de qua infra dicetur. Et sic fuit,et est verum.

Item quòd etiam rectores ipsi dictæ parochialis ecclesiæ de N. iure,nomine,& ratione eiusdem ecclesię de N.pro tempore existentes fuerunt, fuitque quilibet eorumdem suo tempore successiuè, et respectiuè, vt pro re nunc defuncti domini N.et N. necnon N. viuens et etiam defunctus N. de N. et adhuc superstes Ioan. P.et alij successiuè, et respectiuè in possessione pacifica,et quieta seu quasi ratione iuris,nominis et occasione dictæ parochialis ecclesiæ de N ac ipsa parochialis ecclesia dictas oblationes et emolumenta quæcumque ad dictam capellam anno quolibet, et quocumque tempore obueniētes, et obueniētia percipiendi, leuandi et habendi, et in suos vsus conuertendi vsque ad spoliationem infrascriptam. Et ita fuit,et est verum.

Item quòd de præmissis omnibus et singulis fuit, et est publica vox et fama.

Item ponit,& probare intendit,quòd venerandus pater dominus N. assertus Abbas monasterij beatæ Mariæ de N. ordinis sancti B. dictæ N. diœcesis pręmissa sciens & scire volens dudū de dicto anno Domini,etc.de mense Iulij illius ad dictam capellam cum quibusdam suis complicibus accessit, ac præter et contra voluntatem dicti Ioannis tunc rectoris et possessoris eiusdem ecclesię de N. truncum dictæ capellæ, in quo oblationes ad ipsam capellam obuenientes ponebantur vi, et violentia cum certis instrumentis ferreis nescitur quo spiritu ductus fregit, et rupit, seu frangi et rumpi fecit, iussit, et mandauit. Et sic fuit, & est verum.

Item quòd etiam dictus Abbas clauem dicti trunci amouit & mutauit per se,et per alios eius nomine,& quòd ipse hoc mādauit ratum, seu gratum habuit, & oblationes, quas in eodem trunco seu pexide tunc reperit, scienter asportauit,& in suos vsus prætensos conuertit dictos rectores, & parochialem ecclesiam de, & super oblationes,& emolumentis ac possessione prędictis de facto spoliando prout spoliauit. Et sic fuit,& est verum.

Itē quòd dictus assertus Abbas tàm per dictum actum,quàm per alios, scilicet minas,& terrores illatos eumdem rectorē in quasi possessione percipiendi dictas oblationes existentem molestauit, & perturbauit ac impediuit indebitè,& iniustè. Et sic fuit,& est verum.

Item ponit,& probare intendit,quòd venerabilis vir prę̨fatus N ab anno Domini N.etc. cum dimidio citra fuit, prout hodie est, verus et pacificus possessor dictæ parochialis ecclesię de N.fructus, redditus, et prouentus percipiens ex eadem, et vt talis et pro tali habitus, dictus,tentus,nominatus, et reputatus palam, et notoriè. Et quòd sic fuit,et est verum.

Itē quòd licèt prę̨fatus N. rector modernus requisiuit dictum Abbatem,vt à prędictis suis spoliationibus,et molestationibus cessaret, et ipsum permitteret nomine ecclesiæ suę parochialis dictas oblationes, et emolumenta percipere,et leuare : nihilominus tamen prę̨fatus Abbas hoc facere recusauit, et denegauit, ac recusat,et denegat,immo ipsas spoliationes,et molestias suas continuando, et ipsas augendo dictā parochialem ecclesiam, et prę̨fatum N. rectorē modernū ex tunc tenuit, et adhuc detinet hodie quasi possessione iuris dictas oblationes,et emolumenta percipiendi,leuandi,et exigendi indebitè, et iniustè, ac temerè, et de facto impeditos,et tòtaliter spoliatos in animę suæ periculum,et dictę parochialis ecclesię,ac prędicti rectoris eiusdē prę̨iudiciū,non modicum damnū et grauamē.Et sic fuit,et est verū.

Item quòd pręmissa omnia et singula fuerunt et sunt vera et publica, notoria, et manifesta, ac de eis omnibus, et singulis fuit, et est publica vox et fama.

Et pręmissa dicit, et ponit dictus procurator nomine quo supra omni meliori modo, via,iure, causa et forma, quibus potest,etc.

Saluo iure, etc.

Et protestatur, etc.

Articuli Abbatis pro defensione oblationum supradictæ capellæ situatæ in parochia prædicta,& in terris monasterij.

Positiones,et articulos infrascriptos dat,facit,et exhibet procurator,et nomine procura-

torio Reuerendi patris & domini domini Abbatis monasterij beatæ Mariæ de N. ordinis sancti B. N. diœcesis, illosq; & contenta in eis dat tam coniunctim quàm diuisim, ac dispositiuè, & narratiuè, & de quolibet ipsorum quibus petit per partem sibi in præsenti causa aduersam medio iuramento singulariter singulis responderi, & si negati fuerint, &c.

In primis namq; dicit, ponit, & si opus fuerit, probare intendit procurator prædictus, ꝙ à x.xx.xxx.&c. & centum annis citra & vltra, ac per tantum tempus, & per tanta tempora, quod memoria hominum in contrarium non existit, ciuitas N. habuit, habereq; consueuit, & hodie habet, solemnem ecclesiam cathedralem habentem Episcopum prō tempore saluis suis vacationibus, tamquā caput, & nonnullos canonicos prębēdatos seculares vt mēbra, &c.

Item quòd à tēporibus superius prędictis, & per ipsa tēpora infra fines, & limites dictæ diœcesis N. fuit, esseq; consueuit, ac hodie est quoddam monasterium ordinis sancti B. dictū communiter & appellatum monasterium beatæ Mariæ de N. habens pro tempore Abbatē, tamquam caput, & nonnullos monachos, seu religiosos dicti ordinis tam professos quàm nō professos ibidē in ipso monasterio die, nocteq; Deo in diuinis famulantes, & alia signa, & insignia monasterium virorum dicti ordinis facientia, & demonstrātia palam, publicè & notoriè. Et sic fuit, & est verum.

Item quòd dudū de anno Domini, &c. lxx. vel paulò antè recolendæ memoriæ dominus N. tunc comes de N. communiter vocatus de salute animę suæ cogitans, ac volens Deo, eiusque matri gloriosæ Mariæ virgini, ac omnibus Sanctis aliquod speciale obsequiū in hoc mundo facere, seu præstare pro ipsius, parentumq;, ac benefactorum suorum delictorū redemptione, & animarum salute pręfatum monasterium beatę M. de N. quamdam capellam eodem nomine satis propinquam sub beati A. nominibus seu titulis construxit, & dotauit, seu construi & ædificari fecit in terris seu feudis, & possessionibus suis, necnon de bonis suis proprijs sibi à Deo collatis, ibidemque Abbatem tamquam caput, ac certos religiosos conuentum facientes ibidem existere, & permanere, ac Deo in diuinis famulari, & pro ipsius domini N. comitis, suorumq; parentum & benefactorum animabus perpetuò exorare voluit, & ordinauit palam, publicè, & notoriè. Et quòd sic fuit, & est verum.

Item ꝙ præfatus dominus N. comes præfatum monasterium de dictis bonis suis dotauit, & eodem modo Abbati & conuentui eiusdem pro tempore existētibus quamplures ipsius N. comitis possessiones, & feuda, ac alia bona, præsertim dictam capellā, necnon feudum seu territoriū, in quo capella ipsa fundata existit cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis in eleemosynam perpetuam donauit & concessit palam, publicè, & notoriè. Et sic fuit, &c.

Item ꝙ huiusmodi donatio, & concessio, ac alia quę superius proximè dicta fuerūt, & sunt per N. comitem filium, & hęredem vniuersalem dicti quondā domini N. comitis, ac etiam apostolica & ordinaria, videlicet per dominū tunc N. Episcopum auctoritatibus specialiter & expressè confirmata & approbata, & hoc de anno iam superius proximè dicto N. palam, publicè, & notoriè. Et sic fuit, &c.

Item ꝙ tunc R. p. dominus Abbas, ac etiam religiosi viri conuentus, & monachi prædicti monasterij pro tunc existentes, donationes & confirmationes supradictas sciuerunt, easq; ratas & gratas habuerunt, atque habent de præsenti Abbas & conuentus moderni; quòdq; in dicto monasterio die ac nocte in diuinis famulantibus, ac pro fundatorum, & benefactorum suorum prædictorū, ac aliarum animarum salute, ac peccatorum remissione quotidie preces fundūt ad Dominum, & alia faciunt, propter quæ instituti & fundati fuerunt & sunt palam, publicè, & notoriè. Et sic fuit, &c.

Item ꝙ tunc videlicet de dicto anno Domini, &c. Abbas & cōuentus dicti monasterij, qui pro tunc erant vigore & auctoritate donationis, concessionis, eleemosynæq; ac confirmationum prædictarum possessionem realem & corporalem terrarū, & possessionum, rerumq; & bonorum sibi, vt pręfertur, donatarū, & donatorum, & præsertim monasterij, necnon capellæ supradictarum, iuriumq; et pertinentiarum eorum realiter receperunt, habuerunt, tenuerunt, & possederūt, eisq; monasterio & capellæ, ac in ipsis Deo seruierunt, missasq; & alia diuina officia celebrarunt, ac hodie tenent & possident & deseruiunt palam, publicè, & notoriè. Et sic fuit, &c.

Item quòd à temporibus superius proximè dictis, ac per tempora ipsa, dicta capella fuit, & est in terris seu feudis, & possessionibus dicti monasterij constituta & situata palam, publicè, etc. Et ita fuit, etc.

Item ꝙ dicta capella fuit, & est membrum, ac in & de bonis possessionibus immobilibus dicti monasterij, ac eidem monasterio à primæua fundatione ipsius capellæ cum suis iuribus & pertinentijs vniuersis per fundatorem prædictum, & aliàs debitis largita, donata, et concessa. Et quòd sic fuit, etc.

Item ꝙ à temporibus, & per tempora superius proximè dicta reparatione, necnon custodia di-

dia di-

dia dictæ capellæ, ac librorum & ornamentorum eiusdem, necnon diuini cultus celebratio seu præstatio incubuerunt, & incumbunt præfatis dominis Abbati, & conuentui pro tẽpore existentibus ijdem domini Abbas & cõuentus capellam prædictã & eius libros & ornamenta, ac ipsius portæ claues custodierunt, tenuerunt, reparationesq; fecerunt, necnon oblationes ibidem prouenientes iustè & debitè tamquam suas proprias perceperunt, & habuerũt, ac fuerunt & sunt in plena & pacifica possessione omnium & singulorum pręmissorum, salua tamen pręsenti controuersia palam, & publicè, & notoriè. Et sic fuit, & est verum.

Item ꝙ à temporibus, & per tempora superius proximè dicta, præfata capella fuit & est, vt est supra dictum, situata, & fundata in terris, feudis, et possessionibus, ac eidem monasterio propinqua: quòdque distauit & distat capella ipsa à parochiali ecclesia N. spatio seu distantiæ quinque milliaris vel circa, & quòd propterea attento etiam quòd fines, & limites parochiæ dictę parochialis ecclesiæ de N. vt creditur, tantum non se extendunt, non est verisimile, nec etiam credendũ, quòd capella prædicta infra fines, & limites ipsius parochiæ cõsistat, & sit fundata. Et quòd sic fuit, &c.

Item ꝙ dicta capella fuit, & hodie est situata vltra fines, & limites dictę parochię pręfatę parochialis ecclesię de N. Et sic fuit, et est verũ.

Item quòd rei veritas fuit & est absque eo, & præter id quòd dicta capella existat infra fines et limites parochię pręfatæ parochialis ecclesiæ de N. Et sic fuit, etc.

Item quòd præmissa omnia, et singula fuerunt, et sunt vera, publica, notoria, et manifesta; quòdq; de his omnibus et singulis fuit & est publica vox et fama.

Item si forsan ex aduerso diceretur et legitimè constaret dictam capellam aliquibus diebus seu temporibus fuisse per aliquẽ ex rectoribus dictæ parochialis ecclesiæ de N. tentam seu possessam, ꝙ non creditur, quinimmo expressè negatur, dicit, ponit, et si opus sit, probare intendit procurator prędictus, ꝙ huiusmodi prętensa possessio non fuit vera, nec per aliquod tempus, nec etiam in forma debita iuris recepta, tenta, et habita, per quæ debeat dici possessio vera, sed potius quędam detentio, intrusio et occupatio furtiua, et quasi momentanea, et aliàs nulla inefficax, et inualida, et talis quę possessio dici nõ debet. Et ꝙ fuit et est visum, auditum, dictum, tentum, et reputatum, verum, publicum, notorium, et manifestum.

Item quòd vbi ex aduerso diceretur, et legitimè constaret, ꝙ rectores dictæ parochialis ecclesiæ de N. in dicta capella sancti A. aliquo modo Missas, & alia diuina officia celebrauerint, quod tamen non creditur, immo expressè negatur, & pręsertim illo modo quo ex aduerso deducitur, dicit, ponit, et probare intendit procurator prędictus quòd rei veritas fuit, et est absque eo et præter id, quòd rectores prædicti tamquam domini et veri possessores dictæ capellæ Missas, et alia diuina officia celebrarunt in eadem. Et sic fuit, et est verum

Item quòd si ibi celebrarunt rectores prædicti seu alter eorum celebrauit, hoc fecerunt tamquam aduenæ, et peregrini, ac de licentia dictorum dominorum Abbatis, et conuentus seu deputati ab eisdem, et ibidem existentis, et non aliàs. Et sic fuit, etc.

Item vbi ex aduerso diceretur, & sufficiẽter probaretur ꝙ aliquo modo rectores prædicti receperunt, et habuerũt aliquas oblationes ad dictam capellam spectari seu in ea prouenientes dicit, ponit, et si opus sit, probare intendit procurator prędictus, et quòd rei veritas fuit, et est absq; eo, et pręter id quòd rectores prędicti seu alter ipsorũ oblationes prędictas in dicta capella perceperint, seu perceperit saltem tamquam verus rector seu dominus dictę capellæ, aut habens aliquod ius in eadem. Et sic fuit, et est verum.

Item quòd si aliquis ex rectoribus prędictis aliquando, quod non creditur, oblationes prædictas in dicta capella perceperit, dicit, ponit, et ꝓbare intendit procurator prædictus, quòd hoc fecit citra iniuriam loquendo furtiuè, et rapinosè, ac latẽter aut violẽter, et per R. propter potẽtiam laicorũ et rem alienam contrectando, et non ex iure debito, neque ratione, etiam et quod hoc fuit in præiudicium iuris dictorum dominorum Abbatis, et conuentus ac rectoris seu rectorum prędictorum animæ damnabile detrimentum. Et sic fuit, etc.

Item quòd præmissa omnia et singula, etc.

Item vltra pręmissa ad clarè ostendendum, quòd præfato N. in præsenti causa aduersario super capella, ac oblationibus supradictis tempore huiusmodi litis, videlicet die anni Domini, etc. ac etiam de pręsenti nullum ius, nullaq; actio competijt, neq; competebat, neque etiam competit de præsenti, et quòd vexationes, molestationes, perturbationes et impedimenta per ipsum N. aduersariũ præfatum dominis Abbati et conuentui super capella, ac oblationibus prędictis pręstitas et pręstita fuerunt, et sunt temerariæ et temeraria, indebitæ et indebita, ac de facto pręsumptæ et præsumpta dicit, ponit, et si opus sit, probare intendit procurator prædictus quòd dudum ante tempus et tempore superius proximè dicto præfatæ huiusmodi litis motæ, et etiam de pręsenti

venerabilis & honorabilis vir dominus Egidius N. fuit & erat, ac hodie est verus rector parochialis ecclesiæ de N. ac vt talis & pro tali dictus, tentus, & nominatus palam, publicè, & notoriè. Et sic fuit, &c.

Item quòd rei veritas fuit, & est absque eo, & prӕter id, quòd prӕfatus N. aduersarius tempore proximè dicto prӕfatæ huiusmodi proximè dictæ litis fuisset & esset, de præsentique existat verus rector dictæ parochialis ecclesię de N. Et sic fuit, &c.

Item quòd præmissa omnia & singula, &c.

Item quòd dudum ante tempus & tempore huiusmodi motæ litis de anno Domini, &c. & die eiusdem anni, ac etiam de præsenti præfatus R p. d. N. fuit, erat ac hodie est Abbas dicti monasterij beatæ M. de N. ac in eiusdem monasterij possessione atque administratione omnium bonorum tàm spiritualium quàm temporalium, seu maioris partis eiusdem, & vt talis & pro tali dictus, tentus, habitus, nominatus, & reputatus palam, publicè, & notoriè. Et quòd præmissa omnia, &c.

Item ꝙ prӕmissis non obstantibus prӕfatus N. in oblationibus & offertorijs & obuentionibus dictæ capellę nullum ius cōpetijt, competit, neque spectat, & sine aliquo interesse vel actione, quam ipse habere possit in præmissis idem monasterium, & eius fundatorem vetustatem dimembrare nititur, & se de alieno locupletari, quod cuiquam minimè facere licet: & quod plus est, se indebitè tamen prӕfatę donationi, iuri & possessioni legitimè percipiendi dictas oblationes, vt præfertur, opposuit & opponit de facto, & fecit, atq; facit, quominus ipse d. N. Abbas, & eius monasterium oblationibus, offertorijs, & obuentionibus dictæ eorū capellę ad ipsos pleno iure pertinentibus frui & gaudere possint, atque valeant, vt deberent ipsius N. animæ dispendium ac ipsius domini Abbatis, & dicti monasterij sui interesse, & præiudicium non modicum. Et sic fuit, &c.

Item quòd prӕfatus N. eumdem d. N. Abbatem monasterij præfati coram venerabili viro domino officiali N. prӕmissorum occasione nuper traxit in causam, demumq; absq; vllo grauamine vel causa saltem legitima ab eodem domino officiali videns se in salutari deficere friuole, & nulliter appellauit, & causam prætensæ appellationis circumspecto viro domino N. de N. sacri palatij causarum apostolici auditore, vt dicitur, committi fecit, & deinde vobis R. p. d. Episcopo in eodem statu, in quo coram eodem d. N. pendebat reassumendam, audiendam de partium consensu, vt asseritur, & fine debito determinandam commissa extitit. Et sic fuit, &c.

Item quòd præmissa omnia & singula, &c.

Item quòd dat omnia & singula producta sua, & producenda pro positionibus, & articulis etiam dispositiuè quatenus pro dicta parte sua, & contra partem aduersam faciant & facere possint, & non vltra, &c.

Item dat hic etiam de signis, sigillis ac notariorum manibus, ac de habilitatibus personarum de stilo sacri palatij causarum apostolici, vt fuit, &c.

Item procurator prædictus hic dat, & repetit omnes, & singulas positiones, & articulos, necnon correctiones, & additiones aliàs pro parte dicti domini Abbatis in præsenti causā datos et datas, inquātum faciant pro ipsa parte sua, et contra dictam partem aduersam, ac etiam inquantum positionibus, & articulis superius proximè descriptis concordant, & ab ipsis non discrepant, seu ipsis non contrariantur, et non aliàs, inquātum verò ac in illa parte, in qua discrepent, aut contrarientur illos, et illas, et in ipsis contenta tollit, et reuocat.

Quare petit, etc.

Saluo iure, etc.

Et protestatur, etc.

Articuli ad docendum quosdam incidisse pœnas in monitorio contentas.

Ad finem, & effectū vt vobis R. patri, &c. d. Auditori supradicto cōstet quosdā P. Martini. Item F. P. aduersarios fuisse, & esse pœnas, & censuras in monitorio aliàs per venerabilē virum dominum Io. Auditorem in huiusmodi causa ad partes decreto, et emisso, et in partibus debitæ executioni demandato contentas incidisse declarandos, et ad omnes meliores vim, finem, et efficaciam, quibus id de iure fieri potest, et debet procurator, etc.

In primis igitur procurator prædictus, quo supra nomine pro fundamento & intentionē sua fundanda repetit hic, et reproducit positiones, et articulos aliàs pro parte sua pro verificationis, commissionis datæ cum probationibus desuper factis, necnon monitoriū per dictum R. Auditorē in huiusmodi causa ad partes decretum, et de eisdem partibus reproductum cum eius executionibus etiam in actis causę huiusmodi productis, quatenus tamen ꝓ se, ac parte sua et contra partē sibi in huiusmodi causa aduersam faciant, et non aliàs, aliter, vltra neque alio modo, de quo protestatur.

Item ꝙ prӕfatus Ioan. de N. aduersarius dudum ante tēpus, et tempore monitorij in huiusmodi causa decreta fuit, prout etiā nunc est in huiusmodi cātoriæ ecclesiæ N. et prӕstimonialis portionis parochialis ecclesiæ N. etc. posses-

possessione, de quibus agitur, intrusus, dictamque cantoriam, &c. intrusionis huiusmodi prętextu detinuit, occupauit, prout detinet, & occupat indebitè & iniustè. Et sic fuit, &c.

Item ꝙ pręfatus F. P. etiam aduersarius ante tempus, & tépore decreti monitorij huiusmodi, & executione ipsius fuit, prout etiam de pręsenti est in possessione prętimonialis portionis parochialis ecclesię N. &c. intrusus, & intrusione huiusmodi prętexto dictam prętimonialem portionē detinuit & occupauit, prout adhuc detinet, & occupat. Et ita fuit, &c.

Item ꝙ licèt præfati N. et N. aduersarij virtute dicti monitorij sufficienter fuerint moniti, & requisiti, vt huiusmodi cantoriam præstimonialem portionem prædictam, eorumque possessionem ipsi N. liberam, vacuam & expeditam dimitterét & expedirent: Nihilominus tamen prædicti N. et N. aduersarij præmissa facere recusarunt, & recusant, & eorum quilibet recusauit, et recusat pœnas, et censuras in dicto monitorio contentas realiter incurrendo in ipsorum, et cuiuslibet eorum animarum periculum, dictiq; N. damnum et præiudiciū. Et sic fuit, et est verum.

Item quòd præmissa omnia, et singula fuerunt, et sunt vera, etc.

Petit igitur procurator prędictus quo supra nomine per vos R. p. d. Auditorem supradictū, vestramq; sententiam pronunciari, decerni, & declarari pręfatos N. et N. aduersarios pœnas, et censuras in monitorio aliàs per N. coauditorem vestrum in huiusmodi causa decreto, sine concesso contentas ob non paritionem dicti monitorij incurrisse declarandi fore, et per vos declarari, ad pœnas et censuras huiusmodi, propterea contra dictos N. et N. aduersarios aggrauandos fore, et per vos aggrauari, necnon eosdem N. et N. aduersarios in expensis, propterea in huiusmodi causa legitimè factis, &c.

Articuli ad docendum quemdam excommunicatum ob iniectionem manuum violentarum in clericum.

In casum, et euentum, in quem seu quos pro parte eiusdem N. aduersarij in præsenti causa datum, et articulatum vel probatum esset, seu in facto daretur, articularetur, aut probaretur, siue aliàs cōstaret, vel appareret eumdem N. à sanctissimo in Christo patre, et domino nostro N. diuina prouidentia Papa N. et moderno Pontifice quoddam prętensum mandatum de surrogando ipsum in prætenso iure, & ad ius quod quondam N. defuncto in ecclesia parochiali N. Viennensis diœcesis N. competere dicebatur ad prosecutionem, & defensionem causæ, qua dudum inter ipsum quondam N. tunc agentem ex vna, & quemdam N. eiusdem illicitum detentorem de & super dicta ecclesia, & eius occasione defendentem parte ex altera, coram venerabili viro domino N. causarum palatij apostolici Auditore in prima verti vicebatur instantia, videlicet in eo statu, in quo dictus quondam N. existebat ante tempus, & tempore suæ mortis, impetrasse, seu obtinuisse, ac ipsius vigore, & ad ius prætensum, & prosecutionem, & defensionem supradictam surrogatum fuisse procurator & nomine procuratorio N. eiusdem occasione veri rectoris, cum protestatione tamen quòd per aliqua quæ dicat, aut faciat in futurum, non vult nec intendit iniuriari, nec aliud de intentione dicti N. aduersarij quomodolibet confiteri, sed potius diffiteri, et negare, prout ex nunc diffitetur, & negat ad ostendendum, & clarè docendum præfatum N. ante tempus, & tempore datæ dicti prætensi mandati de surrogando, & assertæ surrogationis inde secutæ fuisse, & esse nulla inefficacia, & inualida pro nonnullis testibus affuturis producendis, & examinandis dat, facit positiones, & articulos seu causas, et rationes infrascriptas, etc.

In primis igitur ponit, et si necesse fuerit, probare intēdit, quòd à x. xx. et centum annis proximè præteritis citra, et vltra ac etiam à tanto tempore, et per tantū tempus quòd huiusmodi memoria in contrarium non existit in diœcesi N. ac infra fines, et limites ipsius fuit, esseque consueuit, et hodie est quoddam oppidum pluribus personis vtriusq; sexus inhabitatum, ac diuersis domibus, et ædificijs, mansionibus, hospitijs, in eodem consistentibus ædificatum. Et sic fuit, etc.

Item quòd ab vno, duobus, et tribus annis proximè præteritis, ac citra, et vltra inter cæteras domos, ædificia, mansiones, et hospitia, in eodem oppido, ac infra clausuras eiusdem constructas, et constructa fuit, esseq; consueuit, et hodie est quædam domus, seu mansio habitabilis vbi, et in qua peregrini viatores, et alię personæ ibidem transeuntes, quæq; consueuerunt hospitari, et recipi: dicta communiter, et appellata domus hospitalis ad intersignium leonis, nōnullos valentes pincernas in eadem mansione facientes inhabitatam publicè, et manifestè, etc. Et sic fuit, etc.

Item quòd pręfatum oppidum N. à pręfatis temporibus, et per ipsa tépora in primo articulo designata fuit, et est situatum, et existens in via seu itinere per quam seu quod transitur, et transire consuetū est de ciuitate N. ad præfatam

fatam ciuitatē N. & econtra per quod seu quā dominus noster Papa & multi curiales ibidem de anno & mēse N. de dicta ciuitate N. ad præfatam ciuitatem post translationem in Romanam Curiam per dictum dominum nostrum Papam ab illo tunc factam prętereūt, transierunt. Et sic fuit, & est verum.

Item ꝙ ante tempus & tempore translationis curiæ supradictę, &c. verberationē seu manuum iniectionē, de quibus infra dicetur, honorabilis vir N. diœcesis fuit, & erat clericus secularis habitum & tonsuram clericales publicè, & honestè deferens seculares, citra tamē iactantiam loquendo; homo vtique pacificus, dulcis, mansuetus, boni nominis, bonæ famæ, honestęq; vitæ & conuersationis, & vt talem, & pro tali, &c. Et sic fuit, &c.

Item ꝙ de dicto anno proximè præterito, & præsertim ante tempus & tempore superius proximè transacto Cur. Ro. pręfati N. clericus, & N. aduersarius fuerunt, & erant curiales in dicta ciuitate N. atque in curia personalem residentiam fecerunt, & se pluries viderunt, & notitiam adinuicem habuerunt. Et sic fuit, & est verum.

Item quòd de dicto anno, &c. & postquam Ro. Cu. sic vt pręfertur, extitit translata ipsi A. & B. sic vt pręfertur, curiales existentes ac Ro. Cu. sequentes iter eorum veniendo ad dictam ciuitatē N. ad quam Ro. Cur. translata fuerat, arripuerunt, & gressus suos direxerunt, & tamdem, videlicet anno prædicto N. & de mense N. ipsius anni, & citra ipsius mensis medium paulopost, vel ante in & ad dictum oppidum N. atque præfatam domum applicuerunt, vnà cum nōnullis alijs curialibus, & in eadem domo pro sibi necessarijs recuperando, quiescendo & dormierunt seu hospitarunt, & pergentes & seruitores in eadem domo existentes, et residentes, vt est moris, recepti fuerunt. Et sic fuit, & est verum.

Item ꝙ ipsis A. & B. & pluribus alijs curialibus in oppido atque domo prędictis, vt præfertur, de dictis anno & mense hospitibus existentibus præfatus N. vino atq; cibarijs repletus rixam cum suis socijs quęrens ad quamdā cameram anteriorē ipsius domus, in qua tunc dictus N. cum nonnullis alijs notabilibus personis, atque probis & pacificis viris existebat & dum lectum pro quiescendo & dormiendo pertransire vellet hora crepusculi, vel quasi ad cameram predictam personaliter cum impetu & animo irato & maleuolo accessit. Tamdem sic ipso in camera existēte tam ipsum N. quàm dictos suos socios de camera antedicta violenter repellere voluit, et nisus fuit, per pluraque verba iniuriosa eisdem dixit, & rixam seu rumores contra eosdem incepit, & tamdem de verbis ad verbera procedens animo iniurioso & irato, spiritu diabolico instigāte manus suas violentas & sacrilegas nulla subsistentiæ legitima causa in personā eiusdem N. ad suum lectum; vt prefertur, transire volentis, et pacificè existētis temerè & de facto iniecit ipsum cum suo pugno siue manibus percutiendo pluribus & diuersis ictibus in et circa caput, atq; vultū, atque etiam eiusdem corpus in diuersis partibus; et deinde non contentus in maius facinus prorumpēdo ipsum per capillos capitis cepit, & cum magno impetu seu violentia per cameram traxit, et in terram prostrauit: et deinde cum fessus esset idem N. de percussione & verberatione ipsius, nec à furore mitigatus cum pedibus suis super terram calcitrauit, atq; diuersis modis percussit, verberauit, & vulnerauit: et peius fecisset, nisi per aliquas personas, quæ ibi superuenerunt, resistentia facta fuisset, sententiam excommunicationis maioris à canone latam ipso facto damnabiliter incurrendo. Et sic fuit, etc.

Item ꝙ præfatus N. iniurias, percussiones, verberationes, et mutilationes prædictas ad animum reuocauerat illas, tunc ac de post reuocauit eumdem N. propter pręmissa, inquantum in eo fuit, excommunicatum sententiæ maioris excommunicationis à canone latæ tenuit, & reputauit palam, et publicè, etc.

Item ꝙ propter præmissas verberationes, percussiones et manuum iniectiones idem N. sententiam maioris excommunicationis à canone latam damnabiliter incurrit, etiam in eam incidit, et ab illa hora vsq; in hodiernum diem viliter insorduit, et hodie insordescit, in totius clerī atq; personarū ecclesiasticarū vilipendium et iniuriā maximam. Et sic fuit, etc.

Item fuit absque eo et præter id quod præfatus N. à tempore, quo dictas pœnas et censuras incurrerit aliquod beneficium absolutionis obtinere meruerit, nec pręfato N. vt prefertur, verberato & iniuriato satisfecerit, aut aliquam satisfactionē seu emēdam condignam fecerit, aut veniam et remissionē ab eodem petierit, seu obtinuerit. Et quòd sic fuit, et est verum.

Item quòd præmissa omnia et singula fuerunt, et sunt adeo vera et manifesta, quòd nulla possunt tergiuersatione celari, & ea confessus fuit idem N. ex sua certa scientia & voluntate in pluribus & diuersis locis in præsentia plurium notabilium virorum fidedignorum, prout superius describuntur, fore vera.

Ex præmissis igitur pertinenter concluditur, atq; clarè constat & apparet pręfatum N. aduersarium dudū longè ante tempora & temporibus suæ prętensæ impetrationis mandati de sur-

de surrogando, de quibus nititur, in dicta causa fuisse, & hodie existere, citra tamen iniuriã loquẽdo maioris excommunicationis sententia à canone lata, innodatum, vel aliàs inhabilem, et minus idoneũ ad dictam gratiam surrogationis et beneficij, de quo agitur, habendum, obtinendum, et gubernandum, ac similiter dictum prętensum mãdatum de surrogando per eumdem aduersarium impetratum, et inde secuta si et quatenus legitimè cõstet, fuisse et esse nullum et inualidum, ac nulla et inefficacia et inualida, nulliusque efficacię roboris vel momenti, et aliàs talia quæ eidem N. aduersario in nullo suffragari possunt, nec debẽt, nec nocere dicto domino N. Et sic fuit, etc.

Et quatenus præmissa, etc.

Articuli ad docẽdum quemdam tempore datæ gratiæ fore minorem annis xxv.

In casum et euẽtum in quem seu quos pertinenter et admissibiliter pro parte dicti N. aduersarij datum et actum, seu probatum esset vt daretur et probaretur, siue apparuerit siue appareret in effectu quòd eidem N. aduersario dictus dominus noster Papa sub data ij. Kalendis N. pontificatus sui anno N. gratiam specialem facere volens, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, cuius fructus, redditus, et prouentus lx. lib. tu. paruo. se. tax. decimæ valorem annuum non excederent, ad collationem, etc. dictorũ dominorum Episcopi N. coniunctim vel diuisim pertinentem, si quod post x. Kalen. Iulij anno Domini, etc. vacaret, quòd ipse N. per se vel eius procuratorẽ infra mensem duceret acceptãdum, conferendum eidem post acceptationem eamdẽ donationi apostolicæ reseruauerat, et quòd ipse N. in vim talis gratię parochialem ecclesiam N. talis diœcesis, vt supra dictum est, vacãte infra tempus debitum acceptauerit, et sibi, et de illa obtinuerit prouideri dictus N. non intendens aliquid de pręmissis confiteri, sed potius diffiteri, prout expresè diffitetur, et negat ad repellẽdum talem materiam & ostendendum tempore dicti mensis N. et N. aduersarium non fuisse, nec esse habilem, nec idoneũ ad dictam parochialem ecclesiam N. acceptãdum, et ad illam ecclesiam talem gratiam nõ extendendam, et ad omnes alios fines et effectus, qui dicto domino N. prodesse, & pręfato N. obesse vel nocere possint et valeant, dictus procurator dat, et facit positiones et articulos sequentes.

In primis dicit, ponit quòd talis gratia pręrensa fuit, erat et est vnica et sola: ac vnica et sola vice facta vt apparere poterit ex lectura ipsius si exhibeatur. Et sic fuit, et est verum.

Item dicit, ponit, et si necesse fuerit, probare intendit dictus procurator ad ostendendum de surreptione dictæ prætensæ gratiæ dicti A. aduersarij, cuius virtute se prætendit dictam parochialem ecclesiã acceptasse, et de eadem sibi fecisse prouideri, et de nullitate dictę prętensæ gratiæ et in articulis suis designatis, et ad exclusionem ipsius gratiæ, si de ipsa legitimè appareat, & quòd virtute in dictæ gratiæ dictus N. non potuit, nec debuit acceptare dictam parochialem ecclesiam, et quòd prædicta acceptatio et prouisio dicti N. fuerunt et sunt minus canonicæ et nullæ, ac nullius efficaciæ, status et valoris, et ad omnes fines vtiles et necessarios dicto N. et nociuos pręfato N. aduersario posuit, et facit articulos sequentes.

Item excipiendo dicit eis modo et forma, quibus melius potest, et debet, ponit, et si necesse fuerit, probare intendit ad fines prædictos, quòd in regno N. fuit et est quędã ciuitas N. à tanto tempore quòd huiusmodi, etc. et ꝙ in eadem ciuitate fuit, etc. ecclesia cathedralis habens Episcopũ tamquam caput et capitulũ, etc. amplãq; et latã diœcesim, et alia insignia.

Item quòd de dictis temporibus, et per ipsa tempora antedicta extra muros villę de N. est vna via populata pluribus gentibus, quę quidem via communiter vocatur et appellatur in vulgari N. sicq;, vt prædicitur, fuit, et est dictũ, creditum, habitum, tentum, et reputatum. Et sic fuit, et est verum.

Item ꝙ a xx. xxx. annis proximè præteritis citra, et vltra in dicta via de N. villæ N. erat, fuit et est quidã vir, de quo infra dicetur, vocatus communiter, et appellatus d. Ioan. N. laborator, sicq; fuit, &c.

Item dictus procurator ponit, & dicit, & si necesse fuerit, probare intendit quòd de supra proximè dictis tẽporibus in proximo articulo contentis, et designatis, et per dicta tempora in dicta via de N. villę N. erat, fuit, et est quædam bona mulier, & domina vocata communiter, & appellata N. Et sic fuit, & est verum.

Item quòd præfatus Ioan. & dicta domina A. de proximè dictis temporibus, ac in proximis antedictis duobus articulis contentis, & designatis ac per tempora tenuerunt, tenereq; consueuerunt, ac hodie tenẽt suum proprium domicilium, fouerunt q;, atque fouent larem in dicta via villæ M. supradictæ continuè vt proprij domicilij. Et sic fuit, & est verum.

Item quòd antedicti domini N. & N. coniuges de supra proximè dictis temporibus in prædictis articulis contentis, & designatis, vt vir, & vxor matrimonialiter coniuncti, & per dicta tempora steterunt, cohabitarunt, et habitant simul matrimonialiter in dicta via N. villæ

villę N.& tales de proximè dictis temporibus, & per ipsa tempora antedicta fuerunt, & sunt communiter dicti, &c. Et sic fuit,&c.

Item ꝙ antedicti Ioan.& A.coniuges, sic vt prefertur,habitãtes,existentes,fouentes larem in dicta vel in dicto loco N. in antedictis articulis cõtentis,& designatis, ac de anno Domini,&c. & de mense N.prędicti Io.et A.genuerunt,& procrearunt dictum A. aduersarium in pręsenti causa sic vt pręmittitur,& sic fuit,&c.

Item ꝙ pręfatus N. aduersarius in pręsenti causa dudum de anno,&c.de mense N.antedictis in dicto loco,siue via villæ N. in domo vbi Io.et A.coniuges habitabant, parentesq; dicti A. aduersarij a dicta domina A. matre sua natus fuit, & venit in lucem filius nominatus, & tentus, et habitus fuit, & in dictorum Io.& A. coniugum dictus A.aduersarius in præsenti causa,sicque, vt prędicitur, fuit, & est dictum, tentum,etc.

Item ꝙ dictus N. aduersarius in præsenti causa fuit, & erat filius nominatus, tentus, & nuncupatus dicti domini Ioan.& A. eius vxoris, hodieque vocatur apud eius notos A..vbi ipsius notitia habetur. Et sic fuit,etc.

Item quòd præmissa omnia,& singula,etc.

Item quòd in dicta villa de N. de antedictis temporibus in superius proximè dictis articulis contentis, & designatis fuit, esseq; consueuit, & hodie est quædam parochialis ecclesia vocata cõmuniter, & appellata ecclesia N. habens campãnas,campanile,fontes baptismales, parochianos vtriusque sexus,cœmeterium benedictum, certam & limitatam parochiam, & alia signa, & insignia ecclesiam parochialem facientia, & demonstrantia, in suisq; vacationibus clericis secularibus in titulum perpetui beneficij ecclesiastici conferri,ac per eos teneri,regi,& gubernari cõsueta,collata, tenta,recta,& gubernata fuit palam,&c.Et sic fuit,&c.

Item quòd omnes Christiani vtriusq; sexus fouentes larem, & habitationem in dicto loco villæ N.receperunt,recipereq; consueuerunt à dictis tẽporibus supra designatis sacramẽta ecclesiastica,videlicet baptismalem paruulorũ,& pęnitentiã morientiũ,sacramenta ecclesiastica palã,publicè, & notoriè. Et sic fuit,& est verũ.

Item quòd præmissa omnia,& singula,&c.

Item ponit, & si necesse fuerit, probare intendit procurator prædictus quòd anno à natiuitate,&c. et de mense Iunij, Iulij, Augusti, Septembris,Octob. Nou.ac de anno sequenti, &c. et de mense Decemb.Ian.Fe.Mar.in d.via N. in qua natus fuit dictus A. aduersarius, in pręsenti causa fuerunt, esseq; consueuerunt, et erant magnę fames & penuriæ bladorum,multæque gentes in partibus illis propter famem fuerunt mortuæ,quòdq; de illis temporibus,& per illud tempus dictorum mensium communiter fuit in partibus illis dictum, tẽtum, nuncupatum tempus mali anni. Et sic fuit,&c.

Item ꝙ publica etiam vox,& fama, ac verũ, publicum, notorium, & manifestum, communisque reputatio,et assertio fuit,et est in dicta villa de N.et in via N. eiusdem villæ, vbi fuit natus dictus aduersarius N. diœcesis, & vbi de præmissis notitia habetur,fuerunt,& existunt, quòd dictus A. aduersarius fuit genitus, cõceptus,et natus post tẽpus dicti mali anni: quòdque in dicto malo anno cessauerit fuisse,& non fuerit,nec erat genitus, conceptus, natus, nec in rerum natura existens. Et sic fuit,etc.

Item quòd præmissa omnia & singula fuerunt,& sunt vera,etc.

Item ad declarationem,& ostensionem nullitatis,et surreptionis antedictis litterarũ prętensæ gratię dicti A. aduersarij, cuius vigore, & auctoritate se prætendit prędictã parochialem ecclesiam acceptasse, et ad fines prędictos dictus procurator dicit, & probare intendit ꝙ antedictus A.aduersarius in pręsenti causa dudum,videlicet in mense Octobris,pontificatus dñi nostri, anno N. qui fuit dies xvj. antedicti mensis Octobris,et de anno Dñi,&c.et tẽpore datæ antedictæ gratię expectatiuę,cuius vigore,et auctoritate se prætẽdit dictam parochialem ecclesiam N. acceptasse, & de eadem sibi obtinuisse ꝓuideri cessauit,et cessabat attingere xxiiij. annum ætatis suæ. Et ꝙ sic fuit,& est communiter dictum,creditum,reputatum,etc.

Item ꝙ antedictus dominus A. aduersarius in huiusmodi causa dudũ,videlicet tertio idus Decembris,pontificatus præfati domini nostri Papæ N.anno secundo, et tempore datæ antedictæ gratię,cuius vigore pretendit acceptasse antedictam parochialẽ ecclesiam, et ante cessauit, & cessabat attingere xxv. suæ ætatis annum. Et sic fuit,& est verum.

Item ꝙ antedictus A. aduersarius in huiusmodi causa ante tempus, & tempore datæ antedictæ suæ gratiæ,quę fuit xiij.ante dicti mẽsis Octobris, anni,etc. cuius auctoritate,& vigore pretendit se dictam ecclesiam acceptasse, & de eadẽ sibi obtinuisse ꝓuideri, fuit, et erat annorum xxv. ætatis suæ,& vt talis,et pro tali fuit cõmuniter dictus,tentus,& reputatus,etc.

Item quòd præmissa omnia, etc.

Item quòd ante tempus,& tempore datę dictæ gratiæ suæ pręfatus A.aduersarius in præsenti causa, & iij. idus Octobris, pontificatus eiusdem anno N.et pontificatus eiusdem anno quarto,quinto,sexto,septimo,& octauo,etc. & per omnes dies, menses,& septimanas dictorũ annorum,& ante,et post,et quousq; ad pręsentem

tem diem in dicta villa N. & in strata N. vbi fuit natus dictus A. aduersarius in præsenti causa, & in omnibus alijs locis, in quibus fuit habita notitia de dicto aduersario, & apud homines vtriusque sexus fouentes larem in dicta strata, & in alijs locis habentes notitiam de dicto A. aduersario, & est communis hominũ prędictorum vtriusque sexus opinio, assertio, credulitas, communeque dictum, publicum, & notorium, publica vox, & fama, atq; vera quòd dictus A. aduersarius ante tempus, & tempore dictæ suæ gratiæ, cuius vigore, & auctoritate dictam ecclesiam prætendit acceptasse de data quarto idus mensis N. pontificatus N. anno N. quæ fuit xiiij. mensis N. anno natiuitatis Domini, &c. N. cessauit, & cessabat attingere xxv. suæ ætatis annum, et quòd fuerat, & erat constitutus inter xxij. et xxiij. annum ætatis suæ, & quòd sic fuit, & est dictum, auditum, creditum, visum, & reputatum, etc.

Et quòd præmissa omnia, & singula, &c.

Quare petit procurator, etc.

Articuli super non promotione ad sacros ordines etiam quia contra constitutionem. Execrabilis, tenet duo incompatibilia.

Item ad ostendendum, & clarè demonstrandum de non iure dictorum dominorum Decani, & capituli ecclesiæ de N. ac N. in præsenti causa aduersariorum, et de bono iure præfati domini N. quòd in dictis canonicatu, & præbenda, ac Archidiaconatu dictæ ecclesiæ N. quos possidere solebat antedictus N. vltimus possessor seu detentor eorumdem, et de quibus in præsenti causa agitur, et ad omnes fines, et effectus sibi vtiliores dictus procurator, et nomine procuratorio dicti d. N. dat, facit, et exhibet positiones, et articulos sequentes, etc. diuisim, narratiuè, et dispositiuè, quibus et eorum singulis per dictum N. tamquam scientem plenius veritatem in eorum proprijs personis, necnon eorum procuratorem medio eorum iuramento singulariter singulis responderi, et se ad illos probandum in Ro. Cur. et extra admitti petit, offerens se legitimè probaturos, citra tamen, etc.

In primis repetit oẽs, et singulos positiones, et articulos ꝑ parte sua datos, etc. quaten⁹, &c.

Item ponit, et si opus fuerit, probare intendit, quòd à dictis tẽporibus, et per dicta tempora supra in primo articulo deducta in diœcesi N. ac infra fines, et limites eiusdem fuit, esseque consueuit, & hodie est quædam parochialis ecclesia dicta communiter, et appellata ecclesia parochialis N. dictæ diœcesis habens fontes baptismales, campanile, campanas, cœmiterium, & parochianos vtriusque sexus certamq; & limitatam parochiam ab alijs distinctam, & separatam, ac alia signa, & insignia ecclesiam parochialem facientia, & demonstrantia consuetis, &c.

Item ꝙ præfatus quondam d. P. dudum de anno Domini, etc. vel circa dictam parochialem ecclesiam, tunc certo modo vacantẽ eiusdem pacificam possessionẽ assecutus fuit illam ab illo tempore, et per annum vnum, duos, vel tres, et quatuor annos, et vltra continuos pacificè, et quietè tenuit, et possedit fructus, redditus, et prouentus illius percipiendo, et in suos vsus conuertendo. Et sic fuit, etc.

Item ꝙ dictus quondam d. N. dictam ecclesiam obtinens, et possidens, et quam, vt pręfertur, assecutus fuerat per vnum annum, et vltra ante assecutionẽ præpositurę, et canonicatus, et præbendæ, et Archidiaconatus, de quibus infra dicitur etiam post plures annos tenuit, et possedit fructus, redditus, et prouẽtus illius percipiendo, ꝓut recepit, et habuit, et in suos vsus conuertit pacificè, et quietè absq; eo quòd ipse N. infra annum à tempore pacificè assecutæ, et possessionis de dicta parochiali ecclesia habitis faceret, seu expost fecerit se ad sacros ordines presbyterales promoueri: quinimmo cessauit, et abstinuit se ad ipsos sacros presbyterales ordines infra dictũ annũ, et annos facere ꝓmoueri, fuitq; absq; eo, et præter id ꝙ vnquam ad illos promotus fuerit, immo per ipsum annũ, et annos, et per dicta tempora remansit citra illos, et ad ipsos presbyterales ordines nõ promotus, et vt talis, et ꝓ tali, etc.

Item ꝙ etiam antequam, et tempore pacificæ assecutionis dictæ parochialis ecclesiæ, ac per vnum, duos, etc. annos post assecutionem, ipsiusq; possessionis realẽ, et corporalem adeptam, quietam, et pacificam per dictũ N. idem N. stetit et morabatur, et moram suam, et residentiam fecit personalem, domiciliumq; et larem fouit, statumque suum tenuit pro maiori parte temporis tàm in ciuitate, quàm diœcesi, et tàm in paterna, quàm in beneficialibus domibus, ac locis suis ibidem existentibus sanus, hilaris, liber, ac sui compos, et in sua libertate plena existens, ambulans, et gradiẽs super terram quò volebat, caruitque, et carebat aliquo legitimo impedimento, ac dispensatione canonica, cessauit, et cessat habuisse, seu habere aliquam, vt præfertur, dispensationem canonicam de non promouendo, aut impedimentum aliquod legitimum, quo minus ad ordines presbyterales infra annum à tempore, seu à dicta assecutione, et pacifica possessione habita dictę parochialis ecclesię, ac regiminis eiusdẽ potue-

potuerit, seu posset se fecisse promoueri si voluisset. Et quòd sic fuit, et est verum.

Item ꝙ per tempus,& tempora in proximè dicto articulo descripta Reuerendissimus in Christo pater dominus G. tunc, & nunc Archiepiscopus N. ipsius loci diœcesanus, & in cuius diœcesi ipsa parochialis ecclesia existit, & in quibus præfatus N.vt præfertur,moram, & residentiam personalem per dicta tempora fecit,& faciebat,ordinesq; sacros per quatuor tempora eiusdem anni in dictis suis ciuitate, vel diœcesi, & loco conuenienti per se, & suos Vicarios anno quolibet celebrauit,& celebrari fecit; aliàsq; fecit,& faciebat, vt moris est, in talibus,quòdq; idem dominus N.dictam parochialem ecclesiam, tunc pacificè possidens, & obtinens,vt præfertur,in dicto anno à tempore dictæ assecutionis,& possessionis pacificarũ habitis, ac regiminis dictæ parochialis ecclesię,sibi commissę potuisset si voluisset ad dictos presbyterales ordines ꝓmoueri legitimo impedimẽto,& dispensatione canonica super his non habitis, & alijs causis iustis cessante neglexit,& facere negligẽter omisit; quapropter ipso iure illa priuatus extitit. Et quòd sic fuit, & est verum, visum,creditum, tentum, præsumptum,& reputatum palam, & publicè.

Item ꝙ veritas fuit,& est absq; eo,& præter id quòd dictus N. per dictos annum, & annos continuos,ac menses,septimanas,& dies ipsorum annorum aliquod impedimẽtum, seu dispensationem canonicam habuerit, prout non habebat, nec vt habuit quem potuisset, & debuisset si voluisset, vt præfertur,infra annum à tempore habitę dictæ parochialis ecclesiæ pacifica possessione à regiminis eiusdem, ex quo ipse N. cessauit per dicta tempora habuisse, & habere aliquod,vt præfertur,legitimum impedimentum, seu dispensationem canonicam ab aliquo ad hoc potestatem habente obtinuisse, prout nõ obtinuit, seu habuit, ex quo infra annum à dictis pacifica assecutione, & possessione dictæ parochialis ecclesiæ prędicto tempore potuisset, prout & potuit si voluisset se ad sacros ordines presbyterales facere promoueri: quod tamen,vt dictum est,facere negligenter omisit,& neglexit, & quod non promotus, vt fertur, ad prædictos ordines presbyterales illam,vltra dictum annum per plures annos,& tempora possessionem eiusdem obtinuit, detinuit, & occupauit; propter ꝙ dicta parochiali ecclesia ipso iure priuatus, & etiam ad quodcumque aliud beneficium ecclesiasticum obtinendum ex tunc effectus tàm de iure quàm de stilo, & obseruantia Curiæ Rom. maximè dictos canonicatum, & præbendam, de quibus hic agitur inhabilis. Et sic fuit, & est verum.

Item ꝙ tàm de iure communi quàm vera opinione doctorum, tam de stilo cancellariæ Curiæ Ro.qui iuri, & verioribus opinionibus adhæret, & confirmat, ac vsu,more, & obseruantia, ac consuetudine ipsius Rom.Cur.legitimè præscriptis,& à temporibus, & per tempora supra in primo articulo descripta fuit, et est quòd quicumq; parochialem ecclesiam, & curatum beneficium promotionem ad sacros presbyterales ordines requirens vltra annum post adeptam pacificam possessionem non promotus ad sacerdotium,seu presbyterales ordines cessante impedimẽto legitimo, & sine dispensatione canonica, aut etiam duo incompatibilia vltra tempus, & præter formam iuris, & constitutionis extrauagantis, quæ incipit: Execrabilis, detinet, et occupat, & alia facit quę supra,et infra per dictum quondam Ia.facta fuisse dicuntur ipso facto, ipsoq; iure fuit, et est reputatus,ac reputatur,necdum priuatus tali officio,& beneficio curato,sed etiã in alijs, & ad quodcumque aliud officium, vel beneficium ecclesiasticũ obtinendũ inhabilis,quòdq; solus Rom. Pontifex à tali maleficio, seu macula potest tales absoluere,vel curare,& ad beneficia, seu officia obtinenda habilitare, & ꝙ de stilo,vsu, & consuetudine prædictis fuit, & est, quod quando summus Pontifex alicui tali confert,aut conferri mandet etiam habilitari; alioquin collatio, vel prouisio sibi facta non precedente huiusmodi habilitatione, nulla est ipso iure, nulliusq; efficaciæ, vel momenti,& ita,vt prædicitur, fuit dictum, &c.

Item quòd prefatus N.etiam, sic vt præfertur, de parochiali ecclesia, et eius possessione, ac regimine eiusdem propter causas supradictas à iure priuatus, et priuationem huiusmodi non ignorans, immo illam scire volens eo ipso quod nõ fuit reuolutus, ac pacificam possessionem dictæ parochialis ecclesiæ fuit, & incepit tunc malæfidei possessor violentus,aut saltim iniustus occupator,& detentor, ac præter,et contra ius, et iustitiam eam occupauit, & detinuit in ea sine canonico titulo securè eamdem retinẽdo se intrusit, & illam retinuit occupatam etiam per vnum,duos, vel tres annos sequentes cõtinuos à data priuationis prędictæ irrogatis, & inflictis, ipso iure fructus, redditus, et prouentus illius vsurpando, et in vsus filios conuertendo, ex quibus, & propter quę idem N.ad aliud simile,& quęcumq; saltẽ dignitates, & alia etiã incõpatibilia beneficiã obtinẽda se reddit ipso iure inhabilẽ, et incapacẽ,fuitq; & erat ob hoc,& aliàs inhabilis ad dictos canonicatum,& præbendam, ac Archidiaconatum, de quibus hic agitur, tunc obtinendum,& habendum, & talis,& pro tali,&c.

Item

Item quòd de præmissis omnibus, & singulis fuit & est publica vox & fama.

Item vbi pręmissa nõ sufficerent, prout sufficiunt, ponit dictus procurator quo supra nomine, & probare intendit ꝙ à supradictis in primo articulo designatis temporibus, & per ipsa tempora in ciuitate N. & infra ipsam fuit, esseq; consueuit, & hodie est quædam ecclesia collegiata dicta communiter, et appellata ecclesia, &c. habens præpositum tamquam caput, pluresq; canonicos capitulum facientes tamquam membra, & alia signa, et insignia ecclesiã collegiatam facientia, et demonstratia, &c.

Item quòd à dictis temporibus, & per ipsa tempora proximè dicta in dicta ecclesia collegiata N. inter cæteras dignitates fuit, esseque consueuit, & hodie est quædam dignitas, quæ principalis est in dicta collegiata ecclesia N. dicta communiter, & appellata præpositura N. in ecclesia collegiata N. quòdq; eadem dignitas præpositura, vt præfertur, nuncupata fuit, & est dignitas in I. & principalis in N. ecclesijs antedictis, et incõpatibilis cum quacumq; alia dignitate, personatu, officio, vel beneficio curato consueto clericis secularibus quotiens eam vacare contingerit in titulum beneficij perpetui ecclesiastici conferri, et assignari, ac per eos teneri, regi, et gubernari. Et quòd sic fuit, & est verum.

Item ꝙ prędatus do. Io. durante dicta inhabilitate, dispensatione non obtenta, de anno Domini, &c. vel circa, dictam præpositurã N. quæ dignitas curata in eadem ecclesia N. ecclesia extitit, tunc certo modo vacante, & subtractione in regno Franciæ facta per d. N. durante auctoritate ordinarij assecutus extitit, & illam per plures annos, etc. vsq; ad tempus, et tempora obitus sui, de quo supra in articulis dicti domini Io. tenuit, et possedit fructus, et prouentus illius percipiendo, et in suos vsus conuertendo. Et sic fuit, et est verum.

Item hic specialiter repetit articulos suos pro parte N. datos, et habet hic pro datis, et repetitis.

Item ponit dictus procurator nomine quo supra, et si opus fuerit, probare intendit quòd præfatus N. dictam præposituram detinens, et pacificè possidens, vt præfertur, de anno Domini, etc. dictos canonicatum, et præbendam, ac Archidiaconatum ecclesiæ N. cui cura imminet animarum, et quæ dignitas curata in eadem ecclesia, vt præfertur, existit tunc apostolica auctoritate, vt dicitur, collata, eiusque possessionem pacificam; et quietam adeptus fuit, & ipsum Archidiaconatum cum omnibus iuribus, et pertinentijs dicto tempore, videlicet per annum, duos, tres, et plures annos continuos, & per omnes, & singulos menses, septimanasq; & dies ipsorum annorũ pacificè percepit, & percipiebat, leuauit, & leuabat, habuit, & habebat, in suos vsus conuertit, & conuertebat, scientes, et videntes, scireq;, & videre volentes illis ad quos spectabat eorumdem collatio absq; eo quòd infra mensem, annum, siue annos duos, &c. plures curarunt prouidere, nec alio remedio curam seu operam dare. Et sic fuit, &c.

Item quòd dictus quondam N. temporibus, quibus dictas duas dignitates simul tenebat, et possidebat, videlicet pręposituram in L. & Archidiaconatum maiorem in B. ecclesia ante & post, et vsq; ad tempus, et tempore mortis suę, de qua supradictum est, cessauit, et abstinuit habuisse, vel habere super ipsis, vel alijs duobus vel pluribus dignitatibus, aut beneficijs incompatibilibus simul obtinendis, vel obtentis retinendum habilitatione, et dispensatione saltem veras, et canonicas quinimmo fuit, et est absque eo, et præter id quod ipse N. de habilitatione vel dispensatione canonica obtinendo, vel detinendo insimul dictas duas dignitates, et duo beneficia incõpatibilia, videlicet Archidiaconatum maiorem, et præposituram in perpetuum, vel ad tempus ab aliquo super hoc potestatem habente obtinuerit, seu habuerit, aut habeat, immo illas duas dignitates, et duo beneficia incompatibilia, videlicet Archidiaconatum maiorem B. et præposituram N. in L. ecclesijs prædictis, quibus cura imminet animarum insimul per vnum, duos, tres, vel plures annos, vel menses incompatibiliter, et contra iuris communis, et constitutionis fe. re. Ioa. Papæ N. quæ incipit: *Execrabilis*, dispensationis detinuit, et possedit, detinebatq;, et possidebat dum viueret pacificè, et quietè, propter quę dictis duobus incõpatibilibus beneficijs huiusmodi nõ solum priuatus, sed et dictis canonicatu, et præbenda ecclesiæ B. et ac obtinendum ea et quęcumque alia beneficia, et etiam ad sacros ordines suscipiendum inhabilis effectus existit. Et sic fuit, etc.

Itẽ ꝙ de pręmissis omnibus et singulis, etc.

Item ponit, et si necesse fuerit, probare intendit, quòd dictus N. per vnum, duos, tres, et plures dies, hebdomadas, et menses, ac etiam annos ante tempus obitus sui, de quo supradictum est, ne dum in ciuitate, sed etiam in diœcesi L. tàm in domo paterna quàm in alijs locis, et domibus, quos obtinebat ratione dictorum canonicatus, et præbendæ præpositurę N. in ecclesia L. successiuè, prout sibi placebat, habitationis domum siue larem fouebat, et inhabitabat; quòdq; ad tempus dicti obitus per plures dies, hebdomadas, et menses fuerat ab-

sens à

sens à dicta ciuitate L. propter tribulationes, quæ tunc ibi vigebant, & in alijs locis siue domibus, ac habitationibus suis residebat, donec audito ꝙ dominus noster Papa de Constantia ad partes Galliæ,& præsertim ciuitatē S.translati fuerunt, & tunc proposuit ad veniendum ad Romanam Curiam de loco sancti Bernardi L.diœcesis, vbi tunc residebat, & inhabitabat iter arripiens ad ipsam Roman. Curiam viam suam direxit apud L. & transitum illac faciendo disponere de rebus suis ibi existentibus, vt inde viam suam continuaret vsque ad præsentem locum,& Curiam Rom.hic S.existentem; quòdque ipse de dicto loco vnde recesserat, & vbi puritas, & tranquillitas aeris erat ad ciuitatem L. translato vbi aer infectus & pestilentialis erat, sicut notum est, postquam iam de maiori parte de negocijs suis disposuerat, iter prędictum continuare vellet morbo pestilentiali præuentus fuit, & vltra transire non potuit,sed ibidem diem suum clausit extremum. Et sic fuit,& est verum.

Item quòd ciuitas L.est propinqua huic ciuitati S.in qua erat,prout adhuc est,Rom.Cu. ad duas dietas, & minus, ita quòd ista ciuitas L.& S.non distant vltra duas dietas,immo nec vsque ad duas, sed citra duas dietas sunt propinquæ, & diœceses earum contiguæ. Et sic fuit, & est verum.

Item quòd ante tempus,& tempore recessus dicti N. de supradicto loco sancti B. vbi tunc residentiam faciebat ad ciuitatem L. ad quam, vt præmittitur,venerat transeundo ad Ro.Cu. necnon ante tempus, & tempore quo cum ibi infirmitas arripuit,& etiam quo recessit S.do. noster N.Papa N.cum sua Ro.Cur. erat,prout hodie est, & residebat, prout hodie residet, in pręsenti ciuitate Viterbiensi; quòdq; extunc, prout exnunc, dicta Rom.Cur. veraciter erat, & residebat, prout est,& residet, ac etiam esse, & residere reputatur in ipsa pręsenti ciuitate Viterbiensi. Et sic fuit, &c.

Item quòd de pręmissis, &c.

Item quòd vltra pręmissa in casum, & euentum,in quem seu in quos legitimè constaret,siue appareret pręfatum A.aduersarium dictam parochialem ecclesiam, de qua hic agitur, cuiusdam pętensæ suæ gratię expectatiuæ infra tempus debitum acceptasse, & sibi fuisse prouisum de eadem, quod non creditur, procurator dicti domini N. dicit, ponit, & si necesse fuerit, probare intendit, quòd præfatus dominus noster N. in crastinum suæ assumptionis ad summi apostolatus apicem, & dudum ante dictam pętensam gratiam expectatiuam, acceptationem, & prouisionem præfati domini N. aduersarij voluit, & ordinauit, ac quamdam cōstitutionem fecit tenoris subsequentis.

Item voluit,& ordinauit hic inseratur constitutio. Et sic fuit,&c.

Item quòd huiusmodi constitutio fuit legitimè dudum ante vacationem dictæ ecclesiæ parochialis N. de qua hic agitur, in audientia publica litterarum cōtradictarum dicti domini nostri Papæ lecta, ac publicè, ac in libris cancellariæ Rom. Cur. inter alias constitutiones in suo ordine descripta,& collocata; quòdque iuxta, & secundùm ipsam constitutionem à temporibus, & per tempora superius proximè dicta fuit,& est cognitum, censitum, & iudicatum, hodieq; cognoscitur, censetur,& iudicatur palam,& publicè, &c.

Item ꝙ pręfatus in pręsenti causa aduersarius dictas suas prætensas,acceptationē,& prouisionem,si quæ tamen sint,iuxta, & secundùm constitutionem prædictam malitiosè, & fraudulenter in loco dicti beneficij publicare cessauit,& contempsit, quòd & propterea huiusmodi pętensa acceptatio, & prouisio, etiam si de eis legitimè appareant, fuerint nullæ & inefficaces, & inualidæ. Et ita fuit,& est verum.

Saluo iure,etc.

Et protestatur,etc.

Articuli pro Abbate super monasterio apostolica auctoritate collato.

Positiones & articulos infrascriptos dat,facit,& exhibet procurator, & nomine procuratorio Re.in Christo patris, & domini domini P. Abbatis monasterij de C. ordinis Cisterciensis C. diœcesis partis suæ, ac contenta, et descripta in eisdem contra, & aduersus quemdam Ioannem in huiusmodi causa aduersariū, et quamcumque aliam personam pro eo in iudicio legitimè interuenietes tàm coniunctim quàm diuisim, ac narratiuè, & dispositiuè, de quolibet, quibus, et eorum singulis petit per partem aduersam,seu eius prætensos procuratores,siqui sint,in Rom.Cu.pro eodem medio iuramento responderi, & si negati fuerint se, et partem suam ad eosdem probandum in Ro. Cur. et extra eam admitti, ad superfluam tamen probationem nullatenus se astringens,de quo expresse protestatur.

In primis namq; dictus procurator quo supra nomine dicit, ponit, et si necesse fuerit, probare intendit, quòd à x.xx.xxx.etc.et centum annis proximè, et immediatè præteritis citra,& supra, necnon à tanto tempore, et per tantum tempus, de cuius initio siue contrario hominum memoria non existit, ciuitas C.habuit,habereque consueuit, prout hodie habet, solemnem, et notabilē ecclesiam cathedralem

vocatam

vocatam communiter, & appellatam ecclesiam C. habentem Episcopum pro tempore tamquam caput, & quamplures canonicos præbendatos, vt membra capitulum eiusdem ecclesiæ facientes, & repræsentantes, longamq; & latam diœcesin ab alijs diœcesibus distinctam, & separatam, aliaque iura, & insignia cathedralem ecclesiam designantia palam, & publicè. Et sic fuit, &c.

Item qꝙ à dictis temporibus, & per tempora supradicta citra & supra inter alia monasteria in dicta diœcesi C. existentia fuit, esseq; cōsueuit, prout est, quoddam solemne monasterium dictum communiter & appellatum monasterium de C. ordinis Cisterciensis C. diœcesis, habens Abbatem pro tempore tamquā caput, necnon plures viros religiosos, vt membra conuentum ipsius monasterij inter se facientes, ac ecclesiam, claustrum, & dormitorium, ac refectorium, pluraq; alia iura, signa, & insignia solemne monasterium facientia, & demonstrantia palam, et publicè. Et sic fuit, etc.

Item quòd premissa omnia, et eorum singula fuerunt, et sunt vera, publica, notoria, et manifesta; quòdq; de his omnibus, et singulis fuit, et est publica vox, et fama.

Item qꝙ bonę memorię Io. dudum ante tempus, et tempore obitus sui infradicendi fuit, et erat Abbas prefati monasterij de C. de quo agitur, ac in ipsius, iuriumque, et pertinentiarũ omnium eiusdem possessione, vel quasi pacifica, et quieta, seq; pro tali, et vt talem habuit, tenuit, nominauit, & reputauit, fuitque ab alijs pro tali, et vt talis habitus, dictus, tentus, visus, auditus, nominatus, et reputatus, habebaturq; dicebatur, tenebatur, nominabatur, et reputabatur palam, et publicè. Et quòd sic fuit, etc.

Item qꝙ dictus quondā Io. dum vixit, vt prefertur, Abbas, et possessor dicti monasterij de C. de quo agitur, de anno Domini, etc. ac dudum ante tempus datæ vj. Kalend. Septembris pontificatus S. d. N. domini N. Papæ N. anno N. extra Romanā Curiam, et in partibus, sicut Deo placuit, extitit vita functus; quòdque per ipsius quondam Io. obitum dictum monasterium vacauit, et pro vacante reputatum fuit palam, et publicè. Et sic fuit, et est verum.

Item qꝙ præfatus dominus noster dominus P. diuina prouidentia Papa N. et modernus de consilio Reuerēdissimorum dominorum Cardinalium de persona præfati R. patris domini Petri bacchalarij formati in Theologia ipsum ordinem Cisterciensem expresſè professum, et in sacerdotio constitutum ob meritorum suorum exigentiā eidem monasterio de C. de quo agitur, sic vt prefertur, Abbatis regimine destituto, et specialiter dispositioni suę reseruato auctoritate Apostolicā prouidit, ipsumque eū patrem dominum P. dicto monasterio præfecit in Abbatem, curam, regimē, & administrationem monasterij eidem domino P. in spiritualibus & temporalibus committendo, & alia fecit ijdem dominus noster, prout in litteris Apostolicis sub data Pientię anno Incarnationis Dominicæ, &c. vj. Kal. Septembris, Pontificatus sui anno N. desuper confectis, ad quas & in eis contenta se refert procurator prędictus nomine quo supra, & hic dat pro positionibus & articulis, inquātum tamen faciant pro se & parte sua, & contra partem aduersam, & nō aliàs, aliter, nec alio modo, de quo expresſè ꝓtestatur, plenius cōtinetur. Et qꝙ sic fuit, & est verũ.

Item quòd præfatus R. pater dominus Petrus L. prouisionem, & perfectionem de eo ad dictum monasterium, & sibi auctoritate Apostolica factas, ratas, & gratas habuit, & habet pariter & acceptas, ac litteras Apostolicas desuper fieri & expediri fecit, procurauit, & obtinuit palam, &c. Et ita, &c.

Item quòd præfatus dominus P. dudum ante tempus, & tempore datæ prouisionis de eo præfato monasterio factæ, videlicet anno Incarnationis Dominicę, &c. vj. Kal. Septembris, pontificatus domini nostri domini N. Papę N. anno N. fuit, & erat monachus monasterij de oratorio ordinis C. A. diœcesis, ac ipsum ordinem C. expresſè professus, et in sacerdotio constitutus, habitum et tonsuram publicè, et honestè deferens professorum, necnon bacchalarius formatus in Theologia, in et de legitimo matrimonio procreatus, et natus in communione fidelium sufficientis ætatis, et aliàs habilis, sufficiens, et idoneus ad dictum monasterium obtinendum, regendum, et gubernandum, et vt talis, et pro tali habitus, visus, auditus, creditus, tentus, nominatus, et reputatus palam, et publicè. Et sic, etc.

Item quòd de præmissis omnibus, et singulis fuit, et est publica vox, et fama.

Item quòd præmissis non obstantibus quidā Ioan. cui ad dictum monasterium de C. de quo agitur, nullum vnquam ius competijt, neque competit de præsenti se prouisioni, et præfectioni prædictis de dicto domino P. eisdē monasterio, et sibi auctoritate Apostolica factis indebitè opposuit, et opponit, ipsumque de et super monasterio multipliciter vexauit, inquietauit, molestauit, et impediuit, molestatque, vexat, inquietat, et impedit in animæ suæ periculum, et dicti Reuerendi p. d. P. præiudicium, non modicum grauamen pariter et iacturam. Et quòd sic fuit, et est verum.

Item quòd omnes et singulę personę in productis, et producendis descriptæ et nominatæ

pro parte sua fuerant, & erant, ac sunt tales quales in ipsis esse dicuntur, ac vt tales, & pro talibus habitæ, dictæ, tentæ, nominatæ, & reputatæ palam, publicè, communiter, & notoriè. Et sic fuit, & est verum.

Item hic dat producta & producenda pro parte sua pro positionibus, & articulis, inquantum faciant pro dicta parte sua, & non aliàs, de quo protestatur.

Item hic dat de notarijs, & notariorum signis, & sigillis, & habilitatibus personarum, vt fuit, & est moris, atque stili, &c.

Item quòd de præmissis omnibus, ac singulis fuit, & est publica vox & fama.

Quare petit procurator prędictus, &c.

Saluo iure, etc.

Et protestatur, etc.

Articuli super mandato de conferendo officium monasterij pro religioso.

Positiones, et articulos infrascriptos contenta, & descripta in eisdem dat, facit, et exhibet procurator, et nomine venerabilis & religiosi viri domini Ioannis canonici, & sacristæ sacristię monasterij beatæ Mariæ de regali ordinis sancti Augustini P. diœcesis partis suæ tàm coniunctim, quàm diuisim, ac narratiuè & dispositiuè quibus & eorum singulis, ac singulariter singulis per partem sibi in huiusmodi causa aduersam medio eius iuramẽto per verbum credit, vel non credit, sufficienter responderi: & si negati fuerint se, & dictam partem suam ad probandum illos in Rom. Cu. & extra eam, & in pártibus admitti, remissionemq; desuper decerni petit, quatenus opus sit, ad superfluam tamen probationem nullatenus se altringens, de quo expresse protestatur.

In primis enim procurator prædictus nomine quo supra dicit, ponit, & si necesse fuerit, probare intendit, quòd à x. xx. xxx. &c. & centum annis proximè, & immediatè pręteritis citra & supra, ac tanto tempore, & per tantum tempus, de cuius initio siue contrario memoria hominum non existit, ciuitas P. habuit, habereque consueuit, prout hodie habet, solemnẽ cathedralem ecclesiam vocatam communiter, & appellatam ecclesiam cathedralẽ P. habentem saluis vacationum temporibus Episcopum pro tempore, vt caput, necnon quamplures canonicos præbendatos, & dignitates obtinentes, pluresq; personas tamquam membra capitulum dictæ ecclesiæ in, ex & inter se facientes, & repræsentantes, longamq; & latam diœcesim ab alijs diœcesibus circumuicinis distinctam, & separatam, pluraque alia iura, signa, & insignia solemnem & notabilem cathedralem ecclesiam facientia, & demonstrantia palam, & publicè. Et sic fuit, &c.

Item ꝙ ab eisdem temporibus, & per tempora supradicta inter alia monasteria virorum in diœcesi P. prędicta existentia fuit, esseque consueuit, prout hodie est, quoddam notabile, & insigne monasterium vocatum communiter, & appellatum monasterium beatæ Mariæ de regali ordinis sancti Augustini P. diœcesis habens saluis vacationum temporibus Abbatem pro tempore tamquam caput, & quamplures canonicos regulares siue religiosos, & personas dictum ordinem sancti Augustini inibi expressè professos, vt membra conuentum dicti monasterij in & ex se facientes, & repræsentantes, claustrum, ecclesiam, chorum, refectorium, dormitoriũ, & locum capitularem, aliaque iura, signa, & insignia notabile & insigne monasterium facientia, & demonstrantia palam, & publicè. Et sic fuit, & est verum.

Item quòd à dictis temporibus, et per eadẽ tempora citra et supra inter alia beneficia, siue officia perpetua in dicto monasterio existentia fuit, esseque consueuit, prout hodie est, quoddam simplex officium vocatum communiter, et appellatum sacristia dicti monasterij beatæ Mariæ de regali, quod quondam P. ipsius monasterij sacrista, dum viueret, obtinebat & possidebat, vni ex canonicis siue religiosis dicti monasterij in titulum perpetui beneficij ecclesiastici conferri, et assignari, ac per talem regi, et gubernari solitum, et consuetum palam, & publicè. Et ita fuit, etc.

Item quòd dictus quondam P. dudum ante tempus et tempore obitus sui infradicẽdi fuit, et erat dictæ sacristiæ verus et indubitatus sacrista, ac in ipsius sacristiæ, iuriumque et pertinentiarum omnium eiusdem possessione, seu quasi pacifica, et quieta fructus, redditus, et prouentus ex eadem prouenientes percipiendo et leuando, ac in suos vsus conuertendo, seque pro tali, et vt talem habuit, tenuit, nominauit, et reputauit, fuitque ab alijs pro tali, et vt talis habitus, tentus, et reputatus palam, & publicè. Et sic fuit, et est verum.

Item ꝙ præfatus quondam P. existens, sic vt prǽmittitur, dictę sacristiæ sacrista, ac in ipsius iurium, et pertinentiarum omnium eiusdem possessione, seu quasi pacifica, et quieta fructus, redditus, et prouentus ex eadem prouenientes leuando, et in suos, vt præfertur, vsus conuertendo, dudum videlicet de anno, et infra annum Domini, etc. ac ante xij. Kal. Octobris, eiusdem anni extra Rom. Cur. et in partibus diem vitæ suæ clausit extremum; quódq; per ipsius quondam P. obitum dicta sacristia tàm de iure, quàm de facto verè vacauit, et pro vacan-

vacante reputatā fuit palam, & publicè. Et sic fuit,& est verum.

Item quòd dicta sacristia, sic vt præmittitur,vacante se.re.Paulus Papa N.de illa sic vacante præfato domino Ioan.canonico regulari dicti monasterij, ac præfatum ordinem sancti Augustini in eodem monasterio expresè professo prouideri mandauit, prout in litteris Apostolicis desuper confectis, ad quas, & in eis contenta dictus procurator quo supra nomine se refert,& hic dat pro positionibus, & articulis,quatenus tamen pro se, parteq; sua, & contra partem aduersam faciant, & non aliàs, de quo protestatur,plenius continetur,& habetur palam, & publicè. Et sic fuit, &c.

Item quòd prenominatus dominus Io.mandatum de prouidēdo huiusmodi sciuit, & scit, ratumque & gratum habuit,et habet, litterasque Apostolicas desuper fieri fecit, et procurauit,quas venerabili,et circumspecto viro domino G. tunc officiali A. iudici et executori vnico in eisdem litteris eius proprio nomine non expresso deputato prǫsentauit, ac processus desuper necessarios, et opportunos in forma debita seruatis seruandis primitus fulminari, et decerni obtinuit,aliàsque et alia fecit, et fieri procurauit, prout in processibus huiusmodi desuper confectis, ad quos et in eis contenta dictus procurator nomine quo supra se refert, hicq; dat pro positionibus,et articulis, inquantum tamen pro se, parteque sua,et contra partem aduersam faciant, seu quomodolibet facere videantur,et non aliàs, de quo protestatur, plenius continetur. Et sic,etc.

Item quòd præmissa omnia, et singula fuerunt, et sunt vera, ac de eis fuit, et est publica vox, et fama.

Item quòd dictus dominus Io. dudum ante tempus, et tempore datæ dictarum litterarum Apostolicarum mandati de prouidendo,collationisque et prouisionis,ac processuum prædictorum fuit,et erat prout hodie est, canonicus regularis dicti monasterij beatǫ Mariæ de Regali prǫfatum ordinem sancti A.expresè professus,habitum, et tonsuram publicè, et honestè deferens canonicales,et dicti ordinis regulares, in et de legitimo matrimonio procreatus ætatis suæ xx.annis maior in communione fidelium,et aliàs habilis,et idoneus ad dictam sacristiam,super qua agitur,habendum,tenendum,regendum,et gubernandum;seq; pro tali, et vt talem habuit,tenuit, nominauit,et reputauit, fuitque ab alijs pro tali,et vt talis habitus, dictus,tentus,nominatus,et reputatus, habebaturque, tenebatur, etc. palam,et publicè. Et quòd sic fuit,et est verum.

Item ꝙ prǫnominatus dominus G.executor vnicus similiter dudū ante tempus & tempore datǫ dictarum litterarū Apostolicarū mandati de prouidendo, collationisq; & prouisionis,ac processuum prædictorum fuit,& erat officialis A.in communione fidelium,& aliàs habilis,& idoneus ad faciendum ea, quæ in prǫmissis, & circa ea fecisse dicitur,seque pro tali,& vt talē habuit,tenuit,nominauit, et reputauit; fuitque ab alijs pro tali,& vt talis habitus,tētus,nominatus,et reputatus palam,& publicè. Et sic,&c.

Item ꝙ ab vno,duobus,tribus, quatuor,sex, octo, & decem annis proximè & immediatè præteritis, citra & supra fructus, redditus, & prouentus dictæ sacristiæ, super qua agitur, summam seu valorem xv.scutorum auri de regno regis Franciæ se. com. exti.va. an.non excesserunt,nec excedere consueuerunt,neq; excedunt de prǫsenti;quinimmo in & sub eodem valore comprehensi fuerūt,& comprehenduntur palā, & publicè. Et ꝙ sic fuit,et est verum.

Item quòd de præmissis omnibus, et singulis fuit,et est publica vox, et fama.

Item dat de notarijs,notariorumque signis, ac sigillis, et habilitatibus personarum, prout fuit,etc.

Item dat producta, et producenda in hac causa pro dicta parte sua loco positionum, et articulorum, quatenus tamen faciant pro se, dictaq; parte sua, et contra partem aduersam, et non aliàs,aliter, vltra, neque alio modo, de quo protestatur.

Item ꝙ præmissis non obstantibus quidam C.aduersarius, cui in dicta sacristia, seu ad illam vllum vnquam ius competijt, neque competit se gratiæ mandati de prouidendo,ac collationi, et prouisioni prǫdictis, necnon bono iuri dicto domino Io.in et ad sacristiam huiusmodi competenti, et quæsito temerè,ac de facto, cum de iure non potuit,neque potest, opposuit,et opponit, impediuitq; et impedit, ac fecit,et facit, quominus gratia mādati de prouidendo,necnon collatio,et prouisio prǫdictæ suos debitos sortitǫ fuerint, et sortiantur effectus, quinimmo, ꝙ deterius est, idem T. se in dicta sacristia intrusit, et intrudi procurauit, prout intrusus est de prǫsenti,illamq; intrusionis huiusmodi prǫtextu occupauit,et detinuit, prout detinet indebitè occupatā fructus, redditus,et prouentus ex eadem prouenietes percipiendo,et leuando,seu verius sibi vsurpando, et in suos damnabiles vsus cōuertendo,aliàsq; idem T.aduersarius præfatum dominum Io.in præmisis multipliciter molestauit, vexauit, perturbauit,et inquietauit,prout molestat,vexat, perturbat,et inquietat indebitè,et iniustè in animæ suæ periculum dicti domini Ioan.B. damnum et iacturam. Et sic fuit, et est verum.

Item quòd præmissa omnia, & singula fuerunt, & sunt vera, ac de eis fuit, & est publica vox, & fama.

Saluo iure, &c.

Et protestatur, prout fuit, & est moris.

Articuli super prioratu auctoritate Apostolica collato.

Positiones, & articulos infrascriptos dat, facit, & exhibet procurator, & eo nomine venerabilis viri d. I. prioris prioratus collegiatæ, & secularis ecclesiæ sancti S. ad B. sanctę F. aliàs T. propè pontem E. L. diœcesis partis suæ tàm coniunctim, quàm diuisim dispositiuè, & narratiuè omnibus alijs melioribus modo, via, iure, causa, & forma, quibus melius potest, & debet de iure, quibus & eorum singulis, ac singulariter singulis petit per partē aduersam medio iuramento per verbum credit, vel non credit, responderi, & si negati fuerint, petit se, & partem suam ad probandum illos in Rom. Cu. & extra eam admitti, remissionemque desuper decerni petit, quatenus opus fuerit, ad superfluam tamen probationem nullatenus se astringens, de quo protestatur expresſè.

In primis quidē procurator antedictus quo supra nomine dicit, ponit, & probare intendit, quòd à x. xx. xxx. & centum annis citra & supra, ac per tantum tempus, & tempora, de quorum initio siue contrario hominum memoria non existit, ciuitas L. habuit, habereq; consueuit, & hodie habet solemnem cathedralem ecclesiam vocatam communiter, & appellatam ecclesia cathedralis L. habens pro tempore Episcopum tamquam caput, & quamplures canonicos prębendatos tamquam membra capitulum inter se facientes, longamque & latam diœcesim ab alijs diœcesibus circumuicinis distinctam, & separatam, aliaque iura, & insignia solemnem cathedralem ecclesiam facientia, & demonstrantia palam, & publicè, & notoriè. Et sic fuit, & est verum.

Item quòd inter cęteras seculares, & collegiatas ecclesias in dicta diœcesi L. existentes, fuit, esseq; consueuit, & hodie est quædam secularis collegiata ecclesia dicta communiter & appellata secularis collegiata ecclesia sancti S. L. diœcesis habens priorem tamquam caput, & principalem in dignitate constitutum vt caput, & quæ aliàs habuit plures canonicos, capitulum seu collegium inter se facientes, aliaque iura, & insignia secularem collegiatam ecclesiam facientia, & demonstrantia palam, publicè, & notoriè. Et sic fuit, &c.

Item quòd à supradictis temporibus, & per tempora supradicta in antedicta collegiata ecclesia fuit, esseque consueuit, & hodie est quædam dignitas prioratus nūcupata, qui quidem prioratus principalis dignitas in eadem ecclesia existit vni clerico seculari in titulum perpetui beneficij ecclesiastici cōferri, & assignari, & per talem regi, & gubernari solita, & consueta, & quam quondam Io. dicti prioratus vltimus possessor, dum vixit, tenebat & possidebat palam, & publicè, & notoriè. Et sic fuit, &c.

Item quòd à temporibus, & per tempora supradictis dictus prioratus fuit, & est in supradicta ecclesia principalis dignitas, & ꝓ dignitate principali reputatus, illiq; cura imminet animarum, & ad illum non consueuit quis per electionem assumi. Et sic fuit, &c.

Item ꝙ præfatus quondam Io. dudum ante tempus, & tēpore obitus sui infra dicendi fuit, & erat prior dicti prioratus, super quo hic agitur, ac in ipsius, iuriumque & pertinentiarum omnium eiusdem possessione, seu quasi pacifica, & quieta fructus, redditus, & prouentus ex eodem prouenientes percipiendo, habendo, & leuando, & in suos vsus conuertendo, seq; pro tali, et vt talē habuit, tenuit, nominauit, & reputauit, et ab alijs pro tali, et vt talis fuit communiter habit⁹, dictus, tētus, nominatus, et reputatus palā, publicè, et notoriè. Et sic fuit, etc.

Item quòd præfatus quondam Io. existens, vt prǣmittitur, prior dicti prioratus, super quo hic agitur, ac in ipsius, iuriumque et pertinentiarum omnium possessione, seu quasi pacifica, et quieta, dudum videlicet ante quintum Kalend. Martij anno Incarnationis Domini millesimo, etc. extra Romanam Cur. et in partibus diem vitæ suæ clausit extremum; quòdque per eiusdem quondam Ioan. finem, et obitum dictus prioratus vltimò tunc et verè vacauit, ac pro vacante reputatus fuit palam, publicè, et notoriè. Et sic fuit, etc.

Item quòd pręmissa omnia, et singula fuerunt, et sunt vera, etc.

Item quòd vacatione dicti prioratus ad notitiam S. d. N. Papæ deducta, idem sanctissimus dominus noster volens præfato domino I. meritorum suorum intuitu gratiam facere specialem, prioratum prędictum, sic vt præmittitur, siue aliàs quouismodo vacantem eidem domino Ioan. gratiosè contulit, et sibi de eodem prouidit, aliaque fecit, prout in litteris Apostolicis desuper confectis, ad quas, earumque tenorem procurator quo supra nomine se refert, et dat hic pro positionibus, et articulis, quatenus tamen pro se, parteque sua prædicta, et contra partem aduersam faciant, et non aliàs, de quo protestatur expresſè, plenius continetur. Et sic fuit, et est verum.

Item quòd præfatus dominus Ioan gratiam huius-

huiusmodi; sic vt præmittitur, sibi factam sciuit, & scit, illamq; ratam, & gratam habuit, & habet, litterasq; Apostolicas desuper necessarias, & opportunas expediri fecit, illasque Reuerendo patri domino Episcopo Vullarũ executori presentauit; quòdq; executor processus desuper debitos in forma decreuit, & fulminauit, & alia fecit prout in instrumento desuper confecto, ad quod & contenta in eo procurator quo supra nomine se refert, & dat hic pro positionibus et articulis, quatenus tamen pro dicta parte sua & contra partem aduersam faciant, & non aliàs, de quo protestatur expressè, plenius continetur. Et quòd sic fuit, &c.

Item quòd fructus, redditus, & prouentus dicti prioratus, super quo hic agitur, ab vno, duobus, tribus, sex, octo, et decem annis citra, et supra immediatè præcedentibus summam seu valorem xl. florenorum auri de Camera se. com. ex. va. an. non excesserunt, neque excedere consueuerunt, quinimmo in & sub dicto valore fuerunt comprehensi, & comprehenduntur. Et sic fuit, et est verum.

Item q̃ fructus, redditus, et prouentus, domus seu præceptoriæ sancti A. de P. dictę diœcesis à supradictis temporibus citra summam seu valorem centum viginti florenorum auri de Camera se com. exti. va. an. nõ excesserunt, neque excedere consueuerunt, quinimmo in et sub dicto valore fuerunt et sunt comprehensi, et hodie comprehenduntur palam, publicè, et notoriè. Et sic fuit, etc.

Item similiter quòd à temporibus supradictis fructus, redditus, et prouentus cuiusdã perpetuę sine cura capellanię ad altare Annunciationis beatæ M. sitæ in ecclesia parochiali sancti S. dicti loci, de qua dicto domino Ioan. auctoritate Apostolica prouisum extitit, et super qua etiam litigat summam seu valorem viginti quatuor florenorum similium secundùm extimationem prædictam valorem annuum non excesserunt, neque excedere consueuerunt, quinimmo in et sub dicto valore fuerunt comprehensi. Et sic fuit, etc.

Item quòd de pręmissis omnibus, & singulis fuit, et est publica vox et fama.

Item q̃ pręfatus dominus Ioan. dudum ante tempus, et tempore datę gratię seu prouisionis, videlicet quinto Kal. Martij, anno Incarnationis Domini, M. etc. fuit, et erat in vigesimosecundo anno suæ ætatis constitutus, et venerabilis viri domini N. de P. litterarum Apostolicarum scriptoris natus in, et de legitimo thoro procreatus, et in vniuersitate studij Bononiensis in iure ciuili studens, ac in communione fidelium, aliàsque habilis et idoneus ad dictum prioratũ, super quo agitur, regendum, tenendum, & gubernandum, seq; pro tali, & vt talem habuit, tenuit, nominauit, & reputauit, & ab alijs pro tali, & vt talis fuit taliter habitus, dictus, tentus, nominatus, & reputatus palam, publicè, & notoriè. Et sic fuit, &c.

Item q̃ præmissis non obstantibus quidam P. G. assertus clericus in huiusmodi causa aduersarius, cui in dicto prioratu seu ad illum nullum ius competijt, competit, neq; competere potuit temerè, & de facto, cũ alias de iure non potuit, impediuit, & impediri fecit, & facit, quominus collatio, prouisio huiusmodi suum debitum consequantur effectum, & quod deterius est, in dicto prioratu, eiusq; possessione seu quasi se intrusit, prout intrusus est de pręsenti, fructus, redditus, et prouentus ex eodem prouenientes percipiendo, et leuando, et in suos damnabiles vsus cõuertendo in animæ suę damnabile periculum, dictique domini Io. præiudicium non modicum, et grauamen.

Item dat omnia, et singula in huiusmodi causa producta, et producenda loco libelli articulati siue summariæ petitionis omnibus melioribus modo, via, iure, causa, et forma, quibus melius potest, et debet de iure: quatenus tamen pro se, parteq; sua prædicta, et contra partem aduersam faciant, et non aliàs, de quo protestatur expressè.

Item quòd omnes, et singuli in superius pro parte dicti dñi Io. productis, et inferius producendis descripti, et nominati fuerunt, et hodie sunt, si viuunt, tales quales in eisdẽ productis, et ꝓducendis describũtur, et nominantur, seq; pro talibus, et vt tales habuerũt, tenuerũt, nominauerũt, et reputarunt, et ab alijs fuerunt cõmuniter habiti, dicti, tenti, nominati, et reputati palã, publicè, et notoriè. Et sic fuit, etc.

Item quòd præmissa omnia, et singula fuerunt et sunt vera, publica, notoria, et manifesta, de eisque omnibus, et singulis fuit, et est publica vox et fama.

Item dat de notarijs, notariorumq; signis, et habilitatibus personarum, sigillisq; et stilo palatij, prout fuit, et est moris.

Quare igitur petit procurator, etc.

Saluo iure, etc.

Et protestatur, prout fuit et est moris.

Articuli super resignatione præpositura in manibus capituli.

Positiones, et articulos, etc.

Item existentiam cathedralis N.

Item existentiam ecclesiæ siue monasterij montis beatæ Mariæ Virginis ordinis canonicorum regularium extra muros oppidi N. N. diœcesis.

Item existentiam præpositura, super qua agitur.

Item quòd tàm de iure cōmuni quàm vsu, more, obseruātia, & cōsuetudine legitimè præscriptis per tempus, & tempora hominum memoriam excedentium continuè citra & supra inuiolabiliter & inconcussè tentis, & obseruatis electio siue ius, & potestas eligendi præpositi pro tempore ad dictam præpositurā, super qua agitur, dum & quotiens ipsam vacare contigerit, spectauit & pertinuit, spectareque & pertinere consueuit, prout spectat, & pertinet ad priorē, canonicos & capitulū ecclesię beatæ Mariæ supradictæ solum, & insolidum absque consilio & requisitione alterius cuiuscumque, fueruntq; prior, canonici, & capitulum prędicti in possessione seu quasi iurium præmissorū, sæpeque, & sæpius præpositum pro tempore elegerunt, fueruntque electiones huiusmodi, prout hodie si fierēt, essent validæ, & efficaces, suumq; debitum sortiri consueuerunt, prout hodie si fierent, sortientur effectum, casibus à iure exceptis semper saluis. Et sic fuit, &c.

Item similiter deduc de iure confirmandi quo ad Episcopum, &c.

Item quòd Orto N. dudum ante tempus resignationis infradicendæ fuit prępositus ecclesiæ siue monasterij supradicti, &c.

Item quòd præfatus Orto existens, vt præfertur, præpositus ecclesiæ siue monasterij supradicti de anno Domini, &c. octaua die mensis Iunij, dictamq; præpositurā in manibus capituli prædicti, ac aliàs spontè & liberè resignauit, ac eidem cessit, & renunciauit, ipsaque cessio, resignatio, siue renunciatio admissa extitit; quòdque per resignationem, cessionem, & renunciationem huiusmodi dicta præpositura verè, & vltimò vacauit, & pro vacāte, & vacua reputata fuit. Et quòd sic fuit, & est verum.

Item quòd dicta præpositura, sic vt præfertur, per resignationē vacantem N. prior senior ac N.N. & N. canonici ecclesiæ siue monasterij supradicti capitulum ipsius ecclesiæ facientes & repræsentantes seruatis seruandis per viam scrutinij, ac aliàs ritè, & canonicè pręfatum dominum P. concorditer nemine prorsus discrepante in præpositum eiusdem ecclesiæ siue monasterij elegerunt, & vota sua in eum direxerunt, prout in decreto electione desuper in forma publica concepto, ad quod & in eo contenta se refert procurator prędictus quo supra nomine, hicque, &c.

Item ꝙ dicta electione ritè, & canonicè, vt præfertur, celebrata ex decreto eiusdem R.p. d. H. Episcopi N. præsentis idē dominus Episcopus pro parte electi & eligentium supradictorum, vt electionē huiusmodi ratam & gratam habere, eamque approbare & confirmare dignaretur debitè, & legitimè requisitus decreta prius proclamatione generali & executa, nulloque oppositore in termino proclamationis huiusmodi ad hoc statuto comparente seruatis seruandis electionem eamdem ex officio suo examinauit, ipsamq; ritè & canonicè tàm ex electi, quàm eligētiū meritis celebratam reperit, ac propterea ipsam electionē sua ordinaria auctoritate approbauit, & ratificauit, dictumq; dominū P. canonicè, vt pręmittitur, electum confirmauit & inuestiuit curam & regimen eiusdem præpositura sibi committendo, prout in litteris, ac documentis desuper editis, ad quas & in eis contenta, &c.

Item ꝙ pręfatus dominus P. existens, vt pręfertur, ad præposituram prędictam, super qua agitur, ritè, & canonicè electus, ac cōfirmatus earumdem electionis, & cōfirmationis vigore corporalem, realem, & actualem possessionem dictæ prępositurę, iuriumq; & pertinentiarum omnium eiusdem recepit, habuit, adeptus, & assecutus fuit, fructus, redditus, & prouentus exinde prouenientes percipiendo & leuando, eamque per multos annos sex videlicet & vltra, ac continuè citra vsq; ad tempus spolij infradicendi habuit, tenuit, possedit, & gubernauit palam, & publicè. Et sic fuit, &c.

Item habilitatē Episcopi N. qui tunc erat.

Item habilitatem electi.

Item habilitatem eligentium, videlicet N. & N. prout in decreto electionis.

Articulos generales.

Item ꝙ pręmissis non obstantibus quidam N. assertus canonicus regularis aduersarius, cui in, seu ad dictam præposituram nullum vnquam, etc neq; competit electioni, confirmationi, ac bono iuri præfati domini P. sibi in eadem præpositura, vt præfertur, competenti temerè de facto, cùm de iure non potuerit, neq; possit, se opposuit, & opponit, ipsumque desuper multipliciter vexauit, etc. & impediuit, fecitq; et facit, quo minus, etc. habere & possidere posset, & quòd deterius est, quidam prætensi canonici eiusdē monasterij siue ecclesiæ sua propria temeritate dictum dominum P. spoliarunt et percusserunt, etiam vsq; ad sanguinis effusionem lęserunt, vulnerarunt, et incarcerarunt, ac dictum N. aduersarium in, et ad eamdem præposituram intruserunt, prout etiam idem N. sępedictum dominum P. eadem præpositura spoliauit, & se intrusit, ac intrusus est de præsenti: fructus, redditus et prouentus exinde prouenientes vsurpando, et in suos damnabiles, etc.

Saluo iure, etc.

Et protestatur, etc.

Articuli

Articuli super prouisione facta per legatum in partibus.

Positiones, & articulos infrascriptos contenta, & descripta in eisdem dat, facit, & exhibet procurator, & nomine venerabilis & religiosi viri domini N. canonici in ecclesia Sanctorum Pe. & Pau. N. diœcesis partis suæ tàm coniunctim, quàm diuisim, ac narratiuè, & dispositiuè de quolibet, &c. quibus singulariter singulis, &c.

In primis quidem procurator antedictus, quo supra nomine repetit hic, &c. repetitio iurium & actorum, ex quibusquidem sic repetitis clarè constat de cathedralis ecclesiæ N. & collegiatę N. ac Vicarię, super qua agitur, existentijs, ac de obitu vltimi possessoris, scilicet Ioan. H. quòd dicta Vicaria per obitum dicti quondam Ioan. H. verè, & vltimò vacauit, ac pro vacante, & vacua reputata fuit.

Item ꝙ Reuerendus in Christo pater, & dominus dominus G. Episcopus N. sacrosanctæ Sedis Apostolicæ ad Boemiæ, & Poloniæ regna, ac Alamaniæ partes cum potestate legati de latere legatus missus, accepta dictæ Vicariæ, super qua agitur, vacationis notitia dicto domino N. gratiam volens facere specialem eamdem Vicariam, super qua agitur, siue per obitum dicti Ioan. H. vt premittitur, siue aliàs, quouis modo tunc expresso vacãtem cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis auctoritate legationis suæ prefato N. sub data N. &c. contulit, ac de illa prouidit, executores deputauit, aliàsq; & alia fecit, prout in litteris eiusdem domini Episcopi legati, ad quas, & in eis contenta procurator prędictus, quo supra nomine se refert, hicque dat pro positionibus, & articulis, quatenus tamen pro se, &c. neq; alio modo, de quo protestatur, &c. expresse plenius continetur, et habetur. Et sic fuit, et est verum.

Item quòd dictus dominus N. huiusmodi collationem, & prouisionem sciuit, atque scit, illamq; ratam, & gratam habuit atq; habet, ac litteras desuper in forma solita, & cõsueta expediri procurauit, et fecit, illasque venerabili viro N. Decano in N. eius proprio nomine nõ expresso executori vnico præsentauit, qui quidem dominus N. processus decreuit, censuras fulminauit, subdelegauit, aliasque, et alia fecit, prout in documentis publicis desuper confectis, ad quæ et in eis contenta, etc. vt in articulo immediatè supra.

Item ꝙ præfatus dominus N. Episcopus dudum ante tempus, et tempore collationis seu prouisionis prędictæ fuit, et erat Apostolicæ Sedis ad Boemiæ, et Polonię regna, ac Alamaniæ partes cum potestate legati de latere legatus missus, ac in Alamania tamquam prouincia sibi decreta, vt legatus constitutus in exercitio legationis huiusmodi in communione fidelium, seq; pro tali, et vt talẽ habuit, tenuit, & nominauit, & reputauit, fuitque ab alijs, &c.

Item quòd dudum ante tempus, & tempore collationis, & prouisionis prędictus dominus N. fuit & erat, prout hodie est, clericus secularis, habitum & tonsuram publicè, & honestè deferens clericales in, ex, & de legitimo matrimonio procreatus in cõmunione fidelium, aliàsq; habilis, & idoneus ad dictam Vicariam assequendam, habẽdam, & gubernandam, seq; pro tali & vt talem habuit, tenuit, et nominauit, et reputauit, fuitq; ab alijs, etc.

Item habilitatem executoris.

Item quòd omnes, et singulæ personæ productæ, et producendæ, etc.

Item dat de notarijs, etc.

Item quòd præmissis non obstantibus, etc.

Super gratia pro familiari ad vnum vel duo beneficia.

Positiones, et articulos infrascriptos dat, facit, et exhibet procurator, et eo nomine venerabilis viri d. N. legum doctoris canonici præbendati, et scholastici Ecclesiæ sancti N. N. diœcesis partis suæ tàm coniunctim, etc.

In primis enim dictus procurator, etc. de existentia Metropolitanæ ecclesiæ N.

Item existentiam collegiatæ ecclesiæ sancti N. N. diœcesis.

Item quòd similiter ab eisdem temporibus, et per eadem tempora inter alios canonicatus, et præbendas, ac dignitates in dicta ecclesia, collegiata sancti N. N. diœcesis fuerunt, esseq; consueuerunt, prout hodie sunt, quidam canonicatus, et prębendæ, ac scholastria, et ferculum, super quibus ad præsens agitur, quos quondam N. ante tempus, et tempore obitus sui infradicendi obtinebat clerico seculari vacatione ipsorum occurrente pro tempore in titulum perpetui ecclesiastici beneficij conferri, et assignari, et per illum vacatione cessante regi, et gubernari solitis, et consuetis, palam, et publicè. Et sic fuit, etc.

Item quòd de vsu, more, obseruãtia, et consuetudine legitimè præscriptis per tempus, et tempora hominum memoriam excedentes inuiolabiliter, et inconcussè tentis, et obseruatis, collatio, prouisio, præsentatio, seu quæuis alia dispositio dictorum canonicatus et præbendæ scholastriæ, et ferculi, super quibus agitur, spectauit et pertinuit, spectareque et pertinere consueuit, prout hodie spectat et pertinet de presenti ad venerabiles viros præpositum, De-

canum, capitulum, & personas prædictas communiter, vel diuisim, fueruntque præpositus, Decanus, capitulum, & aliæ personę prædictæ cõmuniter, vel diuisim in possessione, vel quasi pacifica & quieta, iuriumque & pertinentiarum pręmissorum, sæpeque sępius dictis canonicatum & pręhendam, scholastriam, & ferculum cõtulerunt, seu de illis disposuerunt communiter vel diuisim, fueruntq; collationes seu dispositiones huiusmodi, prout hodie si fierent, essent validę & efficaces, suumq; debitum consueuerunt sortiri, prout hodie si fierent, sortirentur effectum, reseruationibus, & prouisionibus Sedis Apostolicæ, & eius legatis semper saluis. Et sic fuit, &c.

Item ꝙ sanctissimus in Christo pater & dominus noster dominus Sixtus diuina prouidentia Papa quatenus volens pręfato N. canonico, &c. et legum doctori, propter grata familiaritatis obsequia, quæ sibi hactenus impendit apud ipsum de nobilitate generis litterarum, scientia vitæ, ac morum honestate, alijsq; laudabilibus probitatis, & virtutum merita multipliciter commendato meritorum suorum intuitu gratiam facere specialem, dudum videlicet sub data Romę apud, &c. lxxiij. anno N. ac si sub data Kalendis Ianuarij pontificatus sui anno N. vnum vel duo beneficium, vel beneficia, ecclesiasticum, vel ecclesiastica cum cura, prout in bulla auctoritate Apostolica prouidit, executores deputauit, aliàs, & alia fecit, fieri voluit, atq; mãdauit, prout in litteris Apostolicis, &c. ad quas & in eis contenta procurator, &c. hicq; dat pro positionibus, & articulis, &c. quatenus tamen, &c. neque alio modo, de quo protestatur expresè, plenius continetur, & habetur palam, & publicè. Et sic fuit, &c.

Item ꝙ præfatus dominus N. gratiam Apostolicam huiusmodi sibi, vt præfertur, concessam sciuit & scit, illamque ratam, &c.

Item ꝙ præfatus Io. dudum ante tempus, & tempore obitus sui infradicẽdi fuit, & erat canonicus prębẽdatus, & scholasticus, ac in ipsorum canonicatus, & pręhendæ scholastriæ, & ferculi, super quibus agitur, iuriumque & pertinentiarum omnium eorumdem possessione, seu quasi pacifica & quieta fructus, redditus, & prouentus exinde prouenientes percipiendo, & leuando, seq; pro tali, &c. fuitq; ab alijs pro tali, &c. prout habetur, tenetur, nominatur, & reputatur palam, & publicè. Et sic fuit, &c.

Item pone tempus obitus dicti Ioan. vltimi possessoris.

Item quòd dictis canonicatu, pręhenda cum ferculo & scholastria, sic vt præfertur, vacantibus pręfatus dominus N. gratiæ suę expectatiuæ, processuumque desuper decretorum vigore illos infra tempus debitum, acceptauit, & sibi de illa per discretum N. notarium tamquã subexecutorem vigore clausulę, cęterum in dictis processibus contentæ nominatum & electum prouideri obtinuit, prout in documentis publicis desuper editis, ad quę & in eis contenta procurator, &c. refert, hicque dat pro positionibus, & articulis, quatenus tamen pro se, &c. alio modo, de quo protestatur expresè, plenius continetur, & habetur palam, & publicè. Et sic fuit, &c.

Item ꝙ pręfatus dominus N. de Edam præpositus ecclesiæ sancti A. C. dudum ante tempus, & tempore datæ dictarum gratiæ, & processus decreti executor Apostolicus vocabatur his nomine, & cognomine N. de eadem, fuitq; ipse dominus N. de E. præpositus ecclesiæ sancti N. C. ac in ipsis præposituręe possessione vel quasi pacifica, & quieta, aliàsq; habilis, & idoneus ad ea, quę in pręmissis fecisse dicitur faciendum, & exercendum, seque pro tali, & vt talem habuit, tenuit, nominauit, &c.

Item pone habilitatem expectantis, videlicet ꝙ fuit familiaris Papæ, et suus continuus commensalis, ac doctor, et procreatus ex militari genere legitimus, et sufficientis ætatis.

Item habilitatem et legalitatem notarij, et executoris.

Item quòd de præmissis omnibus, et singulis fuit, et est publica vox et fama.

Item dat de notarijs, etc.

Item dat producta, et producenda, etc.

Item quòd omnes, et singulæ personæ, etc.

Item quòd pręmissis non obstantibus quidam N. assertus clericus aduersarius, etc.

Articuli pro interesse super gratia expectatiuæ in communi forma pauperum.

Ad finem, et effectum, vt vos R. p. d. auditor pręfatum honorabilem virum dominum Ioan. clericum N. diœcesis iuxta, et secundùm vim, formam, et tenorem cõmissionis desuper vobis præsentatæ ꝓ suo iure, et interesse ad hanc causam admittere possitis, et valeatis, ac etiam admittatis, aliàsq; ad omnes meliores finem, et effectum parti suę plus vtiles, et proficuos, parti verò aduersę inutiliores, et magis nociuos procurator, et eo nomine pręfati domini Ioann. partis suę dat, facit, et exhibet positiones, et articulos, etc.

Item in primis, et pone existentiam cathedralis ecclesię.

Item pone existentiam ecclesię collegiatæ in N. N. diœcesis.

Item quòd ab eisdem temporibus, &c. inter alias capellanias in dicta collegiata ecclesia in N. exi-

N. existentes fuit, esseq; consueuit, prout hodie est quędam capellania ad altare beatę Mariæ Virginis sita in dicta ecclesia in N. quā quondam N. ante tempus, & tempore obitus sui infradicendi obtinebat, clerico seculari vacationis ipsius occurrente in titulum perpetui, &c.

Item ꝙ de vsu, more, obseruantia, et consuetudine, &c. collatio, prouisio, seu quęuis alia dispositio dictę capellanię, super qua agitur, spectauit, &c. ad venerabilē, & religiosum patrem dominū Abbatem, & conuentū monasterij sancti N. ordinis sancti N. N. diœcesis communiter vel diuisim, fueruntque Abbas, et conuentus prędicti in possessione vel quasi, &c.

Item sanctissimus in Christo pater, & dominus noster dominus N. diuina prouidentia Papa N. volens pręfato domino Io. gratiam facere specialem, Venerabilibus viris dominis præposito sancti V. in N. N. diœcesis, & V. de N. P. & V. de N. L. ecclesiarum canonicis per apostolica scripta mandauit, & commisit, quatenus de vita, & conuersatione pręfati domini Ioannis solerter inquirerēt, & si eum vitæ laudabilis, et honestę conuersationis reperirent, nullumque beneficium ecclesiasticū obtineret, aliudq; canonicum non obstaret, de aliquo beneficio ecclesiastico eidem cum cura consueto ab olim clericis secularibus assignari, dummodo in cathedrali ecclesia non existeret, cuius fructus, &c. si cum cura, etc. prout in bulla duceret acceptandum, prouidere curarent in possessionem inducerent, aliàsq; et alia facerent, prout in litteris Apostolicis desuper sub data Romę apud sanctum Petrum, anno, etc. primo confectis, ad quas, et in eis contenta, etc.

Item ꝙ pręfatus dominus Io. gratiam Apostolicā huiusmodi sibi, vt pręfertur, factam sciuit, etc. illasq; pręfato dño N. prępositō, et executori in illis vnà cum collegis suis, vt præfertur, specialiter deputato pręsentauit, qui quidem dñs prępositus constito sibi de suorum collegarum impedimento; quòdq; executione litterarū prędictarū interesse non poterunt, per pręfatum dominū Io. legitimè requisitus, vt ad executionē earumdem litterarum procederet diligēti inquisitione de moribus, vita, et conuersatione pręfati domini Io. alijsque, de quibus in ipsis litteris inquisitio fieri mandabatur pręhabita pręfatum Io. per legitimas, et sufficientes probationes vitę laudabilis, et honestę cōuersationis fuisse, et esse reperit, quòdque beneficiū ecclesiasticū non obtinebat, nec aliud canonicū sibi obstitit, ꝓcessus in talibus fieri solitos decreuit, censuras fulminauit, subdelegauit, aliàsque et alia fecit, fieri voluit, et mādauit, prout in ipsis ꝓcessibus siue documētis publicis desuper editis, ad quę et in eis, &c.

Item ꝙ præfatus quondam N. dudum antę tempus, & tēpore obitus sui infradicendi fuit, & erat capellanus siue altarista ad altare beatę Mariæ Virginis in parochiali ecclesia in N. prædictis, ac in ipsius capellaniæ, super qua agitur, iuriumque & pertinentiarum eiusdem possessione, vel quasi pacifica, & quieta fructus, redditus, & prouentus exinde prouenientes percipiendo & leuando, seque pro tali, &c.

Item ꝙ pręfatus quondā N. existens, vt pręfertur, capellanus siue altarista ad altare beatæ Marię Virginis in ecclesia N. prędicta, ac in ipsius capellaniæ, iuriumq; & pertinentiarum eiusdē possessione, vel quasi pacifica, & quieta, dudum videlicet post vltimā Octobris, & ante xxiiij. Nouēbris mensiū anni à natiuitate Domini, &c. extra Rom. Cur. & in partibus diem vitę suæ clausit extremum; quòdque per ipsius quondam N. obitum vltimò, & verè vacauit dicta capellania, super qua agitur, à cepto vacanti, & vacua reputata fuit. Et ꝙ sic fuit, &c.

Item ꝙ dicta capellania sic vacante, vt præfertur, pręfatus dominus Ioan. dictę gratię suę expectatiuæ, processuumq; desuper decretorū vigore, illam infra tempus debitū per honorabilem dominū N. procuratorē suum ad hoc legitimè constitutum acceptauit, & de illa sibi per discretum Io. R. clericum A. diœcesis publicum imperiali auctoritate notarium in subexecutorem vigore clausulæ, cęterum, in dictis processibus contentæ electum in personam procuratoris sui prouideri obtinuit, prout in documentis publicis desuper editis, ad quæ, & in eis contenta procurator, &c.

Item ꝙ dudum ante tempus, & tempore datę gratię, ac decreti processus dominus N. prępositus ecclesiæ sancti V. in N. vocabatur his nomine, & cognomine N. & N. fuitq; ipse dominus N. præpositus ecclesiæ sancti V. in N. prędictus, ac pręfati collegę sui V. et V. fuerūt, et erant respectiuè P. et L. ecclesiarum canonici, ac ipsorum præposituræ canonicatuum, et præbendarum respectiuè, possessione seu quasi pacifica, et quieta, aliàsque habiles, et idonei ad ea, quę in pręmissis fecisse dicūtur, facienda et exercenda, seque pro talibus, et vt tales, etc.

Item pone habilitates personarum expectantis procuratoris notarij.

Item ꝙ valor capellaniæ, valorem xv. mar. ar. non excessit.

Item ꝙ de pręmissis omnibus, et singulis.

Item dat de notarijs, etc.

Item dat producta, et producenda.

Item quòd omnes et singulæ personæ.

Item quòd præmissis non obstantibus, etc.

Quare petit procurator prædictus, quo supra nomine per vos R. p. d. auditorem præfatum, ve-

tum, vestramque diffinitiuam sententiam pronunciari, decerni & declarari, prout latius petetur, suis loco, & tempore congruis, & opportunis.

Articuli super molestatione.

Declarando omnes, & singulas materias articulatas pro parte venerabilis viri domini N. datas, & ostendendum, & clarè demonstrandū de nō iure cuiusdam B. quòdq; propterea præfatum dominū N. indebitè & iniquè molestat, vexat, & perturbat, ac ad omnes alios finem, & effectum parti suę plus vtiles, & proficuos, parti verò aduersę plus nociuos procuratores, &c.

Pręmissis igitur veris existētibus, prout verissima sunt, in casum, & euentum, quem seu quos de somniato ex aduerso spolio constaret; ꝙ tamen non creditur, nisi legitimè doceatur, immo per expressam diffitetur & negatur, extunc clarè constat de bono iure ipsius A. & notorio nō iure ipsius B. aduersarij, & cum ipse dominus A. rectè & iustè ipsam ecclesiam possidebat, licuit sibi possessionem suam contra quemcunque ipsum turbantem defendere.

Pluribus etiā alijs causis, & rationibus suis loco, & tempore opportunis, dicendis, proponendis, allegandis, de quo procurator prædictus, quo supra nomine protestatur, solemniter, & expresse ipse B. aduersarius obstantibus non venit super dicta ecclesia, eiusq; pretensa spoliatione quoquo modo audiendus.

Articuli super prætenso spolio.

Declarando positiones, & articulos, cęterasque materias articulatas in huiusmodi causa pro parte sua datos, & exhibitos, ac in casum & euentum, quem seu quos constat, seu aliquo modo constare posset de prætenso ex aduerso somniato spolio, vt prætenditur, occasione parochialis ecclesiæ sancti N. de N. de quo hic agitur, facto quod non creditur, nisi legitimè doceatur, extunc in illos casum, & euentum; nil tamen de intentione partis aduersæ confitendo, sed eam semper diffitendo, & negando, prout diffitetur, & negat ad ostendendum, ac clarè & manifestè demonstrandum de notorio non iure cuiusdam L. in huiusmodi causa actoris, & per consequens eum velut interesse non habentem super prætenso spolio non fore, nec esse audiendum, aliasq; omnes meliores finem & effectum, qui prædicto domino F. seu ipsi domino G. & parti suæ prodesse, partique aduersæ obesse, & nocere poterunt procurator, & eo nomine, &c.

Super attentatis.

Vt vobis R. p. domino Ioanni de C. Auditori clarè constare possit per venerabilem dominum Ioan. assertum officialem curiæ C. & quemdam S. assertum clericum in huiusmodi causa aduersarium, siue ad eius instanciam, lite coram vobis pendente, atque post & contra inhabitationem, & legitimam appellationem multipliciter fuisse, & esse attentatum, & innouatū, ac aliàs nulliter processum, & ad omnes alios meliores finem, & effectum parti suæ vtiliores & magis proficuos, aduersæq; parti inutiliores, & magis nociuos procurator, & eo nomine honorabilis viri domini H. partis suæ dat, facit, & exhibet ea, quæ sequuntur, quibus singulariter singulis medio iuramēto per verbum credit, vel non credit, ex aduerso sufficienter responderi, & si negata fuerint, se & dictam partem suam ad illa probandum admitti petit, non ad onus superfluæ probationis se astringens, de quo protestatur expresse.

In primis enim dictus procurator, quo supra nomine nihil de intentione partis aduersæ confitendo, sed illā penitus & omnino diffitendo, & negando reperit hic, ac pro repetitis habere vult & intendit omnia & singula in huiusmodi causa acta, & actitata, ꝑducta & producenda; quatenus tamen pro se, dictaq; parte sua, & contra dictam partem aduersam faciant, & non aliàs; de quo similiter protestatur.

Ex quibus quidem repetitis actis constat, primò quòd pridem ad instantiam præfati domini H. causa appellationis siue appellationū pro parte sua contra quemdam H. litis huiusmodi consortem à quibusdam prætensis occupationibus siue intrusionibus dictæ parochialis ecclesiæ in B. super qua agitur, & plerisq; alijs grauaminibus in, & desuper interiectis appellationibus latius expressis ad Sedē Apostolicam interpositarū vnà cum negotio principali super ecclesia prædicta fuit præfato domino Ioan. commissa cum singulis suis emergentibus, incidentibus, dependentibus, annexis, & connexis, & cum potestate dictum H. aduersarium, & alios quoscumque in eadem parochiali ecclesia siue personatu intrusos & intrudendos, ac sua communiter vel diuisim interesse putantes in Rom. Cur. & extra citandi, ac in forma inhibendi, &c.

Constat etiam ex eisdem repetitis actis, ꝙ idem dominus Ioan. Auditor vigore dictæ sibi factæ, & præsentatæ commissionis ad instantiam præfati domini H. citationem legitimā vnà cum inhibitione suo sub sigillo cōtra pręfatum H. aduersarium, omnesque & singulos alios in dicto personatu forsan intrusos & intrudendos, et sua interesse putantes ad partes decreuit, atque concessit.

Item vltra præmissa dictus procurator, quo supra nomine dicit, asserit, & ponit, & si necesse

cesse fuerit, probare intendit, quòd pridem, videlicet de anno Domini M. &c. lxv. mensis Aprilis, die octaua discretus vir Ro. notarius publicus pro parte ipsius domini H. desuper legitimè requisitus dictas litteras citatorias contra præfatum S. aduersarium & intrusum in propriam eius personam debitè executus fuit, ibiq; eadem die octaua, & deinde decimanona die eiusdem mensis Aprilis, præfato domino Ioann. P. asserto officiali curiæ C. iuxta earumdem litterarum citatoriam, & inhibitoriam vim, formam & tenorem inhibuit, aliaq; fecit, prout in documentis publicis desuper confectis, ad quæ, & in eis cōtenta dictus procurator, quo supra nomine se refert, illaq; hic dat pro positionibus & articulis, quatenus tamen pro se, dictaq; parte sua & contra partem aduersam faciant; & non aliàs, plenius continetur. Et sic fuit, & est verum.

Item q͏ deinde ad præfati S. aduersarij instantiam dictus dominus Ioannes assertus officialis non obstante litis pendentia hujusmodi, atq; post & contra legitimam auctoritate apostolica eis factam inhibitionē, prædictas nonnullas prętensas litteras citatorias, contra et aduersus pręfatum dominum H. ad comparendum coram eo & ad procedendum, & procedi videndum etiam vsq; ad diffinitiuam sententiam inclusiuè in causa prętensarum appellationis & appellationū per eumdem S. aduersarium à nonnullis prętensis molestatione, vexatione, perturbatione, et inquietatione, ac prętenso spolio sibi vt asserebat, per præfatum dominum H. super dicta parochiali ecclesia siue personatu, et illius occasione factis et illatis ad Sedem Apostolicam vel Metropoliticā Coloniensem alternatiuè interpositarum concessit, atq; decreuit, illasq; contra eumdem dominum H. exequi fecit, voluit, atq; mandauit nulliter et de facto. Et sic fuit, et est verum.

Item q͏ idem dominus H. allegans dictæ citationis decretum cum illius executione tamquam lite pendente atque post legitimè inhibitionem temerè, et de facto attētatum fuisse, et esse penitus nullum et inualidum; et q͏ propterea ab eo prouocare, et appellare non esset necesse: nihilominus tamen de illorum nullitate protestando à pręfato domino Ioan. asserto officiali, et à dictę citationis concessione siue decreto, ac illius in personā cuiusdam domini H. facta executione, alijsque grauaminibus ex his colligibilibus ad Sedem Apostolicam infra tempus debitum ex abundanti cautela prouocauit, et appellauit, apostolos petijt, aliàsque et alia fecit, prout in documentis publicis desuper confectis plenius continetur et habetur. Et sic fuit, et est verum, etc.

Item q͏ pręfatus dominus Ioan. assertus officialis Colon. ad sæpedicti S. aduersarij importunam instantiam post & contra inhibitionem eis, vt pręmittitur, factam & dictam appellationem temerè attentādo nonnullas prætensas litteras monitoriales decreuit atq; concessit, quarum vigore omnes & singulos parochianos tam laicos, quàm clericos dictæ parochialis ecclesiæ siue personatus in B. & alios quoscumque in executione prętensarum litterarum huiusmodi nominandos sub pœna excommunicationis latę sententię monuit & requisiuit, ac moneri & requiri voluit, atq; mandauit, quatenus eumdē S. aduersarium pro vera persona & rectore dictæ ecclesiæ haberent, & tenerent, sibique vt, & tamquam verę personæ et pastori dictæ ecclesiæ siue personatus obedirent, ac de fructibus, redditibus, et prouentibus, iuribus, et obuentiōibus vniuersis ad eamdem ecclesiam siue personatum spectantibus, siue pertinentibus responderent et satisfacerent, ac per quoscumque eiusdem ecclesiæ debitores satisfieri procurarent in vilipendiū litispendentiæ, ac Sedis Apostolicæ contemptum, dictique domini H. G. grauè præiudicium, damnum, et iacturam. Et sic fuit, etc.

Item quòd similiter sæpedictus dominus H. G. à decreto dicti prętensi monitorij pœnalis, ac illius executione, contra eum facta illorum nullitate salua infra tempus debitum similiter ad Sedem Apostolicam legitimè appellauit. Et sic fuit, etc.

Item q͏ similiter post et contra dictam appellationem ad Sedem Apostolicam legitimè interpositā pręfatus dominus officialis C. continuò magis attentando ad sæpedicti S. aduersarij siue procuratoris eiusdem importunam instantiam pręfatum dominum H. G. pro excommunicato tenendū declarauit, et vt talem publicè denūciari et euitari voluit, atq; mandauit, mandata desuper denunciatoria decernendo, et nihilominus interdictum ecclesiasticum in parochiali ecclesia N. C. diœcesis contra eumdem dominum H. G. posuit, ac seruari voluit, atque mandauit, licèt nulliter, et de facto. Et sic fuit, et est verum.

Item quòd pręmissa omnia, et singula fuerunt, erant et sunt vera, publica, notoria, et manifesta, quòdq; de eis omnibus et singulis fuit, et est publica vox et fama.

Quare petit dictus procurator quo supra nomine per vos R. p. d. Auditorem supradictū, vestramq; sententiam siue ordinationem pronunciari, decerni, et declarari prætensa decreta dictorum prætensorum citationis et monitorij pœnalis, et de illis contra præfatum dominum H. G. factas executiones, excommunicationes,

cationes, declarationes, interdicti ecclesiastici positionem, necnon prętensa mandata de tenendo eumdem dominum H. pro excommunicato, & vt talem denunciando & euitando, ac ecclesiasticum interdictum in dicta parochiali ecclesia N. C. diœcesis seruando, & quæcumq; inde secuta per officialem C. ad instantiam importunā pręfati S. de A. aduersarij lite pendente, & post inhibitionem tàm sibi, quàm dicto officiali auctoritate apostolica factam, ac etiam legitimas appellationes ad Sedem Apostolicam respectiuè interpositas, facta, concessa, emanata, & executa fuisse, & esse nulla, & de facto pręsumpta, ac per viam attentatorum reuocanda, cassanda, & irritanda fore, atque per vos reuocari, cassari, & irritari, dictumq; S. aduersarium in expensis in huiusmodi causa coram vobis propterea legitimè factis condemnandum fore, & per vos condemnari, de expensis autem fiendis, ac damnis, & interesse sustinendis dictus procurator quo supra nomine protestatur solempniter & expressè, aliàsq; in, de, & super præmissis sibi fieri breue iustitiæ complementum.

Pręmissa tàm coniunctim, quàm diuisim petit dictus procurator omnibus melioribus modo, via, iure, causa, & forma, quibus melius & efficacius potest, & debet vestrum desuper benignum officium implorando.

Saluo iure, &c.

Et protestatur, &c.

Articuli super prætensis attentatis ad excusandum spolium.

Ad ostendendū prætensa attentata pro parte cuiusdam, &c. in hac causa Abulensi beneficij, taliter qualiter deducta, locum non habere, neque iudicare, aliàs ad omnes alios meliores finem & effectum, &c.

In primis namque procurator nomine quo supra repetit hic, atque de nouo reproducit omnes & singulos articulos & exceptiones pro parte sua in hac causa datas, inquantum tamen pro se à parte sua, &c.

Item ꝙ aliàs perpetuo beneficio, de quo agitur, sic vt in dictis articulis continetur, vacante, & postquam dictus M. se in illis, eiusque possessione intrusit, ac intrusus extiterat, præfatus d. Io. cum litteris Apostolicis & processibus desuper fulminatis venerabilē virum dominum P. Abbatē, &c. adijt & accessit, ipsumq; in executorem earumdem post requisitionem recepit & elegit, atque per eumdem Abbatem citationem cōtra dictum M. ad comparendum coram eo iustitiam recepturus, &c. dicti beneficij decerni obtinuit. Et sic fuit, &c.

Item ꝙ huiusmodi citatio tam diu in loco dicti beneficij, ac parochiali ecclesia ibi tempore diuinorum, populique multitudine, ac à procuratore dicti M. & ad deseruiendum seu officiandum dictum beneficium nomine & pro parte dicti M. per eum ad hoc sufficienter constitutus & deputatus pręsentia de mense Maij, anno Domini, &c. publicè lecta, publicata, & executa fuit publicè, & notoriè. Et sic fuit, &c.

Item ꝙ eadem citatio de dicto mense Maij, anni Domini, &c. ad veram & indubitatā notitiam dicti N. peruenit, sibique per dictum A. eius procuratorem qualiter citatus fuit, notificatus & insinuatus extiterit, adeo quòd nullam potuit prout nec potest, ignorantiam prætendere vel allegare palā, publicè, & notoriè, &c.

Item quòd veritas fuit & est, quòd pręfatus M. de citatione prædicta certam, & indubitatam notitiam habuit, seq; citatum fore sciuit, sicque, vt prædicitur, fuit, & est dictum, tentum, visum, auditum, creditum, & reputatum, diciturque tenetur, & reputatur palam, & publicè. Et sic fuit, & est verum.

Item ꝙ tempore citationis & illius executionis seu publicationis temporibus ante, & postquam pręfatus A. fuit & erat pręfati M. verus & legitimus procurator, ac ab eodem ad deseruiendum & officiandum dictum beneficium, de quo agitur, deputatus, seq; etiam pro tali, & vt talem habuit, tenuit, nominauit, & reputauit, ac ab alijs pro tali, & vt talis habitus, tentus, nominatus, & reputatus palam, publicè, & notoriè. Et sic fuit, &c.

Item ꝙ consequenter dicto M. per dictum d. Abbatem subexecutorem ad iudicium vocato & citato, eoq; non comparente in eius contumaciam idem d. Abbas diffinitiuam pro memorato d. I. dicti beneficij adiudicatoriam cum fructuum & expensarum condemnatione, & contra dictum M. tulit sententiam, quæ nulla prouocatione suspensa in rem transiuit iudicatam, & sibi litteras executoriales in forma debita decreuit, & concessit, quarum vigore pręfatus dominus Io. possessionem dicti beneficij, & sic auctoritate superioris apprehendit, & assecutus extitit. Et sic fuit, & est verum.

Item quòd consequenter de aliqua prętensa appellatione, vt prætenditur, à dicta sententia diffinitiua interposita legitimè constaret, prout non constat, illa fuit & est vnica, & sola vice dumtaxat, & nō pluries, & hoc die nona mensis Iunij, anni Domini, &c. & sic post lapsum decem dierum à tempore latæ sententiæ, taliter, & friuolè, ac inanimiter interiecta, necnon per tempus discursum deserta, adeo quòd nullum impedimentum præstare potuit, neq; prętat. Et sic fuit, & est verum.

Item

Item quòd de premissis omnibus, & singulis fuit, & est publica vox, & fama.

Et præmissis quatenus facti sunt, &c.

Saluo iure, etc.

Articuli ad ostendendum rem iudicatam.

Ad omnes meliores fines, & effectus parti suæ magis proficuos, partique sibi in huiusmodi causæ aduersæ, &c.

In primis igitur procurator prædictus quo supra nomine ponit, & probare intendit, quòd aliàs de anno Domini, &c. corã venerabili viro d. Ioan. &c. iudice auctoritate apostolica recepto, siue deputato, fuit inter dictum dominũ A. &c. ex vna, & quemdã G. aduersarium de, & super dicta dimidia portione, &c. de qua in presenti causa agitur, & ipsorũ occasione partibus ex altera, lis seu causa in partibus introducta, & inter ipsas partes predictas aliquamdiu pependit indecisa. Et ita fuit, & est verum.

Item quòd lite seu causa huiusmodi, sic vt pre mittitur, inter dictas partes in partibus coram dicto d. Io. indecisis pendentibus prefatus d. Io. seruatis seruandis, legitimèq; & ritè procedens diffinitiuam huiusmodi dimidiæ portionis, de qua agitur, adiudicatoriam pro dicto d. A. & contra prefatum G. aduersarium promulgauit sententiam, prout in instrumento publico desuper confecto, etc. ac illud et in eo contenta hic dat loco exceptionũ ad effectum repellendi dictum G. aduersarium, quatenus tamen pro se et parte sua, etc.

Item quòd prædictus G. aduersarius huiusmodi sentẽtiam ritè, et legitimè, ac iustè prolatam etiam considerans illi acquieuit, et eam expressè approbauit, et emologauit, prout in instrumento publico desuper cõfecto, ad quod èt in eis contenta, etc.

Item quòd præmissa omnia, et singula fuerunt, et sunt vera, etc.

Petit igitur procurator, etc, per vos R. p. vestramq; diffinitiuam sententiam pronunciari, decerni, et declarari super molestatione per præfatum G. aduersarium in huiusmodi causa etiam contra dictum A. inchoata obstante dicta re iudicata, nullatenus esse audiendum, neque audiri debere, &c.

Articuli ad ostendendum nullitatem prætensæ appellationis à diffinitiua sententia.

Ad ostendendum nullitatem prætensæ appellationis à diffinitiua sentẽtia per R. p. d. G. auditorem lata per quemdam G. vt prætenditur, interpositę, ac aliàs ad omnes meliores finem, & effectũ, quibus id parti suę prodesse, &c.

In primis ponit & probare intendit, quòd præfacta prætensa appellatio, salua semper ipsius nullitate, fuit & est vnica, & sola, ac vnica & sola vice taliter qualiter, scilicet per non partem, & per illum cuius non intererat interposita, & hoc anno à natiuitate Domini, &c. die N. mensis N. statim post prandium circa horam xv. & etiam prout in actis apparet. Et sic fuit, &c.

Item ꝙ prætensa substitutio T. cuius prætextu à prefata diffinitiua domini G. &c. vt ex aduerso prętenditur, appellatum & apostolos petitum fuit, & est vna, & sola, ac vnica, & sola vice, & hoc per magistrum P. &c. assertũ procuratorem facta, videlicet anno, mense, & die proximè allegatis, hora meridiei eiusdẽ diei, vel quasi prout in prætenso prothocollo desuper apud acta producto plenius continetur. Et quòd sic fuit, & est verum.

Item ꝙ veritas fuit, & est preter id, et absq; eo, quòd aliqua prętensa appellatio à præfata diffinitiua sententia numquam aliter, seu alio tempore quàm supradictũ est, et in actis constat, aut quòd dictus T. vmquã aliter, et presertim ante præfatam horam meridiei fuerit, aut reperiatur constitutus, seu per quemuis substitutus ad appellandũ ab huiusmodi diffinitiua sententia apostolos petendum saltem de quo ex actis dictę causæ, aut aliàs hactenus cõstare potuerit siue possit saltem legitimè, quinimmo cessauit, et cessat dictas prętensas, appellationem interpositam, et substitutionem factam fuisse, vel esse aliter, aut alio tempore quàm prout prædictum est. Et sic fuit, et est verum.

Præterea ad ostendendum prætensam substitutionem, quæ est facta et per S. de T. per aliquas horas et plurium horarum momenta sequi prætensam appellationem antedictam, et per consequẽs eamdem appellationem esse nullam, tamquam per non procuratorem nulliter interpositam, procurator prædictus quo supra nomine dat, facit, etc.

Item quòd secundum hominum cõmunem opinionem, et veram experiẽtiam, festum sancti Viti, quod est xv. mensis Iunij fuit, esseque consueuit, ac est longior dies artificialis totius anni. Et sic fuit, etc.

Item ꝙ in festo huiusmodi, ac per aliquos dies ante et post vsque ad ortum solis diei immediatè sequentis exclusiuè habuit, et habere consueuit, ac habet saltem in alma vrbe Ro. vbi tempore prætensarum appellationum, et substitutionum residebat, prout residet de presenti ad minus octo horas integras, et nõ pauciores, et sic de xxiiij. horis diei naturalis restat, quod die artificiali à solis ortu vsque ad occasum inclusiuè xvj. horæ. Et sic fuit, etc.

Item

Item quòd diuidendo per medium dictas xvj. horas pro die artificiali restantes remanent octo horæ ab hortu solis ante meridiem, & octo horę post meridiem vsque ad occasum, & sic coniungendo dictas octo horas ante meridiem cum octo horis noctis hora meridiei in præfato festo sancti Viti, aut circa est hora xvj. ad minus, & non infra secundùm horologium Rom. Et quòd sic fuit, & est verum.

Item ꝙ post festum sancti Viti dies artificiales incipiunt decrescere, prout decrescũt continuè per spatium mensis, vel citra, & iuxta communem hominum opinionem vsq; ad festum sanctæ Luciæ virginis. Et sic fuit, &c.

Item ꝙ præfacta quarta die mensis A. hora meridiei fuit, & esse cõsueuit, ac est secundùm præfactum horologium Romanum hora xvij. parum, plus, vel minus. De pręmissisque omnibus, & singulis fuit & est assertio vulgaris, ac publica vox & fama. Et sic fuit, &c.

Præmissis igitur veris existentibus, prout vera sunt, clarè constat præfactam prætensam substitutionem per aliquos dies, & plura horarum momenta fuisse factam post pręfactam prætensam appellationem, & propterea eamdem prætensam appellationem tamquam per non procuratorem interpositam fuisse, & esse nullam, &c. nullitatis vitio subiacere.

Et præmissa quatenus facti sint, & in facto consistant, sibiq; onus probandi illa incumbit, offert se procurator prædictus, &c. de quo protestatur, petens propterea super huiusmodi nullitatis articulo pronunciari, prout sibi in actis causæ huiusmodi petitum est.

Saluo iure, &c.

Et protestatur, &c.

Articuli super restitutione aduersus sententiam.

Pro verificatione commissionis vobis R. p. d. N. sacri palatij causarum Apostolici, & præsenti ac partibus infrascriptis Auditori per S. d. N. M. diuina prouidentia Papam N. auctoritate Apostolica deputato, pro parte venerabilis viri N. rectoris parochialis ecclesiæ N. successiuè præsentatarum, & ad finem, & effectum, vt vobis domino Auditori constet, & valeat constare, de bono iure dicti N. & de non iure N. aduersarij in parochiali ecclesia prædicta cum annexis, & cõnexis ipsum dominum N. valeatis restituere, & restitutio aduersus certã prætensam diffinitiuam sententiam pro dicto Io. & contra Rom. antedictum super dicta parochiali ecclesia N. per venerabilem virum dominum Ioan. de To. coauditorem vestrum, vt prætenditur, latam, necnon per modum libelli siue petitionis summariæ, & aliàs ad omnem meliorem finem, & effectum, quæ pro parte dicti domini Ro. dat, facit, & exhibet positiones, & articulos infrascriptos: necnon dat, & asserit, ponit, & assignat, & si necesse fuerit, probare intendit ea, quæ sequuntur, citra tamen superfluam probationem, &c.

In primis dicit, asserit, & ponit, & probare intendit, quòd à x. xx. &c. de existentia ciuitatis, & cathedralis ecclesiæ, vt in forma.

Item ꝙ in dicta dioecesi sunt duo beneficia annexa, & infra ipsam dioecesim inter cætera ecclesiastica beneficia in eadem dioecesi constituta, & existentia fuerunt, esseq; consuerunt, & hodie sunt parochialis de N. & Archipresbyteratus de N. dictæ dioecesis simul annexæ habens dicta parochialis ecclesia plures parochianos vtriusq; sexus existentes, &c.

Item ꝙ ab eisdem temporibus, & per ipsa tempora antedicta de dictis duobus, videlicet parochiali ecclesia, & Archipresbyteratu prędictis parochialis ecclesia de N. fuit, esseque consueuit, & hodie est principalis, & Archipresbyteratus de N. eidem annexus; quòdque tales à prædictis temporibus, & per ipsa tempora antedicta fuerunt reputati tales, prout hodie ex reputatione publica habẽtur, dicuntur, & nominantur palam, publicè, & notoriè, ac manifestè.

Item ꝙ à temporibus, & per tempora antedicta de vsu, more, obseruantia, & cõsuetudine legitimè præscriptis, & inconcussè tentis, & obseruatis præsentatio, seu ius præsentandi personas idoneas ad dictam parochialẽ ecclesiam N. & Archipresbyteratum simul annexos obtinendũ, quotiens locus vacationis eiusdem occurrit ad venerabiles viros N. & N. collatio verò & institutio eiusdem ad R. patrem dominum Episcopum N. pro tempore existentẽ diuisim pertinuerũt, & pertinere consueuerũt, & hodie pertinet & spectat, habueruntque & habere consueuerunt à prædictis temporibus, prout hodie habent prędicti domini N ius eligendi & præsentandi, & prædictus dominus Episcopus ius instituendi & conferendi, & aliàs de ipsa parochia disponendi. Et sic fuit, & est verum.

Item præmissa omnia, &c.

Item quòd à prædictis temporibus, & per tempora prædicta, &c. quod est ecclesia collegiata habens Decanum tamquam caput, & plures canonicos, &c. pone de existentia.

Item quòd ab eisdem temporibus, &c. dat, quod in illa ecclesia collegiata inter cætera beneficia ecclesiastica & officia, &c. est quoddam officium curatum vocatum sacristia, consuetum clericis secularibus, &c.

Item

Item quòd ab ipsis temporibus, & per ipsa tempora dictus sacrista, & quilibet dictam sacristiam obtinens plures parochianos habuit, & habere consueuit, prout habet modernus, quibus ecclesiastica sacraméta vt verus rector administrare consueuit; quòdque ipsa sacristia ab ipsis temporibus prædictis, & per ipsa tempora fuit, esseque consueuit curata, prout hodie habetur, & reputatur palam, &c.

Item quòd à temporibus, & per tempora supradictis de vsu, more, &c.

Item quòd Io. &c. de morte & vacantia sacristiæ.

Item ꝙ veneraabilis vir camerarius, & capitulum dictæ ecclesię sancti P. N. dudũ xxiiij. mensis Martij, anni, &c. venerabilẽ virum N. ad obtinendum sacristiã ipsam, & ad effectum ipsum instituendum in ea, ac eam sibi conferendam R. p. d. R. N. Episcopo per suas patentes & publicas litteras præsentarunt, qui quidem dominus A. Episcopus præfatum dominũ N. sic sibi præsentatum in ea sacristia instituit, & de eadem sibi prouidit die xxv. mensis prædicti Martij, anni, &c. prout in litteris super hoc confectis latius continetur, quas hic pro positionibus, et articulis, quatenus pro parte sua, et contra partem aduersam faciant dictus procurator quo supra nomine hic dat, & non aliter, aliàs, neque alio modo.

Item quòd pręfatus dominus N. post datam pręsentationis, institutionis, & collationis pręd ictarum de ipsa sacristia, vt præmittitur, sibi auctoritate ordinaria factarũ sacristiam ipsius ecclesiæ sancti P. prædictã tunc, sic vt præmittitur, vacantem auctoritate ordinaria sibi collatã, et ante xxvij. diẽ mensis Martij, anni pręd icti N. extitit pacificè assecut⁹. Et sic fuit, etc.

Item ꝙ dictus dominus N. dudum per longa tempora ante tempus, et tempore datę pręsentationis, institutionis, et collationis prædictarum et assecutionem sacristię pręfatæ pacificè obtinuerat, et obtinebat parochialẽ ecclesiam de N. et Archipresbyteratum N. prædictos simul annexos. Et sic fuit, et est verum.

Item ponit, et probare intendit, quòd in ciuitate et diœcesi L. fuit et est consuetudo longè præscripta, et à tantis temporibus citra obseruata, quòd de contrario memoria hominũ non existit, quòd quando fiunt præsentationes per patronos ad beneficia vacantia per tales præsentati in vim præsentationis huiusmodi, nullis factis proclamationibus et bannis, contra sua interesse credentes consueuerunt institui. Et quòd sic fuit, et est verum.

Item ꝙ de similibus vsu, more, obseruantia, & cõsuetudine legitimè præscriptis in eisdem ciuitate, & diœcesi L. fuit tentum, vsitatum, et obseruatum, quòd quando contingit vacare aliquod beneficium ecclesiasticum in collatione alicuius patroni, quòd ipse patronus sine aliquo interuallo temporis illud potest conferre, & de eo disponere reseruationibus Apostolicis cessantibus. Et sic fuit, & est verum.

Item dicit, ponit, & probare intendit, quòd præfatus R. pater dominus A. Episcopus N. dudum xxvj. mensis Martij, anni prædicti, &c. ecclesiam parochialem de N. & Archipresbyteratum prædictos simul annexos per assecutionem dictę sacristiæ per antedictum N. illos obtinens auctoritate ordinaria, vt præmittitur, factam vacantes alias quouismodo, & per quamcumq; personam vacare censeretur cum suis iuribus vniuersis & pertinentijs discreto viro Ro. N. pręsenti tunc sufficienti, & idoneo, & acceptanti pleno iure contulit, & de eis sibi prouidit, prout in litteris authenticis ipsius domini Episcopi sub data diei xxvj. mensis Martij, anni prædicti N. plenius continetur, quas & in eis contenta hic dictus procurator quo supra nomine dat pro positionibus & articulis, inquãtum pro parte sua, & contra partem aduersam faciunt, et facere possunt, et non aliàs, aliter, vltra, nec alio modo.

Item quòd parochialis ecclesia de N. et Archipresbyteratus prædicti simul annexi per assecutionem pacificam de dicta sacristia per præfatũ dominũ S. vt pręmittitur, post xxiiij. diem mẽsis Martij, anni supradicti auctoritatę ordinaria, et ante xxvij diẽ dicti mensis Martij, eiusdẽ anni factã vacarunt, et reputati fuerũt vacare palã, publicè, cõmuniter, et notoriè.

Item quòd præfatus dominus Ro. collationem, institutionẽ, et prouisionẽ de parochiali ecclesia de N. et de Archipresbyteratu pręd ictis simul annexis, vt pręmittitur, factas, ratas, et gratas habuit, pariter et acceptas, et litteras super eis fieri ꝓcurauit, et fecit. Et sic fuit, etc.

Item ꝙ pręfatus dominus Ro. dudum infra xxv. dies post datam collationis de prædictis parochiali ecclesia, et Archidiaconatu sibi, vt præmittitur, factis, vigore ipsius possessionem corporalem realem ipsarum habuit, tenuit, et possedit pacificè perplures annos, prout tempore turbationis per præfatum Ioan. indebitè præstitæ illam obtinebat. Et sic fuit, etc.

Item quòd de vsu, more, obseruãtia, et consuetudine legitimè præscriptis, necnon inconcussæ tentis et obseruatis, et à temporibus, et per tempora, de quorum contrario hominum memoria non existit, institutio omnium beneficiorum curatorum, seu quorumcumq; beneficiorum et officiorum curatorum in ciuitate, et diœcesi L. sitorum spectauit, et pertinuit, ac spectare, et pertinere consueuit, prout hodie pertinet,

pertinet, & spectat ad Reuerendum in Christo patrem dominũ L. Archiepiscopum pro tempore existentem: quòdque à prædictis temporibus obseruatum fuit, & ipse d. Archiepiscopus pro tempore quecumq; per illos ad quos de iure aliàs præsentatio seu electio spectat, in beneficijs huiusmodi prouidere consueuit. Et sic fuit, &c.

Item q. præfatus dominus Ro. dudum ante tempus, & tempore datæ collationis, prouisionis, & institutionis de prædicta parochiali ecclesia, & Archidiaconatu prædictis simul annexis, vt præmittitur, sibi factis fuit, & erat clericus, &c.

Pone de habilitatibus ipsius.

Item quòd dictus Ioan. M. in præsenti causa aduersarius, cui in, seu ad dictam parochialem ecclesiam nũquã aliquod ius competijt, collationem, institutionem, & prouisionem possessionis assecutionem prędictas, ac iuri, & titulo eidem Ro. in eadem ecclesia, & Archidiaconatu simul annexis de facto, cum de iure nõ possit, opposuit, & opponit, impediuit, & impedit, ac fecit, & facit, quominus prçfata collatio, institutio, & prouisio suum debitum sortiantur effectum, ac ipse d. Ro. valuerit, & valeat corporalem possessionem dictę suæ ecclesiæ cum suis annexis, iuriumque & pertinentiarum omnium eorumdem pacificè tenere, & habere in ipsius Ioan. N. aduersarij animæ detrimentum, & prçfati domini Ro. & iuris sui non modicum prçiudicium, damnum, & grauamen. Et sic fuit, &c.

Item q. ipse Io. N. aduersarius querens dicto d. Ro. parochialem ecclesiam de N. & Archidiaconatum prędictos simul annexos subtrahere per vias exquisitas, & indebitas, causam dudũ super ipso solo Archidiaconatu N. contra dictum dominũ Ro. obtinuit committi in Ro. Cu. venerabili viro domino Ioan. de T. coauditori vestro, & vigore commissionis huiusmodi citatione super ea decreta præfatum Ro. in partibus super ipso solo Archidiaconatu N. citari, & eumdẽ super eo solo primo corã ipso domino Ioan. Auditore in causam traxit.

Item quòd prędictus Ioan. deinde in causa prędicta sic mota super Archidiaconatu contra ipsum dominum Ro. processit ad obseruationem omnium, & singulorum terminorum de stilo palatij obseruari solitorum per audientiam contradictarum. Et sic fuit, &c.

Item quòd postmodum & successiuè prædictus Ioan. N. per quamdam pretensam commissionem obtinuit, q. omnes, & singuli termini simul, & semel, & vnico contextu reiterarentur ipso Ro. modo citato per audientiam contradictarũ, & quod in dicta causa perinde procederetur, ac si in dicta prima commissione prætensa de ecclesia de N. principali, & de Archidiaconatu prędictis simul annexis, nec expresse, nec specialis expressio facta, quòd causa super eisdem primò commissa fuisset, & quòd ipso Ro. super ipsa ecclesia parochiali de N. numquam citato, nisi per audientiam contradictarum per talem prçcipitantiam, & exhorbitantiam quamdam pretensam diffinitiuam sententiã in vim cuiusdam prætensę gratiæ si neutri super ipsis parochiali ecclesia & Archidiaconatu prędictis p. se & contra eumdem Ro. cum expensarum solum cõdemnatione asseritur obtinuisse, à qua p. parte dicti Ro. processum huiusmodi ignorantem appellatum nõ extitit, & sic transire asseritur in rem iudicatam, siue prçtenditur, litterasq; executoriales, &c. super ea obtinuisse cuiusquidem prætensæ sententię tenor sequitur, & est talis.

Christi nomine inuocato, &c.

Ita pronunciaui ego, etc.

Item quòd ipse dominus Ro. mãdatis Apostolicis, & ipsius domini Auditoris obedire volens quantum potuit, possessionem ipsius parochialis ecclesiæ de N. et Archidiaconatus simul annexis ipsi I. N. dimisit, nec restat parere, nisi quo ad expensa.

Item quòd dictus dominus Ro. *dudum de* anno, etc. et de mense N. eiusdem anni procuratorium mandatum pro defensione sua super Archidiaconatu, super quo citatus fuerat ad eamdem curiam per dominum P. N. dudum ante datam dictæ prçtensæ sententiæ miserat, & misisse dicebatur. Et sic, etc.

Item quòd prçmissis expositis S. d. N. Papæ, & quòd nec talia contingerent ipsum Ro. ita dicta sua ecclesia priuari, et ne in ea eidem Io. N. daretur vitiosus ingressus, & quòd idem Ro. paratus erat incontinenti & infra octo dies de bono iure suo ante datam dictę gratiæ. Si neutri legitimè docere: & paratus erat, q. omnes termini simul obseruarẽtur, et stare vnicæ sententiæ, si Io. N. hoc vellet pro parte sua idem et deinde per aliam, & vltimam commissionẽ, quòd ipse Ro. paratus erat docere de iure suo infra quinque dies, sanctissimus dominus noster Papa vobis R. patri domino Auditori prçdicto cõmisit et mandauit, et non obstante ipsa prçtensa sententia, causamq; huiusmodi super principali vobis eidẽ inter dictas partes commisit cum potestate citandi eumdem Io. N. in Ro. Curia et extra eam, & ipsum ad cautelam absoluendum. Et sic fuit, et est verum.

Item quòd vos p. R. ad instantiam dicti Ro. citationem contra dictum Io. N. ad partes vigore dictæ primæ commissionis vobis super hoc factæ decreuistis, ipseque Ioan. N. vigore

illius in illis partibus personaliter apprehensus, citatus et requisitus legitimè fuit. Et sic fuit, et est verum.

Item quòd si constat, seu constare posit de prætensę gratię si neutri dicto Io. vt prætenditur, per sanctißimum dominum nostrum Papam modernum factæ, quòd illa prætensa gratia si neutri fuit vnica ac sola, et vnica vice dumtaxat, sub data Romæ apud sanctum Petrum, quinto Kalen. Maij. pontificatus domini nostri Papæ anno quarto, quę fuit die N. mensis N. etc. Et ita fuit, etc.

Item ꝙ per longa tēpora, et per plures annos ante datam prætensę gratiæ si neutri præfatus Ioan. N. videlicet ante xxvij. diem mensis A. anno Domini, etc. quæ fuit data ipsius prætensę gratiæ si neutri ius specialiter in eisdem parochiali ecclesia N. et Archidiaconatu prædictis fuerat dicto dominô R. per dictam collationem ordinariam quęsitum, ipsi R. in eadem plenißimū ius per longa tempora ante datam ipsius prętensæ gratiæ si neutri ipsum clarißimū ius habere, ac post solus ius habuit in ipsis, prout hodie habet. Et sic fuit, et est verum.

Item quòd in euentum, in quem constaret de prętensa sententia, vt pręmittitur, pro dicto Io. N. lata quòd illa fuit sola, et vnica, ac sola, et vnica vice lata, videlicet sub data N. diei, mensis N. anni, etc. Et sic fuit, etc.

Item ꝙ cum aliàs de annis Domini, etc. pręfatus R. diligentiam faceret de obtinēdo restitui aduersus prædictam prætensam sententiam ipse Ioan. N. et R. prędicti certum factum concordatum inter se habuerunt de concordando in ciuitate L. super dictis beneficijs, et quòd quilibet eorum coram certis peritis in eadem ciuitate deberet dare iura sua, et stare ordinationi illorum. Et sic fuit, et est verum.

Item ꝙ dictus R. infra certum terminū concordatum hoc facere se obtulit, sed dictus Io. N. hæc facere denegatur, sed melius ad ipsam parochialem ecclesiam cum sibi annexis iure, vel iniuria obtinere illam conatus fuit assequi vigore dictę prętensæ sententiæ, et in ea se intrusit, prout hodie in ea intrusus est.

Item quòd ipse Ro. propter huiusmodi promißionem per ipsum Ioann. N. de se submittendo in ciuitate L. iudicio peritorum se submiserat, et etiam prius non potuerat propter tribulationem guerrarum in illis partibus vigentium facere diligentiam in Curia Romana super prosecutione dictę restitutionis, et quātum citius potuit pro ea et iuris sui prosecutione amisit. Et sic fuit, etc.

Item quòd pręmißis existētibus veris, prout vera sunt, manifestè constat de legitimo impedimento dicti R. et quòd per ipsum non stetit, quominus iura antedictam latam sententiam prętensam fuerint producta; quòdque vel manifestè apparet, quòd dicta prętensa sententia, vt præmittitur, iuribus dicti R. non productis, & ipso legitimè impedito, & post diligentiam possibilem lata fuit, & est nulla, inefficax, inualida, nulliusq; roboris vel momenti, & lata prætextu dictę prætensę gratiæ si neutri sub data v. Kalendas Maij, pontificatus dicti d. nostri Papæ, anno N. Et sic fuit, &c.

Item quòd propter pręmissa & ipsis existentibus veris, prout vera sunt, præfatus dominus R. venit restituendus aduersus prædictam prætensam sententiam contra eum, vt pręmittitur, latam. Et sic fuit, &c.

Item quòd de pręmissis omnibus, &c.

Item dat producta & producenda pro parte sua in hac causa pro positionibus & articulis, inquantum faciunt & facere possunt pro dicta sua parte, & contra partem, &c.

Item dat de notarijs, signis & sigillis, &c.

Et protestatur, &c.

Petit igitur dictus procurator nomine quo supra per vos R. in Christo patrem dominum N. Auditorem sacri palatij causarum Apostolici, & pręsentis causæ auctoritate Apostolica deputatum, & vestram sententiam interlocutoriam pronunciari, decerni, & declarari præfatum dominum R. fuisse & esse restituendum, & per vos restitui aduersus prędictam prętensam sententiam contra eum, vt pręmittitur, latam iuxta & secundum tenorem commissionis super hoc factę, & ad instantiam dicti d. R. vobis præsentatæ.

Insuper petit dictus procurator nomine quo supra per vos dominum Auditorem, vestramq; diffinitiuam sententiam pronunciari, decerni, & declarari per dictum dominum Ioan. coauditorem vestrum in dicta causa, quę coram eo, vt præmittitur, ventilata fuit, & nunc vertitur coram vobis inter ipsum d. R. ex vna parte, & præfatum Ioan. de, & super parochiali ecclesia de N. & Archidiaconatu N. simul annexis, & connexis N. diœcesis prædictis, & eorum occasione partibus ex altera, nulliter & de facto, seu saltem fuisse & esse processum, sententiatum, et diffinitum, dictamque prætensam sententiam reuocandam fore, et per vos reuocari, & pro parte domini R. ab eodem domino Auditere, eiusque prętensa diffinitiua sententia bene fuisse, et esse appellatum, necnon vestra diffinitiua sententia pronunciari, decerni, & declarari post dictam collationem, institutionem, prouisionē ipsi d. R. de parochiali ecclesia N. Archidiaconatu prædictis auctoritate ordinaria, vt pręmittitur, factis possessionis assecutionem, & etiam omnia inde secuta fuisse,

& esse canonicas & canonica, suumq; debuisse & debere sortiri effectum, pręfatosque parochialem ecclesiam, & Archidiaconatum, ad dictum dominum Ioan. spectasse & pertinuisse, ac spectare & pertinere de iure, sibique adiudicandum fore, & adiudicari debere, ac dicto N. aduersario nullum ius competijsse, neque competere in eisdem parochiali ecclesia, & Archidiaconatu, neque ad eos, ipsumque Ioan. N. aduersarium amouendum fore, & per vos amoueri ab occupatione, & detentione parochialis ecclesiæ, et Archidiaconatus prædictis, iuriumq; & pertinentiarum omnium earumdem, pręfatumque dominum R.N. per vos fore introducendum, in, & ad corporalem possessionem parochialis ecclesiæ, & Archidiaconatus prædictis, pręfatasque oppositiones, occupationes, & detentiones, ac impedimenta prędicta fuisse & esse temerarias, illicitas, & iniustas, ac de facto pręsumptas, ac temeraria, illicita indebita, & iniusta, & de facto pręsumpta, dictoque Ioan. aduersario super oppositione, occupatione, & impedimentis, ac parochiali ecclesia, & Archidiaconatu sibi perpetuum silentium imponendum fore, & per vos imponi, ipsumque dominum Ioannem condemnandum fore, & per vos condemnari in fructibus ex parochiali ecclesia, & Archidiaconatu pręd ictis, perceptis, & in expensis coram vobis legitimè factis, & de percipiendis & faciendis protestatur, & aliàs in, de, & super præmissis sibi dicto nomine fieri iustitię complementum, vestrum insuper benignum officium humiliter implorando.

Et prædicta omnia & singula dicit, & petit dictus procurator nomine quo supra coniunctim & diuisim, & aliàs omnibus melioribus modo, & forma, quibus fieri potest, & debet.

Et quatenus pręd icta in facto consistant, & onus probandi dicto domino R. incumbit, petit per vos R.p.d. Auditorem pręd ictum compelli dictam partem aduersam ad respōdendum singulariter sīgulis positionibus, & si negati fuerint, offert se nomine pręd icto illa probaturū, & petit se, & partem suam admitti ad probandum eadem in curia, & extra, ad superfluam probationem nullatenus se astringens: aliter protestatur de grauamine, & appellando.

Articuli super gratia si neutri.

Pro verificatione gratiæ si neutri venerabili domino G. Auditori in hac causa D. Decanatus factæ, procurator, & eo nomine procuratorio pręfati domini G. dat, facit, & exhibet positiones, & articulos infrascriptos, ac contenta, & descripta in eisdem etiam narratiuè, & dispositiuè, & de quolibet quibus petit per partes aduersas medio iuramento responderi, & si negantur, eos probare intendit, ad quos probandum se admitti petit, citra tamen onus superfluæ probationis, de quo protestatur.

In primis siquidem procurator prædictus quo supra nomine hic dat, & repetit omnes, & singulas po. & ar. exceptiones, & replicationes pro parte sua, necnon ex cuiusdam domini Petri de P. in huiusmodi causa datos, & probatos vnà cum eorum probatione, quatenus tamen faciant, &c.

Item ꝙ aliàs, videlicet idibus Decembris anno à natiuitate Domini, &c. sacrosancta Lateranensi synodo in Spiritu sancto legitimè congregata, statu litis, & causę huiusmodi debito pro parte dicti domini G. exposito, ipsa sancta synodus statum litis, & causę euiusmodi habens pro sufficienter expresso, vobis domino A.N. iudici & commissario causę huiusmodi personas, certi tenoris litteras commisit, & mandauit, quatenus si per euentum litis huiusmodi vobis constaret nulli litigantium in dicto Decanatu de L. seu ad eum nullum ius competijsse, neque competere dictum Decanatum, qui dignitas reputatur siue adhuc per obitum Ia. de L. siue aliàs quouis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona, siue *per constitutionem:* Execrabilis, vacaret, aut tanto tempore vacasset, quòd eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilij ad Sedem Apostolicam legitimè deuoluta, aut aliàs dispositioni Sedis Apostolicę reseruata, & inter quoscumq; alios in dicta synodo vel extra litigiosus, cuius litis statum ipsa sancta synodus haberi voluit pro sufficienter expresso, penderet indecisa, dicto domino G. auctoritate dictæ sanctæ synodi, dummodo non esset in eo alicui specialiter ius quæsitum, conferretis, & assignaretis, & prouideretis de eodem, & alia faceretis, prout & quemadmodum in dictis litteris sacrosanctæ synodi, ad quas se refert dictus procurator quo supra nomine, easque, & in eis contenta hic dat pro positionibus, & articulis, quatenus tamen, &c.

Item ꝙ pręfatus dominus G. A. huiusmodi gratiam, si neutri ratam habuit, & habet, atque gratiam, litterasque dictæ sanctæ synodi desuper expediri fecit, & procurauit palam, & publicè. Et quòd sic fuit, & est verum.

Item quòd rei veritas fuit, & est pręter id, & absq; eo, quòd tempore datæ dictæ gratiæ, si neutri, siue mandati de prouidendo in forma, si neutri esset alicui, præterquam dicto domino G. ius dicto Decanatu quæsitum. Et sic fuit, & est verum.

Item quòd ad ostendendum quibusdam G.

N.&

N.& Ioan. N. aduersarijs nullum vmquam ius competijsse, neq; competere in dicto Decanatu,seu ad eum vigore prętensarum impetrationum per eos in huiusmodi causa productarum, dictus procurator nomine quo supra procuratorio dicit, ponit, & si necesse fuerit, probare intendit,quòd dictus Decanatus L.de quo agitur,fuit,erat,& est dignitas,& pro dignitate in partibus illis ab omnibus de ipso Decanatu loquentibus tenetur, nominatur, & reputatur, tentusque, nominatus, & reputatus fuit etiam à decem,viginti,&c. & centum annis proximè præteritis,citra,& supra,& à tanto tempore,& per tantum tempus, quod de eius contrario hominum memoria non exiltit, palam, & publicè. Et sic fuit,&c.

Item pro vlteriori verificatione præmissorum dictus procurator quo supra nomine dicit,ponit,& si necesse fuerit, probare intendit, quod in ciuitate, & diœcesi D. necnon T.& B. ciuitatis diœcesis, & alijs locis circumuicinis dictus Decanatus communiter dicitur, tenetur,nominatur, & reputatur, quòd dictus Decanatus de L. sit ex notabilioribus, nobilioribus, & melioribus dignitatibus illarum partium,ac pręsertim ecclesiæ, ac ciuitatis, & dicta diœces. Et sic fuit,& est verum.

Item quòd ex prĕmissis pertinenter patet, prętensas gratias dictorũ aduersariorũ fuisse, & esse obreptitias, & subreptitias, cum ipsi, & eorum quilibet in suis prætensis impetrationibus suppresserint fraudulenter & dolosè, ꝙ dictus Decanatus fuerit,& sit dignitas,vt præfertur, & sic clarè patet nulli eorum ius competere. Et sic fuit,& est verum.

Item quòd de prĕmissis omnibus & singulis fuit,& est publica vox,& fama.

Item quòd imperans talis fuit, &c.

Item de fructibus, &c.

Item quòd præmissis non obstantibus.

Articuli super gratia si neutri, & perinde valere, &c.

Procurator & procuratorio nomine venerabilis viri,&c. dat, facit, et exhibet positiones, & articulos,etc.

In primis ponit, & probare intendit, ꝙ dudum orta fuit in sacro palatio causarum Apostolico materia quęstionis inter ipsum dominum N.ex parte vna,& dominum N. de,et super dicto Archidiatonatu N. et eius occasione ex altera; quòdq; causa inter ipsos super ipso Archidiaconatu N.et eius occasione fuit commissa venerabili viro domino N.&c.

Item quòd postquam in partibus in causa ipsa inter ipsas partes coram dicto domino N. fuisset ad nonnullos actus processum, & modo nullus dubitaret neutrum dictorum dominorum N.& N.in ipso Archidiaconatu ius habere, sanctissimus in Christo pater, & dominus noster dominus N.Papa N.& modernus eidem domino N. auditori commisit, & mandauit,vt si per euentum litis huiusmodi sibi constaret neutri dictorum litigãtium in ipso Archidiaconatu ius competere, eumdem Archidiaconatum, siue per obitum N.extra Romanã Curiam defuncti, siue aliàs quouis modo, vel ex alterius cuiuscumque persona,aut per promotionem de persona R.p.d.N.Episcopi L. eumdem Archidiaconatum obtinẽtis ad ecclesiam N.tunc vacantem per bon. mem. tunc d.Ioan. Papam, &c. factam, & munus consecrationis dicto domino Episcopo, de ipsius domini nostri Papæ mandato extra Ro. Cur. impensum vacaret, etiam si tanto tempore vacasset, quòd eius collatio,&c. aut Archidiaconatus ipse reseruatus existeret, dummodo tunc non esset alicui specialiter ius quæsitum,eidem domino N. auctoritate Apostolica conferret, & assignaret,prout in litteris, &c.

Item quòd de præmissis omnibus, etc.

Item in casum,et euentũ, in quem pro parte N. in præsenti causa aduersarij pertineret, seu admissibiliter daretur, aut probaretur, aut datum, et probatum esset, aut ad probandum admitteretur, quòd dictus dominus N. in gratia sua, virtute cuius dictum Archidiaconatũ N. acceptauit, et sibi de eodem prouideri obtinuit, expressisset, et asseruisset se esse aduocatum sacri consistorij, et quòd tempore datæ dictæ gratiæ non erat aduocatus,et quòd idem D. N. impetrasset Decanatum, etc. vacantem per promotionem dicti D. N. ad ecclesiam N. et possesionem eiusdem Decanatus fuisset assecutus, et quòd idem d. N. iij. idus Aprilis pontificatus, etc. anno primo, impetrasset Archidiaconatum N.in ecclesia N. vacantem,ex eo quòd N. eumdem Archidiaconatum canonicè assecutus, ipsum vnà cum parochiali ecclesia N. diœcesi N. per multa tempora, nulla canonica dispensatione super hoc obtenta detinuit, et quòd ipsius Archidiaconatus possessionem habuisset de mense N.anni, etc. secundum cursum, et computationem, et illum per multa tempora tenuisset, et quòd propterea gratia sua, virtute cuius acceptauit dictũ Archidiaconum N.esset consumpta,et suum sortita effectum, et nulla, etiam quòd idem d.N. esset inhabilis ad dictum Archidiaonatum N. obtinendum, vel aliquod simile pertinens vel dependens, exinde non intendens, propterea aliquid de intentione partis aduersæ confiteri,sed potius differri,et negare,et aliàs ad om-

nem meliorem effectum, ad quem parti suæ prodesse, parti aduersæ obesse poterit procurator, & procuratorio nomine præfati d. N. ponit & probare intendit ea, quę sequuntur, non astringens se propterea ad aliquam superfluam probationem.

In primis ponit, & probare intendit in casum, & euentum prædictos, quòd causa prædicta postmodum fuit commissa venerabili viro domino N. ante xvj. diem mensis, &c. anni præsentis Domini, &c. & ex tunc continuè coram eo pendebat, prout pendet, indecisa. Et sic fuit, &c.

Item ꝙ idem dominus noster Papa N. volens eumdem d. N. fauoribus prosequi gratiosis, motu proprio nō ad ipsius d. N. vel alterius pro ipso super hoc eidem domino non oblatis petitionibus instantiam: sed de ipsius e. N. Papæ mera liberalitate & auctoritate Apostolica declarauit suæ intentionis fuisse & esse, quòd primę ipsius d. N. litteræ & processus habiti per easdem perinde ab eorum data, ac si ipsæ ipsius datæ in Cur. Rom. aduocatos fuisset, ac simili motu proprio voluit, ac eadem auctoritate concessit, ꝙ eædem primę litteræ & processus, necnon acceptatio & prouisio de ipso Archidiaconatu dictæ ecclesię N. per ipsum dominum N. aut eius procuratorē suo nomine factę, & quæcumque inde secutæ perinde valerent, plenamq; obtinerent roboris firmitatem: idemque dominus N. auditor ad executionem earumdem dicto d. N. auditori datarum litterarum procedere posset & deberet, ac si prædictum Archidiaconatum non acceptasset, & de illo sibi prouideri non fecisset, ac ab ipso d. N. Papa concessionem prædictam non obtinuisset, & prædictum Archidiaconatum ecclesiæ N. minimè assecutus extitisset, prout in litteris Apostolicis inde cōfectis sub data Romæ apud sanctum Petrum, vndecimo Kalendas mensis, &c. pontificatus ipsius domini nostri Papæ N. anno N. quas, et contenta in eis, etc. dispositiuè dat pro positionibus et articulis, plenius continetur.

Articuli super surreptione gratiæ, si neutri.

Ad docendum de surreptione, nullitate, inefficacia, ac obreptione cuiusdā prętensæ gratiæ, siue mandati de prouidendo de parochialibus ecclesijs de N. inuicem vnitis diœcesis in forma, si neutri facti cuidam Io. in hac causa aduersario, & ad omnes alios meliores fines eidem Ioanni nociuos, & dicto domino N. ex aduerso principali vtiles dat, facit, & exhibet procurator, & eo nomine procuratorio dicti domini N. exceptiones articulatas, seu positiones & articulos infrascriptos, quibus petit per partem aduersam medio iuramento sufficienter responderi, & si negati fuerint, se & partem suam ad probandum eosdem in Romana Curia & extra admitti, ad superfluam probationem aliquam minimè se astringens, sed solum ad id vel ea ex eisdem quę probare poterit, sibique sufficiant pro intentione sua fundanda, de quo protestatur expresè.

Et primo excipiendo dicit & protestatur, quòd si quę sunt, aut cōtineantur in dicto prætenso mādato si neutri, pręfato Ioanni, vti prętenditur, facto, quæ faciant, seu facere videantur pro dicto d. N. & contra eumdem Ioan. aduersarium illa in ea parte dumtaxat nō impugnat, neq; impugnare intendit, quinimmo ea recipit, & admittit, in vim saltem & per modum tacitæ confessionis: inquantum verò, &c. extunc idē procurator dicit, quòd ipsum prætensum mandatum fuit, & est infirmum, lacerum, cancellatum, abolitum, abrasum, suspectum, debitis & consuetis signis & scripturis carens post ipsius statutum ad expeditionem talium mandatorum in præiudicium dicti d. N. ac pręter & contra stilum cancellariæ Apostolicæ expeditum, surreptitiumque, &c.

Primò autem excipiendo dicit *dictus procurator* nomine quo supra, quòd ipsum prætensum mandatum, seu gratia prætensa si neutri, si de ipsa appareat, quod non creditur: immo expresè diffitetur, & negat, fuit, & est vnica & sola, ac vnica & sola vice sibi concessa, videlicet per sanctissimum dominum, &c. Romæ apud sanctum Petrum, sexto nonas Octobris, pontificatus dicti domini nostri Papę, anno N. & illa, quę apud acta causæ huiusmodi fuit, & est pro parte dicti Ioan. contra dictum N. coram, &c. producta palam, & publicè, & notoriè. Et sic fuit, et est verum.

Item ꝙ pręditum prætensum mandatum, seu prætensa gratia si neutri, ex eo fuit, et est surreptitium et obreptitium, quòd ipse Ioan. maliciosè, et vt deciperet concedentem tacuit in eadem, quòd orta dudum inter N. et quemdam N. per cuius obitū ecclesiæ, super quibus agitur, vltimo vacarunt presbyteros, ac Ioan. L. similiter presbyterum N. diœcesis super ecclesijs, de quibus hic agitur, materia quęstionis Io. tunc Papa xxiij. in sua obedientia nuncupatus, eam quę Ala. et Ro. q. magistro Ia. et illam quæ Io. prędictos ac cuidam Ro. contingebant causas domino Thom. N. sacri palatij causarum Apostolici auditoribus audiendas commisit, et fine debito terminandas: quę si expressisset, prout aliàs ipse in quodā prætenso mandato de surrogando per eum in causa huiusmodi

modi producto expressit, eamdem prætensam gratiam si neutri, siue mandatum nullatenus obtinuisset. Et sic fuit, & est verum.

Item quòd dictum prætensum mandatum fuit, & est surreptitium, videlicet ex eo quòd ipse impetrãs tacuit in eodem, quòd post obitum dicti Ro.orta inter ipsum Ioan.impetrantem,& N.prædictum, necnon N.& N.presbyteros N. diœcesis super ecclesijs, super quibus agitur, & eorum occasionem materia quæstionis, generalis synodus Constantiæ Apostolica Sede vacante causam huiusmodi,quę inter Io. impetrantem, & N. prædictum commisisset fine debito terminandam,qui in ea petitorio inter N. & N. intentato suspenso in solo possessorio procedere quamdam diffinitiuã, &c. pro G. & contra N. &c. promulgauit: à qua pro parte ipsius N. ad sedem Apostolicam appellatio ipsa synodus dicta sede vacante dicto domino N. causam huiusmodi audiendam commisit: quæ si dictus Io.impetrans expresisset, dictam prætensam commissionem nullatenus obtinuisset, &c.

Item tacuit idem impetrans, quòd postquã dicta synodus C.causas prędictas commiserat, vt præfertur,etiam sanctissimus,etc. omnes & singulas causas ad se aduocans, eas ex eis, quæ præfato domino T. commissæ non fuerant, sibi commisit in statu, in quo vltimo remanserat audiendas,& fine debito terminandas:& quòd idem dominus noster Papa concesserat eidem domino Ioan. & G. mandata similia de surrogando in iure, & ad ius dicti quondam Rom. quæ si dictus impetrans expresisset, prout hic tacuit dolosè ipsum prætensum mandatum nullatenus obtinuisset, &c.

Item tacuit idem impetrans, quòd prętatus dominus noster Papa causam & causas commisit, &c.

Item tacuit idem impetrans, quòd supplicato domino nostro Papa moderno pro parte dicti G.quatenus ipsi G.& Io.impetrantes per eumdem dominum F.examinarentur in lectura,cantu, & constructione, ac alijs, quæ circa idoneitatem personæ, quæ ad regimen dictarum ecclesiarum, super quibus agitur, forent attendenda,ipsæq; ecclesiæ idoneiori ipsorum conferentur, & alteri minus idoneo eorumdem super ipsis ecclesijs perpetuum silentium imponeretur, præfatus dominus N. Papa voluit,quòd ipsi examinarentur & procederetur, vt petebatur in supplicatione huiusmodi, & tacuit idem impetrans, quòd ipse G. fuerat & sit idoneior,& propterea ecclesię,super quibus agitur,fuerunt & sunt iuxta,& secundum tenorem dictę commissionis sibi conferendę & adiudicandæ, & præfato domino Io. impetranti perpetuum silentium imponendum,quæ si dictus impetrans exprèsisset,dictum prętensum mandatum non obtinuisset.

Item pro verificatione & iustificatione pręmissorum repetit acta, &c.

Articuli super mandato de prouidendo siue noua prouisione.

Positiones,& articulos infrascriptos dat,facit,& exhibet procurator,& eo nomine honorabilis viri domini N.cantoris ecclesię N.maioris,ac contenta & descripta in eis etiam narratiuè & dispositiuè, coniunctimq; & diuisim, & de quolibet,quibus petit per partem aduersam singulariter singulis sufficienter, & medio iuramento responderi:& si negentur,se & partem suam ad eosdem probandum in Romana Curia extra eam,& ad partes admitti,offerens se eos legitimè probaturum, citra tamen onus superfluæ probationis, ad quam nullatenus se astringit, de quo solemniter & expresè protestatur.

In primis siquidem ponit, & si necesse fuerit,probare intendit procurator prædictus,&c. pone existentiam ecclesiæ cathedralis.

Item quòd à dictis temporibus, & per tempora ipsa in præfata ecclesia,&c.pone existentiam cantoriæ.

Item ꝙ à dictis temporibus, & per eadem tempora de vsu,more, obseruantia, & consuetudine legitimè præscriptis, ac inconcusè & inuiolabiliter tẽtis & obseruatis, collatio,prouisio, & quęuis alia dispositio dictæ cantoriæ quotiens casus vacationis eiusdẽ occurrit, spectauit,& pertinuit, spectareq; & pertinere cõsueuit, ac hodie spectat & pertinet ad decanũ & capitulum dictæ ecclesiæ sancti N. maioris; quòdq; decanus & capitulum prętati fuerunt, atque sunt in possesione pacifica,seu quasi dictam cantoriam vacatione ipsius occurrente conferendi, & de ipsa prouidẽdi, & disponendi,collationesq; & prouisiones, & quæuis aliæ dispositjones per decanum & capitulum prædictos de cantoria casu vacationis eiusdem occurrente pro tempore factæ, validæ, & efficaces reputatæ fuerunt, suum debitum sortitæ effectum, prout hodie, si fierent, sortirentur, saluis tamen & cessantibus reseruationibus, atque dispositionibus Apostolicis.

Item quòd sanctissimus dominus noster dominus P. diuina prouidentia Papa N. volens præfato domino Ioanni S. gratiam facere specialem, dudum videlicet sub data xij.Kalend. Iunij, pontificatus sui anno N.decano & capitulo dictæ ecclesiæ N. maioris, per suas certi tenoris litteras dedit in mandatis, quatenus

si ipsis communiter vel diuisim pro alio non scripsisset, qui similem gratiam prosequeretur, canonicatum ipsius ecclesiæ dicto Ioan. post vnius mensis spatium, postquam dictæ litteræ eis præsentatæ forent, quantum ad eos communiter vel diuisim pertineret, cum plenitudine iuris canonici conferrent: Ipsumq; in canonicum & fratrem dictæ ecclesię reciperent & admitterent, stallo sibi in choro, & loco in capitulo ipsius ecclesiæ cum dicti iuris plenitudine assignatis. Præbendam verò ac dignitatem, personatum, administrationem, vel officium eiusdem ecclesiæ, si quæ tunc vacabant, vel cum simul aut successiuè vacarent, quæ dictus Io. per se, vel procuratorem suum eius nomine infra vnius mensis spatium, postquam sibi vel eidem procuratori illorum vacatio innotesceret, duceret requirendos, eidem Ioan. cum omnibus iuribus & pertinentijs suis conferre & assignare curarent: & nihilominus venerabilibus viris dominis A. & P. canonicis N. ecclesiarum, ac officiali N. per easdem litteras dedit in mandatis, quatenus ipsi vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios decanum & capitulum prędictos, vt mandatis Apostolicis prędictis parere & efficaciter intendere facerent, necnon prędictas dignitates, personatum, administrationē, vel officium, si tunc vacabant, vel cum vacarent, præfato Io. N. conferre & assignare, ac sibi de eisdem prouidere procurarent, decernentes extunc irritum & inane, &c. prout in dictis litteris, ad quas & contenta in eisdem se refert procurator prædictus, latius continetur.

Item ꝙ veritas fuit, & est præter id, & absq; eo, quòd tempore datę dicti mandati seu gratiæ prędictus dominus noster Papa N. decano & capitulo N. maiori prędicto pro alio scripsisset qui similem gratiam prosequeretur: quinimmo ipsis pro alio qui similem gratiam tunc prosequeretur, cessauerat & cessabat.

Item quòd prędictus Io. dictam gratiam sciuit, illamque ratam & gratam habuit, ac litteras Apostolicas & processus desuper expediri fecit, & fieri procurauit, prout in eisdem, ad quas se refert procurator prædictus, plenius continetur, &c.

Item quòd quondam Io. N. ante tempus, & tempore obitus sui, de quo infradicetur, fuit, & erat cantor dictæ ecclesiæ N. maioris, ac in pacifica possessione, seu quasi dictæ cantoriæ, fructus, redditus, & prouentus ex eadem cantoria prouenientes percipiendo, & in suos vsus conuertendo, ac vt talis, & pro tali habitus, dictus, tentus, nominatus, & reputatus palam, & publicè, communiter, & notoriè.

Item quòd dictus Ioan. N. sic vt præmittitur, cantor dictæ ecclesiæ N. maioris existens dudum de anno Domini millesimo, &c. post octauam Martij, & ante octauam Aprilis mensium dies extra Romanam Curiam, & in partibus diem suum clausit extremum; quòdque dicta cantoria tunc per eius obitum vacauit, & pro vacante reputata fuit, palam, publicè, communiter, & notoriè.

Item ꝙ dictus dominus Ioan. N. per se, vel procuratorē suum ad hoc ab eo sufficiens mandatum habentem dictam cantoriam, sic vt prędicitur, vacantem gratiæ, ac litterarum Apostolicarum & processuum prędictorum vigore infra tempus debitum acceptauit, ac decanum & capitulum dictæ ecclesiæ N. maioris primò, & deinde dominū Ioannem officialem Pictauiensem alterum ex executoribus in dictis litteris Apostolicis deputatos requisiuit, vt dictam cantoriam, sic vt pręfertur, vacantem sibi conferre, & assignare, & de eadem sibi prouidere curarent; quòdq; Io. N. officialis & executor præfatus in recusationem decani & capituli prędictorum cantoriam prędictam dicto domino Ioan. N. cum omnibus iuribus & pertinentijs suis contulit, & de eadē sibi prouidit.

Item ꝙ acceptationes, & prouisiones prędictæ, ac quòd dictus Ioan. N. certis de causis dubitare acceptationem & prouisionem huiusmodi viribus non subsistere præfato domino nostro Papæ ipsius Io. expositis, idem dominus noster Papa volens dicto Ioan. gratiam facere specialem, dudum videlicet sub data pridie Kalendas Maij, pontificatus sui anno N. certis executoribus super hoc deputatis, per suas litteras dedit in mandatis, vt dictam cantoriam, sic vt præfertur, per obitum dicti Ioan. N. siue aliàs quouis modo tunc vacaret, eidem Io. N. conferret & assignaret, prout in litteris Apostolicis desuper confectis, ad quas se refert procurator prædictus, latius continetur.

Item quòd veritas fuit, & est præter id, & absq; eo, quod tempore datæ dictæ gratiæ seu mandati de conferendo fuisset alteri à dicto Io. N. in dicta cantoria ius quæsitum.

Item quòd dictus Io. N. dictam gratiam sciuit, illamq; gratam & ratam habuit, ac habet, ac litteras Apostolicas & processus desuper expediri & fieri fecit & procurauit, prout in eisdem, ad quos se refert procurator prædictus, latius continetur.

Item ꝙ ante tempus & tempore datę singularum gratiarum litterarum Apostolicarum & processuum, necnon acceptationis, requisitionis, & prouisionis prædictarum dictus d. Io. N. fuit, & erat, prout hodie est clericus N. diœcesis, habitum & tonsuram palam, & publicè deferens clericales, ætatis suæ maior xxiiij. annis, in,

nis, in, & de legitimo matrimonio procreatus, præfati domini nostri Papæ familiaris domesticus continuus commensalis in communione fidelium, aliàsq; habilis & idoneus ad dictam cantoriam tenendam, regendam, & gubernandam: & vt talis, &c.

Item quòd ante tempus & tempore prouisionis prædictæ, videlicet ante diem octauam mensis Aprilis, anni Domini, &c. & ipsa die dictus dominus Ioan. fuit, & erat, officialis N. ac in communione fidelium, aliàsque habilis & idoneus ad dictam prouisionem faciendam, & vt talis, & pro tali habitus, tentus, dictus, nominatus, & reputatus palam, & publicè, communiter, & notoriè.

Item quòd præmissa omnia & singula fuerunt & sunt vera, publica, notoria, & manifesta, & de his omnibus & singulis fuit, & est publica vox, & fama.

Item hic dat producta & producenda, &c.

Item quòd omnes & singulę personę descriptæ & nominatæ in actis & productis agendis & producendis pro parte sua fuerunt, & erant temporibus illis tales, quales in ipsis fuisse dicuntur, & vt tales & pro talibus habitæ, dictæ, tentæ, nominatæ, & reputatæ palam, publicè, communiter, & notoriè.

Item q̃ pręmissis non obstantibus, quidam N. aduersarius, cui, in, seu ad dictam cantoriã nullum vnquam ius competijt neque competit se gratiæ litteris & processibus, necnon collationi & prouisioni pręd ictis, ac iuri dicto domino Io. N. in eadem cantoria competenti, opposuit, & opponit, dictumq; Io. de, & super dicta cantoria, & eius occasione multipliciter molestauit, & molestat, in non modicum ipsius Io. præiudicium, lęsionem, & grauamen.

Saluo iure, &c.

Et protestatur, &c.

Articuli super gratia surrogationis.

Pro verificatione cuiusdam gratię surrogationis siue mandati de surrogãdo venerabilem virum d. N. clericũ N. diœcesis, in omni iure, & ad omne ius, quod bon. me. d. P. &c. presbytero Cardinali ante tempus & tempore obitus sui infradicendi, in, & ad canonicatum & præbendam ecclesiæ N. de, & super quibus ad pręsens agitur, cõpetebat seu competere poterat coram vobis Reuerendo patre, &c. Apostolici causarum, causæq; pręsentis, & partium in eadem designatarũ Auditore pro parte dicti domini N. partis suæ producti, & exhibiti procurator, & eo nomine eiusdem d. N. dat, facit, & exhibet positiones & articulos infrascriptos, ac contenta & descripta in eisdem, &c.

In primis enim repetit, & pro repetitis habere vult & intendit procurator, quo supra nomine primum, secundum, tertium, quartum, quintum, sextum & decimum pretensos ex aduerso datos positiones, & articulos cum legitimis eorum, si quæ desuper factæ sunt, probationibus, hicque dat loco positionum & articulorum, quatenus tamen pro verificatione mandati de surrogando huiusmodi, ac pro se, dictaque parte sua, & contra partem aduersam facere possunt, & non aliàs, aliter, neque alio modo, de quo protestatur expressè.

Ex quibus quidem repetitis pretensis positionibus & articulis clarè patet, & constat tàm de cathedralis S. quàm collegiatæ N. eiusdem diœcesis ecclesiarum, necnon canonicatus et præbendæ, de quibus hic agitur, existentijs, ipsorumq; collationis, prouisionis, et cuiusuis dispositionis pertinentijs, necnon vltimo eorumdem dum vixit possessore, videlicet Io. N. Et quòd ita fuit, et est verum.

Item dicit, asserit, ponitq; idem procurator quo supra nomine pro verificatione gratię seu mandati surrogationis supradictorum, quòd fel. recor. dominus Calixtus Papa N. volens certis de causis tunc expressis ipsum mouentibus præfato bonæ memoriæ P. etc. dum vixit presbytero Cardinali gratiam facere specialem motu proprio, et ex certa scientia vnum, duo, tria, et plura, ac tot beneficium seu beneficia ecclesiasticum vel ecclesiastica, cum cura vel sine cura, secularia vel regularia ad summã duorum millium florenorum auri de Camera, secundùm communem extimationẽ in valore annuatim ascendentia ad cuiuscumque seu communiter vel diuisim quorumcumq; collatorum, vel collatricũ, aut ordinariorum quorumcumque inter alia per ciuitatem, et diœcesim L. constituta, collationem, prouisionem, præsentationẽ, electionem, seu quamuis aliam dispositionem pertinens, seu pertinentia, postquam vacauerit, aut cum simul vel successiuè vacauerint infra mensis spatium de huiusmodi vacatione habita notitia acceptandũ, et acceptanda duxerit, etiam si beneficium seu beneficia huiusmodi dispositioni Apostolicæ generaliter vel specialiter reseruata forẽt, etc. cum omnibus iuribus et pertinẽtijs suis post acceptationem huiusmodi sibi conferendũ, et conferenda donationi Apostolicę reseruauit locorum ordinarijs, et alijs quibuslibet inhibens districtius, irritumque et inane decernens, etc. aliàsque, et alia faciens, et fieri mandans certis ad hoc deputatis executoribus, prout in litteris Apostolicis sub data Romę apud sanctum Petrum, anno Domini, etc. Kalendis Aprilis, pontificatus sui anno secundo, gratiosè concessis, de-

sis, desuperque confectis, ad quas, & in eis contenta se refert iam dictus procurator, quo supra nomine, hicque dat pro positionibus, & articulis, inquantum tamen pro se, parteque sua & dictæ gratiæ seu mandati de surrogando, conferendo & assignando verificatione, & contra partem aduersam facere possint, & non aliter, aliàs, neque alio modo, de quo protestatur procurator, quo supra nomine solemniter & expresse. Et quòd sic fuit, & est verum.

Item quòd præfatus quondam dominus Io. Cardinalis gratiam & reseruationem huiusmodi Apostolicam, sic vt pręmittitur, sibi factam sciuit, ipsamque gratam & ratam habuit, & habere se dixit, dictasque desuper confectas litteras Apostolicas Reuerendissimo in Christo patri, & domino domino B. &c. Cardinali vni, ex executoribus in eisdem litteris Apostolicis specialiter deputato præsentauit, ipsumque, vt ad eorum & in eisdem contentorum executionem procederet, debitè requisiuit. Idem tunc dominus Cardinalis, & executor attendens requisitionem huiusmodi fore iustam & consonam rationi, volensque mandatum Apostolicum huiusmodi reuerenter exequi, vt debebat, processus desuper necessarios, & opportunos dicto quondam domino Ioan. Cardinali decreuit, & concessit, censurasque fulminauit, mandauitque, & subdelegauit, ac alias, & alia fecit, prout & quemadmodum in processibus desuper sub data Romæ in domo habitationis suæ, sub anno à natiuitate Domini millesimo, &c. inditione v. die N. mensis N. pontificatus dicti domini N. Papæ N. anno N. confectis, ad quos, & in eis contenta procurator quo supra nomine se refert, hicque dat positionum & articulorum loco, quatenus tamen pro se, dictaque parte sua, & contra partem aduersam faciant, & non aliàs, etc.

Item quòd dictus quondam Ioan. existens, sic vt in pręmissis articulis repetitis articulatur, ponitur, & deducitur dudum ante tempus, & tempore obitus sui infradicendi canonicus pręberdatus ecclesiæ N. C. diœcesis, ac in ipsorum canonicatus & præbendę; iuriumque, & pertinentiarum omnium eorumdem possessione seu quasi pacifica, & quieta dudum post primam, & ante vltimam dies mensis Aprilis, & sic in mense seu turno tunc Apostolico, & qui expectantibus Apostolicis vigore gratiarum suarum cedit anno N. millesimo, &c. extra Romanam Curiam, & in partibus diem vitæ suæ clausit extremum; quòdque per ipsius quondam Ioan. obitum dicti canonicatus & præbendæ tàm de iure, quàm de facto tunc vltimo verè vacarunt, atque post gratiam & reseruationem huiusmodi primi in mense Apostolico, qui expectantes vigore gratiarum suarum expectatiuarum huiusmodi cadit vacantibus reputati fuerunt palam, publicè, & notoriè. Et sic fuit, etc.

Item quòd huiusmodi canonicatu & præbenda, sic vt pręmittitur, vacantibus præfatus quondam dominus Ioan. Cardinalis vigore gratię reseruationis & processuum suorum prædictorum dictos canonicatum, & prębendam, sic vt præfertur, in dicta ecclesia N. dictæ diœcesis in mense Apostolico vltimo vacantibus coram discreto viro N. clerico talis diœcesis, &c. notario cum protestationibus consuetis acceptauit, ac eosdem per eumdem magistrum N. notarium in vim clausulæ generalis, Cæterum, &c. ad hoc assumptum auctoritate Apostolica sibi conferri & assignari, necnon prouideri obtinuit de eisdem, prout & quemadmodum in quibusdam publicis documentis sub data anno Domini, &c. die N. mense N. desuper confectis, ad quę & in eis contenta procurator quo supra nomine se refert, hicque etiam dat pro positionibus & articulis, quatenus tamen pro se, dictoque H. parteque sua, & contra partem aduersam facere possint, & non aliàs, &c.

Item quòd præfatus quondam d. Ioan. Cardinalis dudum ante tempus, & temporibus datę gratię reseruationis & processuum, necnon acceptationis, collationis, & prouisionis prędictorum fuit, & erat, sacrosanctę Romanę Ecclesiæ, &c. presbyter Cardinalis, ac in Cardinalatus honore, & dignitate, iuriumque & pertinentiarum omnium eius possessione vel quasi pacifica et quieta constitutus in communione fidelium, aliàsque habilis et idoneus ad dictos canonicatum, & prębendam, de quibus ad pręsens agitur, habendum, & tenendum, seque pro tali, et vt talem habuit, tenuit, nominauit, & reputauit, fuitque ab alijs pro tali, & vt talis habitus, tentus, nominatus, & reputatus palam, et publicè. Et sic fuit, &c.

Item quòd similiter ante dicta tempora, & dictis temporibus pręfatus magister N. notarius vocabatur his nomine & cognomine, videlicet N p. fuitque tunc idem magister N. clericus talis diœcesis publicus tàm Apostolica, quàm Imperiali auctoritatibus notarius fidelis, et legalis, tuncque et nunc ad eum, vt ad talem communis hominum habebatur, et hodie habetur recursus in cõmunione fidelium, aliàsq; habilis, et idoneus ad conferendum, et prouidendum, aliàsq; & alia quæ in præmissis fecisse dicitur faciendum, seque pro tali, &c.

Item quòd pręmissa omnia & singula.

Vltra præmissa similiter reperit hic, & pro repetitis haberi vult, et intendit procurator

quo

quo supra nomine omnes & singulas positiones & articulos, litteras, scripturas, processus, instrumenta, et munimenta acta et actitata, ac publica documenta quæcumque & qualiacumque fuerint, tàm coram vobis Reuerendo patre domino Ioan. quàm alijs quibuscumq; iudicibus commissarijs, seu auditoribus pro partibus, et ad instantiam quorumdam H. et L. assertorum clericorum, & dicti domini quondam Ioan. Cardinalis successiuè, & aliàs qualitercumque datis, et exhibitis cum eorum legitimis desuper factis probationibus, hicque dat pro positionibus et articulis, quatenus tamen pro se, dictaque parte sua, necnon pro iam dicti mandati seu gratiæ de surrogando verificatione, & contra partes aduersas faciant, seu facere valeant, & non aliàs, aliter, neque alio modo, de quo protestatur solemniter et expresse.

Ex quibus quidem positionibus et articulis, alijsque iuribus et munimentis actis, et actitatis repetitis, clarè, et notoriè patet, et constat, quòd postquam dictus dominus H. aduersarius prefatum N. nunc intrusum de, & super eisdem canonicatu, et prebenda, de quibus agitur, corā diuersis dicti palatij Apostolici causarum auditoribus diutius litigando tres conformes diffinitiuas adiudicatorias certæ suæ gratiæ Apostolicæ expectatiuæ canonicatorias, quarum vltima in rem transiuit iudicatam, sententias reportasset litteris etiam executorialibus desuper subsecutis, dictus quondam dominus Ioan. Cardinalis causam et causas contra et aduersus prefatum H. de, et super dictis canonicatu, et prebenda, de quibus impræsentiarum agitur R. patri domino T. etc. auditori specialiter committi, ipsamq; et ipsas per procurationis mandati productionem, exhibitionem et admissionem introduci fecit. Et ita fuit, etc.

Item ponit idem procurator iam dicto nomine, quòd causa seu causis huiusmodi, sic vt præmittitur, per mandati productionem, exhibitionem, et admissionem productis, ac indecisis pendentibus præfatus quondam dominus Ioa. Cardinalis, dudum videlicet post primam et ante vltimam dies mensis A. anno à natiuitate Domini, etc. sicut altissimo placuit, diem vitæ suæ clausit extremum; quòdque per ipsius quondam domini Ioan Cardinalis obitum, omne ius quod eidem in dictis canonicatu, et prebenda seu ad illos competijt, seu competere potuit, vacauit, et pro vacantibus verè reputatum fuit palam, et publicè, etc.

Item quòd premissis seu aliquibus ex eis ad id sufficienter, et nonnullis alijs præfato S. d. N. N. Papæ moderno expositis, idem dominus noster statum causę huiusmodi, necnon omnia & singula beneficia ecclesiastica cum cura, quæ prefatus dominus H. ex quibus dispensationibus Apostolicis tunc obtinebat, & expectabat, ac in quibus, & ad quę ius sibi quomodolibet competebat, quęcumque, quodcumque, et qualiacumque fuerunt, eorumque fructuum, redditúum, et prouentuum veros valores annuos, ac ipsarum dispensationū tenores pro expressis habens causam ipsam ab eodem d. N. auditore ad se aduocans, ipsamque et litem huiusmodi quo ad dominum H. et quondam Cardinalem prefatum penitus extinguens, volensque dicto domino H. apud ipsum de vita, ac morum honestate, alijsque laudabilibus probitatis, et virtutum meritis, quibus apud ipsum fidedigno commendabantur testimonio gratiam facere specialem per suas certi tenoris litteras sub data eius anno Incarnationis Dominicæ millesimo, etc. idibus Iunij, pontificatus sui anno N. vobis R. p. domino Auditori præfato inter alia dedit in mandatis, quatenus vos R. p. dominus Auditor prefatum H. dummodo ipse in eisdem canonicatu, et præbenda intrusus non esset in omni iure, et ad omne ius siquod eidem quondam dom. Ioan. Cardinali tempore sui obitus supradicti in eisdem canonicatu et prebenda, vel ad illos quomodolibet competit aut competere potuit, auctoritate Apostolica surrogaretis, dictumque sibi ius conferretis et prouideretis etiam de eodem, ipsumq; dominum H. ad huiusmodi ius, eiusque; necnon litis et causæ prosecutionem, et defensionē in eo statu, in quo causam ipsam inueniretis, et in quo idem Cardinalis tempore sui obitus fuerat, et si vixisset, potuisset et debuisset admitti, aliàsque et alia faceretis, prout in litteris Apostolicis desuper sub data prædicta confectis, ad quas et in eis contenta se refert dictus procurator quo supra nomine, hicque dat positionum et articulorum loco, quatenus tamen faciant pro se, dictaque parte sua prædicta, et contra partes aduersas, et non aliàs, etc.

Item ꝙ prefatus dominus H. gratiam Apostolicam seu mandatum de surrogando huiusmodi sciuit, ipsumq; ratum, et gratum habuit, et habere se dixit, prout scit, habet, et dicit, litterasque Apostolicas desuper expediri fecit, procurauit, ipsasq; vobis R. p. dño Io. Auditori prefato presentauit, vosq; R. p. d. Auditor seruatis seruandis iuxta earumdem vim, formam et tenorem dictum dominū H. in, et ad omne ius præfatum surrogastis, aliàsque et alia fecistis, prout in actis causæ huiusmodi, et in, de et super per v. p. surrogationis processu decreto, et confecto, ad quem et quæ, ac in eis contenta

tenta dictus procurator quo supra nomine se refert, hicque dat pro positionibus et articulis, quatenus tamen pro se, dictaque parte sua, et contra partem aduersam facere videantur, et non aliàs, aliter, neque alio modo.

Item quòd veritas fuit, et est præter id, et absq; eo, quòd præfatus dominus H. ante tempus, et tempore datæ dictarum litterarũ Apostolicarum, et processuum fuerit, aut hodie sit in dictis canonicatu, et præbenda intrusus, quinimmo veritas fuit, et est, quòd dictus dominus H. ab huiusmodi intrusione se semper abstinuit et abstinet de præsenti palam, et publicè. Et sic fuit, etc.

Item quòd similis veritas fuit, & est præter id & absque eo, quòd dudum ante tempus, & tempore datæ dicti mãdati Apostolici de surrogando fructus, redditus, & prouentus dictorum canonicatus & prębendæ xxij. mar. ar. se. com. exti. va. an. non excesserunt, nec excedunt de pręsenti, quinimmo veritas fuit, quòd dicti fructus, redditus, & prouentus, canonicatus, & prębendæ prædictorum dicto tempore longè infra dictum valorem annum comprehẽsi fuerunt, & comprehenduntur de præsenti. Et quòd sic fuit, &c.

Item ꝙ præfatus dominus H. dudum ante tempus, & tempore datę litterarum & mandati, necnon processus, & surrogationis prędictorum fuerat & erat, ac de præsenti, & clericus secularis, habitum, & tonsuram publicè, & honestè deferens clericales, in, de, & ex legitimo matrimonio procreatus in communione fidelium existens, aliàsque habilis & idoneus ad dictos canonicatum & præbendam, de quibus hic agitur, regendum, tenendum, & gubernandum, seq; ꝓ tali & vt talẽ habuit, tenuit, nominauit, & reputauit, fuitq; ab alijs pro tali, &c.

Item quòd omnes & singuli in productis, & producendis ꝓ parte sua nominati saltem adhuc viuentes fuerunt, & erant dictis temporibus tales quales in istis describuntur, & nominantur in communione fidelium, aliàsque habiles & idonei ad omnia illa, quę in pręmissis, & circa ea fecisse, & exercuisse dicũtur faciendum; seque pro talibus, & vt tales habuerunt, tenuerunt, nominarunt, & reputarunt, fueruntque ab alijs pro talibus, &c.

Item hic dat libellum partis suæ, omniaque alia, & singula producenda pro positionibus et articulis, quatenus tamen pro se, parteque sua, & contra partem aduersam faciant, & non aliàs, aliter, neque alio modo, &c.

Item dat hic de notarijs, &c.

Item quòd præmissis omnibus, & singulis, necnon eo quòd gratia Apostolica siue mandatum de surrogando & conferendo, ac prouidendo, necnon processus surrogationis huiusmodi præfato d. H. vt præmittitur, facta, & lite pendente huiusmodi corã vobis producta existant non obstantibus: nihilominus tamen pręfatus N. aduersarius, cui in, et ad huiusmodi canonicatum, & præbendam, de quibus agitur, nullum vmquam omnino ius competijt neque competit de præsenti, de dicto d. H. ac gratiæ siue mandato de surrogando, conferendo, & prouidendo, necnon processui surrogationi desuper decreto prædictis, ac aliàs bono iuri idẽ domino H. in eisdem canonicatu, & præbenda quomodolibet competenti temerè, & de facto, cum de iure non potuerit, neque posse opposuit, et opponit, ipsumque dominum H. de et super eisdem canonicatu, & præbenda indebitè impediuit, et multipliciter molestauit, vexauit, perturbauit, et inquietauit, prout impedit, molestat, vexat, perturbat, & inquietat de pręsenti, fecitque et facit, quominus gratia siue mandatum de surrogando, conferendo, et prouidendo huiusmodi suum debitum sortiri poterit, seu sortiantur effectum, dictusque dominus H. possessionem vel quasi eorumdem canonicatus, et præbendæ saltem tenere et retinere, fructusque, redditus, et prouẽtus, ac emolumenta ex eisdem prouenientes, seu prouenientia percipere & leuare, ac in suos, ipsorumque canonicatus et præbendę laudabiles vsus conuertere possit, & valeat saltem pacificè et quietè, vt deberet, in animæ suæ grauè periculum, dictique d. H. damnum non modicum, et iacturam.

Item quòd de præmissis omnibus, etc.

Quare petit dictus procurator quo supra nomine per vos R. p. dominum Auditorem, vestramque diffinitiuam sententiam pronunciari, decerni, etc.

Pręmissa omnia et singula tàm coniunctim, quàm diuisim, etc.

Saluo iure, etc.

Et protestatur, etc.

Articuli super gratia si nulli.

Positiones et articulos infrascriptos ac contenta, et descripta in eisdem tàm coniunctim, quàm diuisim, ac narratiuè et dispositiuè, et de quolibet dat, facit, etc.

In primis antedictus procurator quo supra nomine ponit. Pone existentiam cathedralis.

Item ꝙ à dictis temporibus, et per ipsa tempora inter cęteras collegiatas ecclesias in dicta diœcesi L. existens. Pone existentiã collegiatę.

Item quòd ab eisdẽ temporibus, & per ipsa tempora inter cætera altaria in dicta collegiata ecclesia N. diœcesis existentia, fuit, esseque consue-

consueuit, prout de presenti est quoddam altare dictum communiter, & appellatum altare beatæ M. quod quondam N. dudum ante tempus, & tempore obitus sui infradicendi tenebat, & possidebat, clerico seculari in titulum perpetui beneficij ecclesiastici conferri, & assignari, per talem regi, & gubernari solitum, & consuetum palam, & publicè. Et sic fuit, &c.

Item ꝙ similiter à temporibus, & per tempora supradicta inter cæteras parochiales ecclesias in dicta diœcesi N. eiusq; fines, & limites existentes, fuit, esseque consueuit, prout de præsenti est quædam parochialis ecclesia dicta communiter, et appellata parochialis ecclesia N. ac inter cætera altaria inhibi existētia, fuit, esseque consueuit, prout de præsenti est quoddam altare dictum communiter, et appellatum altare sancti Io. quod quondam Ia. N. dudum ante tempus, et tempore obitus sui infradicendi tenebat, et possidebat, clerico seculari in titulum perpetui beneficij ecclesiastici conferri, & assignari, et per talem regi, et gubernari solita, et consueta palam, etc.

Item quòd dictus quondam Ioan. existens, sic vt premittitur, curialis, dudum videlicet de anno Domini, M. &c. et de mense Augusti vel citra præfato domino nostro sanctissimo, pro tunc in dicta Mantuanensi existens in ciuitate diem vitæ suæ clausit extremum palam, & publicè. Et sic fuit, et est verum.

Item ponit, et si necesse fuerit, probare intendit, quòd cōmuniter, et leuissime sine omni fatiga infra duos dies potest equitare quis de ciuitate C. prædicta vsque ad vrbem Rom. Et sic fuit, et est verum.

Item ꝙ plures cursores siue nuncij, dummodo qualitas negotij id exigebat, in vno die cum dimidio duntaxat die interdum huiusmodi iter siue viā de ciuitate C. predicta versus Rom. Curiam siue vrbem fecerunt. Illudq; iter tàm pedester, quàm equester perambularunt palam, & publicè. Et sic fuit, etc.

Item quòd præmissa omnia et singula fuerunt, erant et sunt vera, etc.

Præmissis igitur veris existentibus, prout verissima sunt, clarè constat dicta duo altaria, videlicet N. et N. fuisse et esse dispositioni Apostolicæ reseruata.

Item quòd præmissis omnibus, et singulis non obstantibus quidam Ioan. et N. asserti clerici in huiusmodi causa aduersarij, quibus seu eorum alteri in dictis altaribus seu ad ea respectiuè nullum vmquam ius competijt neque competit se gratiæ siue mandato de prouidendo, necnon bono iuri dicto domino Io. in, et ad altaria huiusmodi quomodolibet competenti temerè, et de facto, cum de iure nō potuerunt, neq; possunt, opposuerunt, & opponunt, ipsumque desuper molestarunt, vexarunt, perturbarunt, & impediuerūt, prout molestant, vexant, perturbant, inquietant, & impediunt; ac quilibet eorum molestat, vexat, perturbat, inquietat, & impedit, feceruntque & faciunt, ac quilibet eorum fecit, & facit, quominus dictus d. Io. altaria N. et N. necnon N. eorumq; possessionem hactenus assequi, illaque, necnon altare sancti N. prædicta pacificè tenere, & possidere, fructusque, redditus, et prouētus ex eisdem prouenientes percipere, et leuare pacificè, et quietè potuerit siue possit, quinimmo, quod deterius est, Io. in altari N. necnon P. in altari C. eorumque possessionibus contra reseruationem huiusmodi nullo desuper iure suffulti se intruserunt, prout intrusi sunt de præsenti, in animarum suarum, et cuiuslibet ipsorum perpetuam damnationem, dictique d. Ioan. preiudicium non modicum, et grauamen palam, et publicè. Et sic fuit, etc.

Quare petit dictus procurator, etc.

Saluo iure addendi, etc.

Et protestatur, etc.

Articuli super gratia si nulli.

Pro verificatione gratiæ si nulli, de et super hospitali siue prioratu beatæ M. de M. B. diœcesis, super quo, et cuius occasione ad præsens agitur per R. p. d. B. T. vtriusq; iuris doctorem, etc. Auditorem per sanctissimum in Christo patrem, et dominum nostrum dominum N. diuina prouidentia Papam N. gratiosè factæ, ac aliàs ad omnes finem, et effectum meliores, in quem seu quos id fieri potest, procurator, et eo nomine dicti d. L. partis suæ dat, facit, et exhibet positiones, et articulos infrascriptos tàm coniunctim, quàm diuisim, narratiuè, et dispositiuè, quibus sic singulariter singulis per partes in huiusmodi causa aduersas medijs suis iuramentis per verbum credit, vel non credit, responderi, et si negati fuerint, illos probare intendit, seque et partem suam prædictam ad probandum illos admitti petit: ad superfluam tamen probationem se nullatenus astringens, de quo protestatur expressè.

In primis enim procurator quo supra nomine repetit hic, et pro repetitis haberi vult, et intendit omnes, et singulos positiones, et articulos, aliàsque materias articulatas in huiusmodi causa de iure præfati domini L. partis suæ datos cum probationibus desuper factis, actaque, et actitata in causa huiusmodi habita, hicq; dat loco positionum et articulorum pro verificatione gratiæ si neutri supradictæ; quatenus tamen pro se, dictaque parte sua, et contra

partes

partes sibi in huiusmodi causa aduersas faciant, siue quouismodo facere videantur, et non aliàs, aliter, neque alio modo, de quo solemniter protestatur.

Ex quibus sic repetitis clarè constat, quòd postquam felicis recordationis N. Papa N. hospitale prædictum ad instantiam religiosorum virorum Bartholomæi Abbatis, et conuentus monasterij sancti Petri de Muscheto ordinis vallis Vmbrosæ Florentinẽsis diœcesis, ex certis per ipsos Abbatem, & conuentum ipsi Eugenio, licèt minus veraciter expositis causis, cum asserta suppressione nominis eiusdem hospitalis, & amotione cuiusdam Alexandri de Sambotarijs, qui in duodecimo vel circa suæ ætatis anno constitutus, illud tunc de facto obtinebat à detentione huiusmodi in prioratum sine cura dicti ordinis per monachos dicti monasterij ab illo pro solo nutu Abbatis pro tempore existentis amouibiles tenendum, regendum, & gubernandum erigi, ac cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis eidem monasterio perpetuò vniri, & incorporari per quosdam primò, & deinde cum eidem Abbas dicti hospitalis per eum possessione apprehensa, illud ex tunc per vnum ex monachis dicti monasterij aliquamdiu regi & gubernari fecerat, suppressionem, vnionem, erectionem, incorporationem huiusmodi, omniaque & singula in ipsis Apostolicis litteris contenta, prçter illius Alexandri amotionem, & quæcumque inde secuta ex rationabilibus tunc sibi expressis causis reuocari, & annullari, ipsasque vnionem, & incorporationẽ dissolui, necnon hospitale prædictum ad statum pristinum restitui, & illud præfato domino Lu. sub certis modo, & forma per alias suas litteras committi mandauerat, & quòd tamdem idem hospitale dicto Alexan. ab illius detentione amoto tunc vacans auctoritate quacumque aliarum dicti Eugenij litterarum, per quas illud cui prioratum conuentualem dicti ordinis per priorem perpetuum per illius conuentum vacatione occurrente tempore eligendi, regi, & de illo Antonio Dominici de Papia monacho monasterij vallis Vmbrosæ Fesulanensis diœcesis prouideri mandabatur, in huiusmodi prioratum erectus fuerat, & quòd inter ipsum Antonium, & quemdam Ioan. de Bononia dicti ordinis monachum super huiusmodi prioratu, quem Io. se tunc canonicè regere, & gubernare, & Anto. prædicti ad se de iure spectare asserebant materia qu̧stionis; quòdque sanctissimus in Christo pater, & dominus noster dominus N. diuina prouidentia Papa N. causam, & causas huiusmodi Reuerendo in Christo patri, & domino domino Ruberto Episcopo Vulterano, tunc in Romana Curia residenti, ad dicti Antonij instantiã primò, & deinde eo de medio sublato ex certis causis diuersis successiuè sacri palatij Apostolici causarum auditoribus, & tamdem vobis Reuerendo patri domino P. de Valle palatij Apostolici causarum auditori audiendas commisit, & fine debito terminandas, qui aliquali per eum in causa huiusmodi cõtracto processu præfatum dominum Ludouicum de L. pro suo interesse apud acta repetita deductum ad causam huiusmodi iuxta desuper sibi factam, & præsentatam, commissionem admisit, & deinde in causa, & causis huiusmodi ad nonnullos actus, citra tamen causæ conclusionem processit. Et sic fuit, & est verum.

Item ꝙ prçmissis prçfato sanctissimo domino nostro ꝑ parte eiusdem d. L. expositis, subiunctoque quòd à nonnullis asseritur nullum dictorum litigãtium in prioratu, vel si fortasse vltima de illo facta erectio canonica non fuerit, & propterea hospitale censeretur in huiusmodi hospitali vel ad illum, seu illud ius habere, idem sanctissimus dominus noster N. statum causæ huiusmodi pro expresso habens, ac dicto d. L. Auditori gratuitorum deuotionem obsequiorum suæ Sanctitati, & Sedi Apostolicæ impensorum, meritorumque suorum intuitu specialem gratiam facere, necnon omnia, & singula beneficia ecclesiastica secularia, & regularia cum cura, & sine cura, quæ etiam ipse ex quibusuis dispensationibus Apostolicis in titulum vel in commendam obtinebat, & expectabat, & in quibus, & ad quæ ius sibi quomodolibet competebat siue competere poterat, quæcumque, quodcumque, & qualiacumque forent, eorumque fructuum, redditimum, & prouẽtuum veros valores annuos, dispensationumque huiusmodi tenores: necnon quarumcumque sibi super quibuscumq; fructibus, redditibus, & prouentibus ecclesiasticis concessas pensionum quãtitates pro expressis haberi volens R. p. d. per certi sui tenores litteras Apostolicas dedit inter alia in mandatis, quatenus si per euentum litis huiusmodi vobis constiterit, nulli litigantiũ prçdictorum in ipso prioratu, vel si vltima erectio huiusmodi non subsistat, in hospitali huiusmodi ius competere eumdem L. erectionem huiusmodi subsistentẽ in prioratu; alioquin in hospitali huiusmodi siue per Alexandri amotionem, aut eius obitum, tunc ex eo quòd dictus Anton. suis culpis & demeritis exigentibus ipso prioratu auctoritate ordinaria per diffinitiuam sententiam, quæ nulla prouocatione suspẽsa in rem transiuit iudicatam, priuatus, & ab illo amotus fuit, siue aliàs quouismodo, aut ex alterius cuiuscumque persona siue per liberam resignationẽ

alicuius

alicuius extra dictam curiam etiam coram notarijs, et testibus spontè factam, siue aliàs quouismodo, aut ex alterius cuiuscumque persona esset, si subsistentis erectione prędicta prioratus ipse conuentualis sit, et tanto tempore vacauerit, quòd eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilij ad Sedem Apostolicam legitimè deuolutus, idemq; prioratus specialiter, et si conuentualis foret, vt pręfertur, propterea vel aliàs generaliter reseruatus existat, et ad illum consueuerit quis per electionem assumi, aut inter aliquos alios litigiosos existeret: erectionem autem non subsistentem, in ipsius hospitalis perpetuum administratorem auctoritate Apostolica constituẽdum et deputandum, illumque vel illud, et eius perpetuam administrationem sibi eadem auctoritate committendum, ipsumque in corporalem et actualem possessionem inducendum, ita quòd ipse L. de fructibus, redditibus, et prouentibus præfati prioratus siue hospitalis, quoad vixerit, disponere, et ordinare liberè, et licitè valeret sicuti veri, et indubitati illius priores siue rectores pro tempore existentes facere, et disponere de illis possent, et deberent, aliàsque et alia facere, prout in litteris Apostolicis sub data Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, etc. tertio nonas A. pontificatus præfati domini nostri Papæ N. anno N. desuper confectis, ad quas, et in eis contenta se refert dictus procurator quo supra nomine, easque et in eis contenta hic dat pro positionibus et articulis, inquantum pro se, parteque sua, et contra Ant. et Ioan. aduersarios faciant, siue facere videantur, et non aliàs, aliter, neque alio modo, de quo protestatur, plenius continetur, et habetur.

Item quòd pręfatus dominus L. gratiam huiusmodi sibi, sic vt præmittitur, gratiosè factam sciuit & scit, illamque gratam, & ratam habuit, prout habet, & habere se dixit, & dicit litteras Apostolicas, vt pręfertur, desuper fieri fecit & procurauit. Et quòd sic fuit, &c.

Item ꝙ à xx. annis proximè, & immediatè præteritis citra & supra fructus, redditus, & prouentus dicti prioratus siue hospitalis, super quo ad pręsens agitur, tempore gratiæ prædictæ cc. & l. flor. auri de Camera se. com. exti. va. an. non excesserunt, prout nec hodie excedunt, quinimmo longè fuerũt, prout sunt infra eumdem valorem. Et sic fuit, & est verum.

Item quòd à quatuor, quinque annis proximè, & immediatè præteritis continuè citra & supra, & sic dudum ante tempus & tempore gratiæ si nulli huiusmodi præfatus dominus L. de L. fuit & erat, prout est doctor vtriusque iuris domini nostri N. capellanus, & ipsius sacri palatij Apostolici causarum Auditor, in, ex & de legitimo matrimonio procreatus, maior xxv. annis, ac aliàs habilis, & idoneus ad huiusmodi prioratũ siue hospitale prætextu gratiæ prædictæ perpetuæ administrandum, seque pro tali, & vt talem habuit, &c. fuitq; ab alijs, &c. prout habetur, tenetur, &c. palam, &c. Et sic fuit, &c.

Item dat producta, & producenda pro parte sua pro positionibus, & articulis, quatenus tamen pro se, parteque sua, & contra partes aduersas faciunt, siue quouismodo facere videantur, & non aliàs, aliter, neque alio modo, de quo protestatur.

Item quòd omnes, & singuli superius, ac in productis & producendis, &c.

Item quòd præmissis non obstantibus dicti An. & Io. quibus seu eorum alteri nullum vmquam ius in prioratu siue hospitali huiusmodi competijt siue competit se gratię si nulli, mandatoque de committendo dictum prioratum siue hospitale pręfato domino L. sic vt pręmittitur, auctoritate Apostolica gratiosè concessum, bonoque iuri, in, seu ad illum vel illud competenti temerè, & de facto, cum de iure non potuerint, neque possunt, opposuit, & opponit, desuper multipliciter vexarunt, perturbarunt, & impedierunt, fecerumtque & faciunt, & eorum quilibet facit, quominus gratia siue mandatum huiusmodi suum debitum sortiatur effectum, ipseq; dominus L. illius vigore prioratum siue hospitale huiusmodi assequi, & illius fructus, redditus, & prouentus percipere, & in suos ac prioratus siue hospitalis vsus conuertere posset, & deberet, & quod deterius est, dictus Ioan. de N. se in prioratu siue hospitali huiusmodi intrusit, prout intrusus est de præsenti, fructus, redditus, & prouentus ex eodem prouenientes leuando, & in suos damnabiles vsus conuertendo in animæ suę grauè periculum, dictique domini L. pręiudicium nón modicum damnum, & grauamen.

Quare petit dictus procurator quo supra nomine per vos R. p. d. P. de Valle Auditorem pręfatum, vestramque diffinitiuam sententiam pronunciari, decerni, & declarari, gratiã si nulli, mandatumque Apostolicum de prouidendo huiusmodi, ac omnia & singula fuisse, & esse canonicas, & canonica, suumq; debitũ debuisse, & debere sortiri effectum, dictumq; dominũ L. in prioratus, vel si forte vltima erectio huiusmodi non subsistat in huiusmodi iurium, & pertinentiũ omnium eiusdem perpetuum administratorem auctoritate Apostolica constituendum, & deputandum, illumq; vel illud & eius perpetuam administrationem sibi eadem auctoritate committendã fore, ac per vos constitui,

ftitui, deputari, et committi, dictisque An. et Io. aduersarijs tàm coniunctim, quàm diuisim, in, seu ad prioratum siue hospitale huiusmodi nullum vmquam ius competijsse, neque competere, præfatum Ioan. ab occupatione, & detentione prioratus siue hospitalis huiusmodi tollendum, & amouendum, necnon eumdem dominum L. in, & ad realem, corporalem, & actualem possessionem prioratus, vel si erectio pręfata viribus non subsistat, hospitalis, iuriumque, & pertinentiarum omnium eiusdem ponendum, & inducendũ fore, & per vos tolli, amoueri, poni, & induci; intrusionesque, detentiones, & occupationes per Ioa. oppositionesque, vexationes, perturbationes, & impedimenta per Ioan. & An. pręfatos eidem domino L. sic vt pręmittitur, factas, & præstitas, factaque & præstita fuisse, & esse temerarias, illicitas, iniquas, indebitas, & iniustas, temerariaque, illicita, iniqua, indebita, & iniusta, ac de facto præsumptas, & pręsumpta, sibique super ipsis, ac prioratu siue hospitali pręd ictis perpetuum silentium imponendum, necnon Io. in fructibus ex prioratu siue hospitali huiusmodi à tempore intrusionis siue citra perceptis, necnon ipsum, ac Ant. præfatos tàm coniunctim, quàm diuisim in expensis huiusmodi in causa propterea legitimè factis de fructibus percipiendis, expensis fiendis, damnis & interesse sustinendis, solemniter protestando condemnandos fore, & per vos cõdemnari, ac aliàs in, de & super pręmissis omnibus & singulis sibi per vos fieri breue iustitiæ complementum.

Pręmissa omnia, & singula tã cõiunctim, &c.
Saluo iure addendi, etc.
Et protestatur, &c.

Articuli super expectatiua vbi est canonicus creatus.

Positiones & articulos infrascriptos, ac contenta & descripta in eisdem, tàm coniunctim, quàm diuisim, ac aliàs narratiuè & dispositiuè de quolibet, dat, facit, & exhibet procurator & eo nomine honorabilis viri domini M. canonici ecclesiæ, ac in vtroque iure bacchalarij, quibus et eorum singulariter singulis sic petit per partem in huiusmodi causam aduersam medio suo iuramento per verbum credit, sufficienter responderi: seque ad eosdem probandum si negati fuerint in Romana Cur. & extra admitti, remissionemque desuper, si & quatenus opus fuerit, decerni petit & concedi, citra onus tamen superfluæ probationis, de quo protestatur expresiè.

In primis enim de existentia cathedralis vel Metropolitanæ ecclesiæ.

Item de existentia canonicatus & pręben dæ, quos quondam Io. de N. &c.

Item ꝙ sanctissimus in Christo pater & dominus noster Papa N. &c. volens pręfato D.H. de litterarum scientia, vitæ ac morum honestate multipliciter commendato, pręmissorum meritorum suorũ intuitu gratiam facere specialem, pridie videlicet sub data Ro. apud sanctum Petrum, &c. pontificatus sui anno N. canonicatum ecclesiæ N. cum plenitudine iuris canonici contulit, et de illo etiam prouidit: pręben dam verò, necnon officium eiusdem ecclesiæ etiam si ad officium huiusmodi consueuerit quis per electionem assumi, necnon beneficium ecclesiasticũ cum cura vel sine cura, cuius fructus, redditus, & prouentus, si cum cura xxv. si verò sine cura xviij. mar. au. se. tax de va. an. non excedunt ad collationem, prouisionem, præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem dilecti filij rectoris parochialis ecclesiæ oppidi in A.M. diœcesis pertinẽs si quod vacabat, aut cum simul vel successiuè vacarent, quòd dominus H. per se vel procuratorẽ suum ad hoc legitimè constitutum infra vnius mensis spatium, postquam sibi vel eidem procuratori suo vacatio illius innotesceret, duxerit acceptandum, conferendum sibi post acceptationem huiusmodi, cum omnibus iuris & pertinentijs suis donationi Apostolicæ reseruauit, districtius inhibuit, irritum decreuit, ac inter cætera statutum, & consuetudinem de optando quæ in dicta ecclesia vigere dicũtur, et quibus caueri dicitur, quòd in aliqua ecclesiarum huiusmodi vel locorum illorum nullus maiorem pręben dam assequi valeret, nisi ad illam de minori ad maiorem præbendam gradatim per optionem ascenderet, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis expresiè derogauit, executores deputauit, aliàsque & alia plura fecit, et fieri voluit, prout in litteris Apostolicis desuper confectis, ad quas, et contenta in eisdem dictus procurator se refert, illasq; hic dat pro positionibus & articulis, inquãtum faciunt pro se, et parte sua, et contra partem aduersam, et non aliàs, aliter, neque alio modo plenius continetur. Et sic fuit, & est verum.

Item ꝙ præfatus dominus H. gratiã huiusmodi, sic vt pręmittitur, factam, sciuit et scit, illamque ratam et gratam habuit, & habere se dixit, ac dicit, ac litteras Apostolicas desuper expediri fecit, easque R. patri domino B. Episcopo N. executori, cum certis suis alijs collegis, cum clausula, quatenus vos vel duo vestrũ, etc. deputato præsentari, litterasque et processus, sententias et censuras in se continentes, in forma solita decerni, cõcedi, & fulminari fecit, & pro-

& procurauit, aliàsque & alia tàm executor, quàm H. antedictus fecit, fierique præcepit, & mandauit, prout in desuper cōfectis documentis publicis, ad quę & in eis contenta se refert, hicque dat pro positionibus & articulis, quatenus tamen pro se, &c.

Item quòd pręfatus quondam Ioan. de N. dudum ante tempus, & tempore obitus sui infra dicendi fuit & erat canonicus præbendatus dictæ ecclesiæ N. ac in ipsorum canonicatus & prębendæ, super quibus ad præsens agitur, iuriumque & pertinentiarum omnium, eorumdem possessione, seu quasi pacifica & quieta: seque pro tali, & vt talem habuit, tenuit, nominauit, & reputauit; ac fuit ab alijs eius notitiam habentibus pro tali, & vt talis habitus, tentus, etc. Et sic fuit, & est verum.

Item ꝙ dictus quondam Ioa. de N. existens, sic vt pręfertur, canonicus præbendatus, necnon in ipsorum canonicatus et præbendæ, iuriumque et pertinentiarum omnium, eorumdem possessione, seu quasi pacifica et quieta, dudum videlicet post vij. Martij, et ante viij. dies mensiū Aprilis, anni Domini M.ccccLxx. extra Rom. Cur. et in partibus diem vitæ suæ clausit extremum; quòdq; per ipsius quondam Ioan. obitum dicti canonicatus et maior præbenda, de quibus in præsenti causa agitur, tunc de iure, et de facto verè vacarunt, ac vacare, et pro vacuis reputati fuerunt palam, et publicè. Et quòd sic fuit, et est verum.

Item ꝙ dictos canonicatum, et prębendam, sic vt præmittitur, vacātes, præfatus H. eosdem gratiæ et processuum prædictorum vigore infra tempus debitum, ac aliàs legitimè in et sub protestationibus in talibus fieri solitis acceptauit, sibique de eisdem per dominum C. de C. notarium publicum tamquam subexecutorem vigore clausulæ, Cæterum, etc. in processibus contentæ requisitū prouideri obtinuit, et alias in talibus necessarias et opportunas diligētias fecit, ac acceptationis, et prouisionis, necnon litterarum et processuum prędictorum vigore eorumdem canonicatus et prębēdæ, super quibus agitur, possessionem corporalem, realem, et actualem assecutus extitit, eosque continuè citra possedit, et tenuit, prout tenet, et possidet de pręsenti, prout in documentis publicis desuper confectis, ad quę et in eis contenta se refert procurator pręd.ctus quo supra nomine procuratorio, hicque dat pro positionibus et articulis, quatenus tamen pro se, et parte sua faciant, siue quomodolibet facere videantur, et non aliàs, aliter, neque alio modo, de quo protestatur, plenius continetur et habetur. Et sic fuit, et est verum.

Item quòd ab vno, duobus, &c. & decem annis, &c. & sic dudum ante tempus, & tempore gratiæ habuit, &c.

Item de habilitate executoris.

Item ꝙ à decem annis proximè & immediatè præteritis continuè, citra & supra, & se dudum ante tempus, & tempore datæ gratiæ prouisionis de dictis canonicatu & præbenda ecclesię, necnon ipsi d. H. per pręfatum C. sic vt pręmittitur, factæ, ꝙ R. fuit et erat, prout est notarius publicus in communione fidelium, ac aliàs subexecutor et prouisor habilis et idoneus ad prouidendum dicto domino H. cæteraque faciendū et exercēdum, ac subexequendum quæ in pręmissis et circa ea fecit, egit et subexecutus est; seque etiam pro tali, et vt talem habuit, etc. fuitque, etc. prout habetur, etc.

Item quòd præmissa omnia et singula, etc.

Item dat libellum suum ac producta sua, et producenda pro parte sua in huiusmodi causa pro positionibus et articulis, quatenus tamen faciant pro se et parte sua, ac contra partem aduersam, et non aliàs, aliter, neq; alio modo, de quo protestatur.

Item dat de notarijs notariorum signis, sigillis et habilitatibus personarum, prout fuit, et est moris.

Item quòd de præmissis omnibus et singulis fuit, et est publica vox, et fama.

Item quòd pręmissis omnibus et singulis nō obstantibus, quidam G. R. assertus clericus in præsenti causa aduersarius, cui in, seu ad dictos canonicatum et præbendam nullum vmquam ius cnmpetijt, prout neq; competit suæ gratiæ, acceptationi et prouisioni, assecutioni et cæteris pręmissis, necnon bono iuri ipsi domino H. in dictis canonicatu et præbenda, de quibus in præsenti causa agitur, seu ad illos quomodolibet competenti temerè et de facto, cùm de iure nō potuit, prout neque potest, opposuit et opponit, ipsumq; dominum H. de et super dictis canouicatu et præbenda, et illorū occasione multipliciter molestauit, vexauit, perturbauit, inquietauit et impediuit; prout de præsenti molestat, vexat, perturbat, inquietat et impedit, ac fecit et facit, quominus dictus d. H. huiusmodi canonicatum et pręsbendam pacificè possidere possit, et retinere, et possessionem suam continuare, et fructus, redditus et prouētus, pacificè et quietè, vt deberet, percipere possit, et valeat in animæ suæ periculum, et in ipsius H. præiudicium non modicum damnum et grauamen.

Quare petit dictus procurator quo supra nomine per vos Reu. p. d. Auditorem supra dictum, vestramq; diffinitiuam sententiam pronunciari, decerni, et declarari, ac aliàs vestro implorato officio, in, de et super præmissis omnibus

omnibus & singulis sibi per vos fieri breue iustitię complementum, prout & quemadmodū latius petetur verbo & in scriptis suis loco & tempore opportunis: de quo protestatur.

Pręmissa omnia & singula tàm coniunctim, quàm diuisim petit dictus procurator nomine quo supra omnibus melioribus, modo, via, iure, causa, & forma, quibus melius & efficacius potest, & debet, vestrum benignum officium super his omnibus implorando.

Saluo iure, etc.

Et protestatur, &c.

Articuli super reseruatione ad primò vacatura.

Positiones & articulos infrascriptos, &c.

Item de existentia Metropolitanæ ecclesiæ Coloniensis.

Item ꝙ à dictis temporibus & per ipsa tempora inter alias collegiatas ecclesias in dicta diœcesi C. & infra eam, eiusq; fines & limites existentes, fuit, esseq; consueuit, prout de præsenti est quędam notabilis collegiata ecclesia vocata communiter & nuncupata ecclesia collegiata sancti N. & N diœcesis habens præpositum pro tempore vt caput, necnon quamplures canonicos prębendatos, vt membra capitulum ex se facientes, & quamplures canonicos prębendatos cum fercolis, & inter alios canonicatum & prębendam, aliaq; fercula quidam canonicatus & præbenda, & quoddā ferculum, quos & quondam L. de A. in ipsa ecclesia sancti N. N. diœcesis dum vixit, obtinebat, & super quibus, ac super quo ad præsens agitur clerico seculari in titulum perpetui beneficij ecclesiastici conferri & assignari, ac per eum regi & gubernari soliti & consueti, aliaque iura & insignia collegiatam ecclesiam demonstrantia & designantia palam, & publicè. Et sic fuit, &c.

Item quòd de pręmissis omnibus & singulis fuit, & est publica vox, & fama.

Item ꝙ sanctissimus in Christo pater & dominus noster dominus N. diuina prouidentia Papa N. volens pręfato domino G. Præposito ecclesiæ beatæ Mariæ R. V. diœcesis apud ipsum de litterarum scientia, vitæ, ac morum honestate, alijsque laudabilibus probitatis & virtutum meritis multipliciter commendato meritorum suorū intuitu gratiam facere specialem, dudum videlicet sub data Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ M. &c. anno secundo, motu proprio non ad ipsius G. vel alicuius alterius sibi desuper oblatæ petitionis instantiam, sed de sua mera liberalitate primò vacaturis, siue prima vacatura vel successiuè canonicatus & prębēda cum ferculo ad dignitatem, personarum, administrationem perpetuam, vel officium dictę ecclesię sancti N. N. diœcesis, etiam si ad dignitatem personarum, vel administrationem huiusmodi consueuisset quis per electionem assumi, eique cura immineret animarum, dummodo dignitas ipsarum principalis non existeret per cessum vel decessum vel dimissionem, illos vel illa obtinens, vel obtinentia, seu aliàs qualitercumque, præterquam per resignationē ex causa permutationis etiam in ipsis, qui collatoribus ordinarijs iuxta Apostolicas desuper factas vel pro tempore faciendas ordinationes, & constitutiones cedunt, vel pro tempore cedent, vel alijs mensibus, vt diebus quibuscumque, etiam si ex quauis causa dispositioni Apostolicę generaliter reseruati reseruatæ, seu reseruata forent collationi, & dispositioni suæ, ac Sedis Apostolicę, auctoritate Apostolica & extra certa scientia ex tunc cum inhibitione, & decreto irritanti specialiter reseruauit, inhibuit, irritum decreuit inter alios executores venerabilē & circumspectum virum dominum Ia. G. ecclesię beatę Marię T. Decanū eius proprio nomine non expresso cum clausula, quatenus vos vel duo aut vnus vestrum, &c. deputauit, aliàsq; & alia fecit, fieriq; voluit & mandauit, prout & quemadmodū in litteris Apostolicis desuper cōfectis, ad quas & in eis contenta se refert procurator prędictus quo supra nomine, hicque dat pro positionibus, et articulis, quatenus tamen pro se, & parte sua, & contra partē aduersam faciant, & non aliàs, aliter, neq; alio modo, de quo ꝓtestatur expresse plenius habetur, & cōtinetur. Et sic fuit, & est verū.

Item ꝙ præfatus dominus G. N. gratiam reseruationis huiusmodi sibi, sic vt præmittitur, factam sciuit, & scit, illamq; ratam, & gratam habuit, & habet, litterasq; Apostolicas desuper expediri fecit, & eas pręfato domino Ia. G. dictæ ecclesiæ beatę Mariæ T. Decano executori vnà cum certis suis in hac parte collegis, vt pręmittitur, deputato pręsentauit: qui quidem dominus Iac. Decanus, & executor huiusmodi litteris Apostolicis reuerenter, vt decuit, receptis, seruatis seruādis processus in talibus fieri solitos, & consuetos decreuit, censuras fulminauit, subdelegauit, ac aliàs, & alia fecit, prout, & quemadmodum in desuper cōfectis litteris processibus siue documentis publicis, ad quos, & quę ac in eis cōtenta dictus procurator quo supra nomine se refert, hicque dat pro positionibus, et articulis, quatenus tamen pro se, etc.

Item ꝙ quondam L. de M. dudum ante tempus, et tempore obitus sui infradicendi fuit, et erat canonicus prębendatus dictæ ecclesiæ sancti N. et in ipsorum canonicatus, et prębendæ, ac fer-

ti ferculi, iuriumque, & pertinentiarum omnium eorumdem possessione, vel quasi pacifica,& quieta,seque pro tali, & vt talem habuit, &c. fuitq; ab alijs pro tali, et vt talis habitus, etc. palam,& publicè. Et sic fuit, &c.

Item quòd dictus quondam L. existẽs, sic vt præmittitur, canonicus præbendatus dictę ecclesię sancti N. ac in ipsorum canonicatus, & prębendæ, ac ferculi iuriumq; & pertinentiarum omnium eorumdem possessione vel quasi pacifica & quieta, dudum videlicet ante diem N. mensis N. anno domini, &c. extra Ro. Cur. & in partibus diem vitę suę clausit extremum; quòdq; per ipsius quondam L. obitum dicti canonicatus & præbenda, ac ferculum, super quibus ad præsens agitur, tam de iure quàm de facto verè vacarunt, ac pro vacuis reputati fuerunt palam, & publicè. Et sic fuit, &c.

Item quòd dictis canonicatu, & præbenda, ac ferculo, sic vt præmittitur, vacantibus præfatus dominus G. de eisdem canonicatu, & prę benda, ac ferculo, sic vt pręmittitur, vacantibus, & per eum cum protestatione solita acceptatis per discretum virum dominum A. N. clericum C. diœcesis publicum imperiali auctoritate notarium subexecutorẽ in vim clausulę, Cęterum, &c. in processibus contentę in subexecutorem per eum ad hoc electum, & requisitum prouideri fecit, et obtinuit; ipseq; A. N. subexecutor de illis sibi prouidit, illosque et illud eidem domino G. contulit, et assignauit; aliasq; diligentias sibi necessarias fecit, et fieri procurauit, prout in documẽtis publicis cõfectis, ad quę, et in eis contenta se refert dictus procurator quo supra nomine, hicque dat loco positionum, et articulorum, quatenus tamen pro se, etc.

Item quòd de pręmissis omnibus, et singulis, etc.

Item quòd dudum ante tempus, et tempore gratię reseruationis, processuumq; inde secutorum, necnon prouisionum prędictorum pręfatus dominus G. fuit et erat in decretis licenciatus prępositus Resenensis in ipsius præpositurae, iuriumq; & pertinentiarum omniũ eiusdem possessione, seu quasi pacifica, & quieta, ac clericus secularis, habitum, & tonsuram honestè deferens clericales, maior xxv. annis ætatis suę de legitimo matrimonio procreatus, in cõmunione fidelium, ac alias habilis, & idoneus ad canonicatum, & prębendam, ac ferculum huiusmodi obtinendum, tenendum, regendum, & gubernandum, seq; pro tali, & vt talem habuit, tenuit, nominauit, &c. fuitq; ab alijs, etc.

Item ꝙ similiter ante tempus, & tempore fulminationis processuum de & super dicta gratia reseruationis factorum præfatus dominus Iac. Decanus vocabatur hoc nomine Iac. fuit erat tunc dictæ ecclesiæ beatæ Mariæ T. Decanus, & in ipsius Decanatus, iuriumque, & pertinentiarum omnium eiusdem possessione, vel quasi pacifica, & quieta in communione fidelium, ac aliàs habilis, & idoneus ad huiusmodi gratiam apostolicam exequendum, & ea quę in præmissis fecisse dicitur faciendum; seq; pro tali & vt talem, &c.

Item quòd similiter ante tempus, & tempore dictę prouisionis dictus A. subexecutor gratiæ huiusmodi qui dicto domino G. N. de dictis canonicatu & præbenda, ac ferculo prouidit, fuit & erat clericus T. diœcesis publicus imperiali auctoritate notarius in communione fidelium, ac aliàs habilis, & idoneus ad ea, quæ in præmissis fecit, & egit faciendum, ac vt talis & pro tali fuit, & erat dictus, tentus, nominatus, & reputatus palam, & publicè. Et sic fuit, &c.

Item ꝙ præmissa omnia & singula.

Item dat producta, & producenda pro parte sua in causa huiusmodi, &c.

Item ꝙ omnes et singulæ personę superius, necnon in productis et producendis.

Item dat de sigillis.

Item ꝙ pręmissis non obstantibus.

Articuli super beneficio vacante extra curiam generaliter reseruato.

Positiones, & articulos infrascriptos, ac contenta & descripta in eisdem dat, facit, & exhibet procurator, & eo nomine honorabilis viri d. N. &c.

In primis enim ponit, & si necesse fuerit, probare intendit de existentia Metropolitanæ ecclesiæ, &c.

Item de existentia collegiatæ ecclesiæ.

Item ꝙ fe. re. Be. duodecimus, Mar. quintus, Eu. quartus Ro. pontifices domini nostri S. Ni. moderni Papæ prędecessores, quos etiam idem dominus noster omnium & singulorum litterarum apostolicarum scriptorũ, ac etiam earumdem litterarum abbreuiatorũ dignitates, personatus & officia, canonicatus & præbendæ, cæteraque beneficia ecclesiastica, secularia, & regularia cum cura vel sine cura suo tempore, & extunc in antea vacaturos, & vacatura ordinationi & dispositioni, ac prouisioni suæ reseruauit, & ipsorum summorum pontificum quilibet si secus super præmissis à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter attentari contingeret, irritum & inane decreuit, aliasq; fecit, prout & quemadmodum in desuper factis cõstitutionibus, ordinationibus siue can-

O cella-

cellariæ regulis, ad quas & in eis contenta se refert dictus procurator quo supra nomine, & contenta in eis hic dat pro positionibus, &c.

Item ꝙ de præmissis omnibus, &c.

Item quòd quondam magister N. tempore piæ re. Ioann. Papæ N. Martini Papæ N. ac etiam ante & vsque ad tempus obitus sui infradicendi fuit, & erat officialis sedis Apostolicæ, ac litterarum apostolicarum scriptor, abbreuiator de maiori parco, & in epitafio scriptorum litterarum earumdem descriptus, & annotatus, seque pro tali, &c.

Item quod dictus quondam Io. T. tempore N. Papæ N. ac etiam ante, & vsque ad tempus, & tempore obitus sui infradicendi fuit, & erat canonicus, & præbendatus dictæ collegiatæ ecclesiæ sancti Viti, & in ipsorum canonicatus, & præbendæ, super quibus ad præsens agitur, iurium, & pertinētiarum omnium eorumdem pacifica possessione vel quasi pacifica, & quieta; seque pro tali, &c.

Item ꝙ idem quondam Ioan. T. existens, vt præmittitur, scriptor litterarum Apostolicarum, & abbreuiator, necnon canonicus præbendatus dictæ ecclesiæ sancti V. Bremensis, & in ipsorum officiorum scriptoris, & abbreuiatoris, ac canonicatus, & præbendæ, iuriumque, &c. vel quasi pacifica, & quieta, dudum videlicet post xx. Iulij, & ante, &c. extra Romanam Curiam, & in partibus diem vitę suę clausit extremum; quòdque per ipsius quondam Ioann. T. obitum canonicatus, & præbenda, ac Vicaria huiusmodi verè vacarunt tam de iure, quàm de facto, & pro vacantibus reputati fuerunt palam, & publicè, &c.

Item ꝙ de canonicatu, et præbenda, ac Vicaria huiusmodi, sic vt præmittitur, vacantibus nullus præter Roman. Pontificem, et summum dominum nostrum Papam modernum disponere, seu se intromittere potuit siue potest, reseruatione, et decreto obsistentibus supradictis. Et sic fuit, &c.

Item quòd de præmissis omnibus, et singulis, &c.

Item ꝙ canonicatus, et præbendæ, ac Vicariæ perpetuæ prædictorum vacatione ad notitiam sanctissimi domini nostri Papæ N. deducta, idē dominus noster Papa N x. Kalen. Octobris, pontificatus sui, anno N. volens N et C. B. prædictis clericis B. diœcesis apud eundem vitæ, ac morū honestate, alijsq; probitatis, et virtutum meritis multipliciter commendatos fauore prosequi gratioso, canonicatū, & præbendam in ecclesia S. V. B. prædicta N. contulit, seu, et de illis sibi prouideri mandauit; ipsamq; Vicariam perpetuam in ecclesia S. Ioan. L. N. diœcesis, super quibus ad præsens agitur, E. prædictis cum omnibus iuribus, et pertinentijs suis apostolica auctoritate contulit, ac etiam prouidit, executores deputauit, aliaq; fecit, voluit, et fieri mādauit, prout, et quemadmodum in litteris apostolicis desuper cōfectis, ad quas, et in eis contenta se refert dictus procurator quo super nomine, hicque, &c.

Item quòd N. et C. antedicti gratiam apostolicam eis, et eorum cuilibet, vt pręmittitur, factam sciuit, et scit, illamque ratam, et gratam quilibet eorum habuit, litterasque desuper fieri, et expediri; et tandem R. p. d. Ioan. Abbati monasterij sancti Martini executori in eisdem cum certis suis collegis cum clausula, quatenus vos vel duo aut vnus vestrum, etc. deputato præsentari; ipseque dominus Ioan. Abbas, et executor desuper pro parte N. A. dicti requisitus, litteris ipsis reuerenter receptis R. in Capellaniæ prædictæ corporalem possessionē, iuriumque et pertinentiarum omnium eorumdem induxit, inducique mandauit, processus solitos, sententias, et censuras in se continentes fulminauit, et decreuit, subdelegauit, aliasque tàm Ioan. Abbas executor quàm N. et C. præfati fecerūt, prout in desuper cōfectis processibus, et documētis, ad quos et quæ, ac in eis contenta se dictus procurator quo supra nomine refert, hicque dat pro positionibus, &c.

Item quòd similiter N. litteras apostolicas nuper factas sibi mandato apostolico de conferendo dictis canonicatum, et præbendam pro parte sui expeditis, venerabili, et circumspecto viro domino Io. N. decretorum doctori et palatij causarum apostolici auditori præposito L. executori in eisdem deputato similiter pręsentauit; ipseq; dominus Io. præpositus, et executor antedictus præfato N. per eum primitus diligenter examinato, et ad huiusmodi canonicatum, et pręberdam reperto idoneo, et tali pronunciato et declarato, dictos canonicatum, et pręberdam ecclesiæ sancti V. Bremensis, super quibus agitur, Apostolica auctoritate contulit, et assignauit, et sibi procurauit, de eisdem instituit, inuestiuit, processus fulminauit, subdelegauit, aliasq; et alia fecit, prout, et quemadmodum in et desuper confectis documentis publicis, ad quę, et in eis contenta se refert, hicq; dat pro positionibus, & articulis, etc.

Item quòd ab vno, duobus, tribus, quatuor, et quinque annis proximè, et immediatè præteritis, citra, et supra, et dudum ante tempus, et tempore gratiarum huiusmodi N. ac aliàs C. supradicti tam coniunctim quàm diuisim, et eorum quilibet fuit, et erat, prout hodie est clericus secularis, habitum, et tonsuram publicè, et honeste deferēs clericales, maior xxx. annis ętatis suę de legitimo thoro procreatus, in com-

In communione fidelium, ac aliàs habilis, & idoneus ad huiusmodi gratiam habendã, eiusque vigore ad dictos canonicatum, & prębendam, ac vicariam perpetuã, de quibus ad præsens agitur, singula singulariter singulis conferendo, assequendum, regendum, tenendum, gubernandum; seque pro tali, & vt talem quilibet eorum habuit, & tenuit, nominauit, & reputauit, fuitque ab alijs pro tali, & vt talis habitus, tentus, nominatus, & reputatus, ac habetur, &c.

Item quòd ab vno, duobus, &c. & decem annis proximè præteritis, citra & supra, &c. mandati de conferendo fructus, redditus, & prouentus dictorũ canonicatus, & præbendæ sancti V.B. quinque mar.f.com. exti. va. an. non excesserunt, nec hodie excedunt.

Item quòd præmissis non obstantibus, quidam Ioann. assertus clericus dictæ A. diœcesis, cui in dictis canonicatu, & præbenda, seu ad eos nullum vmquam ius competijt, neq; competit se gratiæ mandati de conferendo prædictæ, ac bono iuri dicto domino N. in, seu ad eos aliàs quomodolibet competenti temerè, & de facto, cùm de iure non possit, impediuit, ac fecit, & facit, quominus gratia mãdati de conferendo huiusmodi suum debitum sortitę fuerint, & sortiantur effectum; ipseque N. eosdem canonicatum, & præbendam pacificè assequatur; quinimmo idem Ioan. R. se in eisdem intrusit, prout de præsenti intrusus est, illosque prętextu intrusionis huiusmodi occupauit, & detinuit, prout detinet indebitè occupatos, fructus, redditus, & prouentus ex eisdem prouenientes percipiendo, & leuando, & in suos damnabiles vsus conuertendo in animæ suæ periculum, dictique domini N. iurisque sui læsionem, atq; pręiudicium, non modicum damnum, & grauamen Et sic fuit, & est verum.

Item quòd præmissa omnia, & singula fuerunt, erant, & sunt vera, publica, notoria, & manifesta, atque de eis omnibus & singulis fuit, & est publica vox, & fama.

Itẽ quòd omnes & singuli superius in productis & producendis pro parte dicti domini N. b. in hac causa descripti, & nominati fuerunt, & sunt tales quales in ipsis productis, & producendis describuntur, & nominantur temporibus saltem illis, quibus sic fuisse, & esse dicuntur, & nominantur; seque pro talibus, & vt tales habuerunt, tenuerunt, &c.

Item dat producta, & producenda pro parte sua in hac causa pro positionibus, & articulis, inquantum tamen pro se, &c.

Item dat de notarijs notariorum signis, &c.

Quare petit dictus procurator quo supra nomine per vos Reu.p. dominum Auditorem, vestramque diffinitiuam sententiam pronunciari, decerni, & declarari gratiam mandati de conferendo, &c.

Præmissa omnia et singula tàm coniunctim, quàm diuisim, etc.

Saluo iure addendi, &c.

Et protestatur, &c.

Articuli pro verificatione dependentis commißionis summariæ.

Pro verificatione commissionis, etc. et ad finem, et effectum, vt iuxta eamdem eius tenorem, ac litterarum Apostolicarum tenorem, et formam procedere possitis, et valeatis, et ad omnes alios finem, et effectum, etc. et deducantur sigillatim narrata.

Pro testium affuturorum pro parte venerabilis viri N. in causa huiusmodi producendorum examine procurator, et eo nomine eiusdem domini N. partis suæ dat, facit, et exhibet positiones, et articulos infrascriptos, ac contenta, et descripta in eisdem, etc.

Articuli super vnione, & incorporatione.

Positiones et articulos infrascriptos, ac contenta, et descripta in eisdem dat, facit, et exhibet procurator, et eo nomine procuratorio siue syndicus venerabilium, et religiosorum virorum, etc.

Item de existentia cathedralis.

Item de existentia parochialis N. diœcesis sunt, vt ponatur, post existentes, et sic dudum ante tempus, et tempore vnionis, incorporationis, et annexionis infradicendarum, fuit, esseque consueuit, prout hodie est quædam cathedralis ecclesia incorporata, et vnita, vt infradicetur, vocata communiter, etc.

Item de existentia monasterij in B. A. diœcesis, ordinis sancti B.

Item dicit, ponitque, et si necesse fuerit, probare intendit, quòd dudum ante tempus, et tempore oppositionum, contradictionum, molestationum, et impedimentorum infra dicendorum, dicta parochialis ecclesia in R. fuit, et erat, prout est hodie supradicto monasterio in B. A. diœcesis tàm ordinaria, quàm fel. rec. domini B. Papæ noui auctoritatibus ritè, et legitimè incorporata, annexa et vnita, prout in litteris Apostolicis desuper confectis, ad quas et in eis contenta, etc.

Item quòd dictum monasteriũ siue Abbas, et conuentus in N. dictarum annexionis, incorporationis, et vnionis per dictum fel. rec. dominum B. factarum, vigore et expost de anno Domini, etc. vel circa, et cõtinuò perplures

annos præfatæ parochiali ecclesiæ sancti L. corporalem, realem, et actualē possessionem cum omnibus iuribus, et pertinentijs suis apprehenderunt, tenuerunt, et nacti fuerunt, illamq; ecclesiam tàm per monachos dicti monasterij, quàm etiam presbyteros seculares rexerunt, gubernarunt, habuerunt, et tenuerunt, fructus, redditus, et prouentus ex eadem prouenientes percipiendo, et leuando, et in suos laudabiles vsus conuertendo. Et sic fuit, etc.

Item quòd expost de tempore fe. re. N. Papæ N. ante tamen annum Domini, M.ccccliiij. et mense A. dicti domini Abbas, et conuentus eamdem parochialem ecclesiam sic vnitam per obitum quondam Io. qui eamdem ecclesiam tunc occupauerat iterato, eiusque possessionem realem, et actualem extiterant assecuti, fructus, redditus, et prouentus exinde prouenientes percipiendo, et leuando, et in suos vsus conuertendo palam, publicè, etc.

Item quòd præmissis siue aliquibus ex eis per præfatum dominum N. Papam receptis, idem dominus N. eamdem incorporationem, sic vt præmittitur, factam, et inde secutam, rata, et grata habentes præmissa omnia, et singula auctoritate Apostolica confirmauit, omnes, et singulos defectus suppleuit, et de nouo, quatenus opus fuit, incorporauit, aliàsque et alia fecit, prout in litteris Apostolicis desuper confectis, ad quas, et in eis contenta, etc.

Item quòd dicti domini Abbas, et conuentus, etc. articulis ratificationis gratiæ vnioni N. Papæ.

Item articulum valoris monasterij cui vnitur, et ecclesiæ quæ vnitur.

Item ꝙ præmissis omnibus, et singulis non obstantibus, quidam magister N. assertus clericus aduersarius, etc. in, seu, ad, etc. Articulum oppositionis et molestationis.

Item quòd vltra præmissa dictus N. aduersarius, nuper, videlicet de mense Augusti, anno Domini, millesimo, etc. fructus, redditus, et prouentus ex dicta parochiali ecclesia, iuribusque et pertinentijs eisdem prænominatis temerè, et de facto vsurpauit, et in suos damnabiles vsus conuertit, prout percipit, et conuertit de præsenti. Et sic fuit, et est verum.

Item quòd huiusmodi fructus, redditus, et prouentus, vt præmittitur, ex dicta parochiali ecclesia prouenientes, ac per dictum N aduersarium vsurpati vno anno cum alio compensato centum floren. auri de Camera valuerunt, ac ad dictum valorem ascendere consueuerunt palam, et publicè. Et sic fuit, et est verum.

Item quòd præmissa omnia et singula, etc.

Item ꝙ dictus N. aduersarius pro parte dictorum Abbatis et conuentus monasterij huiusmodi, quatenus ab oppositionibus, detentionibus, vsurpationibus, et impedimentis huiusmodi cessaret, ac ipsos Abbatem, et conuentum, fructus, redditus, et prouentus ipsius parochialis ecclesiæ pacificè et quietè percipere, et ipsorum, ac in monasterij huiusmodi vsus conuertere permitteret, ac vsurpatos, et occupatos fructus, redditus, et prouentus à prædicto anno vsque ad præsens tempus eisdem domino Abbati, et conuentui si extarent, alioquin eorum verum valorem puta c. floren. auri de Camera quolibet anno restitueret, et assignaret, sæpe et sæpius requisitus, et interpellatus fuit, prout requiritur, et interpellatur de præsenti. Et sic fuit, etc.

Item dat producta, et producendæ.

Item quòd omnes, et singulæ personæ, etc.

Item dat de sigillis.

Quare petit procurator, siue syndicus, etc.

Articuli super consumptione gratiæ expectatiuæ.

Declarando materias pro parte honorabilis viri domini T. in huiusmodi causa V. B. præbendæ datas, illasq; magis specificando in casum, & euentum, in quem, seu quos constaret, seu constare posset de aliquo iure cuiusdam H. N. in, & ad eosdem canonicatum, & præbendam, prout non creditur, nisi legitimè doceatur, immo per expressum diffitetur, extunc procurator, & eo nomine, &c. dat, facit, &c.

Vel sic:

Declarando omnes & singulas materias articulatas pro parte venerabilis domini N. datis, ac ad ostendendum & clarè demonstrandū de non iure, vndique propterea præfatum dominum N. iudebitè, & iniquè molestat, vexat & perturbat, ac ad omnes alios finem, & effectum parti suæ plus vtiles, & proficuos, parti verò aduersæ plus nociuos protestatur, &c.

Repete acta, &c.

Ex quibus constat de cathedralis V. & collegiatæ B. existentijs.

Item ꝙ inter alios canonicatus, & præbendas in dicta B. ecclesia existentes, fuerunt nonnulli canonicatus & præbendæ, quos quondam Ioan. dudum ante, &c. obtinebat, clerico seculari, &c.

Item de obitu dicti quondam Io.

Item quòd dictus canonicatus, & præbenda, sic vt præmittitur, ex obitu dicti quondam Io. vacantibus dictus H. eosdem canonicatum, & præbendam prætensæ suæ gratiæ expectatiuæ vigore infra tempus debitum acceptauit, sibique de eisdem prouideri obtinuit; quòdq; per acceptationem, & prouisionē huiusmodi prior

sua præ-

sua prætensa gratia fuit, & erat totaliter quò ad alios, præsertim canonicatus & præbendæ, super quibus hic agitur, penitus & totaliter extincta ac consumpta. Et sic fuit, &c.

Præmissis igitur veris existentibus, prout verissima sunt, in casum, & euentum, in quem seu quos de somniato ex aduerso spolio constaret; quod tamen non creditur, nisi legitimè doceatur, immo per expressum diffitetur, & negatur, extunc constat clarè de bono iure ipsius aduersarij, & cum ipse dominus N. rectè, & iustè ipsam ecclesiam possidebat, licuit sibi possessionem suam contra quemcumq; ipsum turbantem defendere.

Pluribus etiam alijs causis, & rationibus suis loco, & tempore opportunis dicendis, proponendis, & allegandis, de quo dictus procurator quo supra nomine protestatur solemniter, & expressè ipso B. aduersario obstantibus, non venit super dicta ecclesia, eiusq; prętensa spoliatione quoquomodo.

Articuli super redemptione pensionis.

In casum, & euentũ, in quem, seu quos constaret, seu aliquo modo constare posset de quadam prætensa pensione, vt asseritur, de consensu quondam N. super parochiali ecclesia sancti V. in C. P. diœcesi, eiusq; fructus & prouentus constituta ex tunc; nil tamen de intentione partis aduersæ confitetur, sed eam semper diffitendo, & negando, prout diffitetur, & negat procurator, & eo nomine, &c. illustris viri domini F. de H. ac dictæ ecclesiæ rectoris dat, facit, & exhibet, &c.

In primis enim dictus procurator quo supra nomine in supradictos casum, & euentũ dicit, quòd huiusmodi prætensæ pensionis constitutio, vbi de ea constaret, fuit & erat vnica & sola, videlicet anno, &c. Pone datam litterarum. Pone.

Item ꝙ in supradictos casum, et euentum, procurator prædictus dicit, ponitque, et si necesse fuerit, probare intendit, quòd illius anno, videlicet. Pone datam litterarum, fructus, redditus, & prouentus dictę ecclesię valuerunt annuatim, valereq; consueuerunt, & communiter extimati fuerunt ad valorem cc. florenorum auri de Camera. Et sic fuit, & est verum.

Item ꝙ fructus, redditus, et prouentus dictæ ecclesiæ in C. qui antiquitus, vt præmittitur, cc. florenorum valere consueuere ab anno tali. Pone annum, quo petens reductionem pensionum intrauit possessionem xl. flor. au. de Cam. vel circa non excesserunt, prout hodie non excedunt palam, publicè, & notoriè, &c.

Item ꝙ huiusmodi fructus, redditus, & prouentus diminuta, vt præmittitur, ab anno tali, &c. prouenit, & facta fuit, &c. propter guerras, calamitates possessionũ, & villarum ad dictam ecclesiam spectantium, quę partes illas, videlicet N. afflixerunt, & affligunt de pręsenti, palam, & publicè. Et sic fuit, & est verum.

Item quòd veritas fuit, & est præter id, & absque eo, quòd onera ipsi ecclesiæ N. seu rectori pro tempore incumbentia propterea fuissent in aliquo diminuta in pristino & antiquo statu expensis & sumptibus dicti domini comitis reseruatis & continuatis, prout reseruantur & continuantur de pręsenti, palam, & publicè. Et sic fuit, &c.

Item ꝙ veritas fuit, & est præter id, & absque eo, quòd fructus, redditus & prouentus dictæ ecclesiæ possent, seu verisimile sit futuris temporibus, saltem infra xx. annos ad pristinum statum redire, & reduci, quinimmo adeo fuerunt & sunt diminuti, quòd in futuris xl. amnis vix ad priorem statum redibunt, & reuertentur. Et sic fuit, &c.

Articuli pro confirmatione alicuius Episcopi titularis.

Pro summaria reformatione, & vt vobis Reuerendissimo in Christo patri & domino domino N. miseratione diuina Episcopo P. & Cardinali Commissario de idoneitate deuoti vestri fratris B. O. ordinis sancti Dominici siue Prædicatorũ alijs circumstantijs clarè constet, dictus frater B. dat, facit, & exhibet positiones & articulos infrascriptos.

In primis dicit, asserit, ponitque, & si necesse fuerit, probare intendit, quòd ecclesia siue dominus Episcopus H. pro tempore habet longam, latam & amplam diœcesim à circumiacentibus diœcesibus distinctam & separatam, necnon cum pluribus petentibus principibus tàm spiritualibus, quàm temporalibus ex omnibus dictæ diœcesis partium, videlicet versus orientem, meridiem, occidentem, septentrionem confirmatam & contiguam.

Item quòd idem do. Episcopus H. Magister prouinciæ pro tempore existens ratione dictæ suæ H. ecclesiæ vltra & præter ciuitatem suam H. quamplura oppida, castra, villas, terras, districtus, siue dominia sibi tàm in temporalibus, quàm spiritualibus tamquã vero domino subiecta habere, tenere, & possidere consueuit, prout modernus do. Episcopus habet.

Item ꝙ inter ceteros principes, duces, comites, barones, nobiles, siue dominos cum diœcesi H. confinantes in ipsius sinus, ac etiam infra illam, oppida, castra, villas, terras, & dominia ipsi domino Episcopo dumtaxat in spiri-

tualibus subiecta, tenentes, et possidentes, fuerunt, erant, et sunt Illustrissimi principes, duces B. comparando singulos.

Item quòd nonnulla oppida, castra, et villagia, in quibus multæ ecclesiæ situantur in dominijs dictorum principum, comitum, et baronum existentia, et ad eosdem spectantia, iure siue lege diœcesana, et in spiritualibus Episcopo H. sunt et fuerunt subiecta. Et sic, etc.

Item quòd sæpe et sæpius inter dominum H ex vna, ac dictos dominos duces, etc. seu aliquos ex eis occasione siue causa oppidorum, castrorum, villarum, etc. supradictorum guerrę dispensiones, disfidationes et discordiæ ibi contigerunt et per plura tempora durarunt.

Item quòd de præsenti sunt guerræ, etc.

Item quòd propter potentiam dictorum dominorum Episcopus sæpe vicibus in castris suis ministros morantes habet: et sic à visitatione se abstinet.

Pone in forma, etc.

Item quòd propterea moti prędecessores sui et ipsi consueuerunt Episcopum habere titularem ordines conferentem, ecclesias et res sacras dedicantem, et vt tamquam vicarium siue suffraganeum, etc.

Pone in forma, etc.

Item quòd quondam N. fuit talis et pro tali habitus, etc.

Item de obitu ipsius.

Item quòd pręfatus dominus N. Episcopus H. de venerabilis capituli vnito consensu, et voluntate pręfato B. fratri pro vitę necessarijs, et vt statum episcopalem honestius et decentius ducere posset, si et inquantum per Sedem Apostolicam de præfata ecclesia M. prouideretur eidem, ac in suffraganeum, et in pontificalibus vicarium per ciuitatem, et diœcesim H. deputauit cc. florenorum Renen. annuam pensionem pro victu illius assignauit, prout in litteris dicti dñi Episcopi H. latiùs continetur.

Item de habilitate fratris B. promouendi.

Articuli quando alicui est prouisum per Papam de parochiali, super qua alteri fuit, etiam per Papam prouideri concessum, qui tamen, litteris non expeditis, super supplicatione assecutus est aliam parochialem per resignationem.

Positiones & articulos infrascriptos, &c.

Item pone de existentijs cathedralis & ambarum ecclesiarum parochialiũ, scilicet super qua agitur, per obitũ & alterius quam N. prius prouisus per resignationem acquisiuit.

Item ꝙ sanctissimus in Christo pater, &c. prçmissis per eum acceptis N. de data Romæ, &c. Pone datam supplicationis signatæ: cõcessit prouideri, prout in cedula supplicationis desuper adsignatæ, ad quam & in eis contenta, &c.

Item ꝙ veritas fuit, & est præter id & absq; eo, quòd dictus N. litteras super dicta supplicatione sibi signata expediuerit, &c.

Item ꝙ dictus P. existens dictæ ecclesiæ, &c. rector. Pone in effectu ꝙ resignauit ecclesiam.

Item ꝙ idem N. litteris, vt præmittitur, minimè expeditis neque confectis, dictam parochialem ecclesiam in N. vt præmittitur, per resignationem vacantem, eiusq; possessionem pacificam & quietã, &c. in effectu de data tali auctoritate ordinaria adeptus fuit, & assecutus.

Item quòd prçmissa omnia, & singula, &c.

Item quòd de prçmissis seu aliquibus ex eis sanctissimo, &c. in effectu quòd Papa dedit executoribus in mandatis, quatenus vocatis vocandis, & amotis detẽtoribus, ipsam parochialem, de qua agitur, assignarent, &c.

Item habilitatem partis iure impetrantis seu agentis.

Item de valore ecclesiæ, super qua agitur.

Item articuli generales.

Item articuli, oppositiones, &c.

Pro verificatione grauaminis.

Pro iustificatione cuiusdam legitimę appellationis pro parte N. partis suæ aliàs à quadã prætensa interlocutoria sententia seu certis grauaminibus per quemdam N. assertum subdelegatum inter dictum d. N. ex vna, & quemdam N. assertum clericum aduersarium in huiusmodi causa partibus ex altera, vt prætenditur, deputatum, illarum ad sanctam Sedem Apostolicam interpositis, necnon impugnatione dictæ prætensæ sententiæ, ac prætensos processus per prȩfatum assertum ac subdelegatum, vt prȩtenditur, latæ & quemlibet eorum eo & per ipsum habiti atque facti, ac ad omnes alios meliores finem & effectum, &c.

Articuli super nullitate sententiæ latæ ex eo, quia processus factus & causa commissa litteris non expeditis.

Ad ostendendum & clarè demonstrandum prætensam sentẽtiam per Reuer. patrem d. Io. de N. coauditorem vestrum, necnõ totum prætensum processum desuper in hac causa Decanatus, & annexorum canonicatus & præbendæ ecclesiæ Caminiensi ad instantiam cuiusdam V. N. aduersarij cõtra venerabilem virum dominum N. vt prætenditur, latam & habitam cum omnibus inde secutis fuisse, & esse nullam

& nulla,

& nulla, nulliusq; roboris vel momenti, ac vitio nullitatis subiacuisse & subiacere, ac omnes alios, &c.

In primis repete acta.

Item ꝙ ex huiusmodi repetitis inter cętera clarè cõstat, quòd dictus V. N. aduersarius causam & causas huiusmodi, quam & quas mouere intendebant dicto domino N. super huiusmodi Decanatu & annexis canonicatus & prębendę pręfato d. Io. auditori de anno Domini M.cccclxx. de mense Maij committi obtinuit.

Item ꝙ veritas fuit & est præter id & absq; eo, ꝙ ipse R. aduersarius super prętensis impetratis sua super huiusmodi Decanatus & annexis canonicatus & præbendæ ante annum Domini M. &c. & ante diem octauum mensis Maij, quibus huiusmodi causam committi fecit, litteras Apostolicas expediuerit, quinimmo veritas fuit & est, ꝙ dudum post huiusmodi causæ cognitionem pręetensas litteras expediri fecit palã, & publicè. Et sic fuit, & est verũ.

Item pro huiusmodi præcedentis articuli verificatione dictus procurator quo supra nomine dicit, ponit, & si necesse fuerit, probare intendit, ꝙ de vsu, more, obseruantia, & consuetudine legitimè præscriptis, ac à x. xx. &c. necnon à tanto tempore & non existit in cancellaria Apostolica in expeditione litterarum tentum, practicatum, & obseruatum fuit, quòd litteræ Apostolicæ siue cancellariam siue per cameram Apostolicam expediendę, pręsertim super beneficijs ecclesiasticis impetratis antequam plumbentur siue expediantur, primitus & ante omnia per rescribendarium & computatores pro tẽpore deputatos taxentur, & eorũ nominibus sub plica litterę ad marginẽ, de quo mense signentur & subscribentur palam, &c.

Item ꝙ verum fuit & est præter, etc. quòd si huiusmodi litterę Apostolicę pro tempore expediendæ siue plumbandæ per rescribendariũ taxatæ, & per cõputatores subscriptæ & signatæ non fuerint, nullatenus neq; per cameram, neq; per cancellariam expediri, quinimmo totaliter reijci & recusari, ac nullatenus admitti consueuerunt. Et quòd sic fuit, & est verum.

Item dicit, ponitque, &c. deduc quo anno & quibus mensibus talis, qui bullam taxauit, & alij, qui eam computarunt, rescribendarius & computatores fuerunt negando quòd vmquam tempore commissionis causæ in eis officijs fuerint, etc.

Item quòd præfati d. F. rescribendarius & Ia. et L. dati computatores, etc. in effectum dictas litteras taxarunt & rescripserunt, seu signarunt, prout ex inspectione.

Item ꝙ sanctissimus, &c. deduc regulã de nõ cõmittendo causã ante expeditionẽ litterarũ.

Item quòd fuit publica vox, & fama.

Item ꝙ præmissis veris existentibus, prout, &c. clarè constat prætensam sentẽtiam & processus fuisse & esse nullam, & nullos, &c.

Articulus famæ.

Item quòd popularis rumor & fama, assertio, credulitas, vera reputatio, communeq; dictum, ac publica vox & fama omnium hominũ ciuitatis et diœcesis N. locaq; et villas, ac dictam præposituram spectare, & partes circumuicinas in habitione de pręmissis loqui scientium, ac circa ea arbitrantium, & eorum maioris partis. Et fuit ita, atque verum est.

Articuli super constitutione: Execrabilis.

Deduc cathedralis & singulorum incompatabilium existentias.

Deinde deduc tempora successiuè, per quæ ea incompatibilia insimul tenuit, in ista forma videlicet.

Item quòd dictus T. aduersarius dictam parochialem ecclesiam in oppido N. P. diœcesis sitam de annis & per annos domini N. & N. & N. & per singulos menses & dies dictorum annorum, necnon dictam parochialem ecclesiam in N. & etiam prænominatas duas alias ecclesias, vnam videlicet in oppido P. dictæ P. diœcesis; aliam verò in S. C. diœcesis de anno Domini N. ac per Ianuarij, Februarij, Martij, Aprilis, Maij, Iunij, & Iulij eiusdẽ anni N. menses, et per singulas septimanas et dies dictorũ præcedentium annorum et mensium simul et semel continuè habuit, tenuit, rexit, et gubernauit, prout hodie tenet, etc. fructus, redditus, et prouentus ex eisdem tribus ecclesijs prouenientes percipiendo et leuando, prout percipit, leuat, ac in suos vsus confert: seque pro rectore dictarum trium ecclesiarum, et vt talem habuit, tenuit, nominauit, etc. fuitque ab alijs, etc, pro vt tenetur, etc.

Ad finem et effectum vt vos Reuer. pater in vim eiusdem commissionis; et V. p. pro parte talis pręsentatæ possitis et valeatis contra et aduersus quemdam N. assertum clericum aduersarium in dicta Vicaria, etc. intrusum, omnesque alios in dicta commissione nominatos et expressos, monitorium pœnale in euentum, citatorium iuxta dictæ commissionis in formam et tenorem decernere, necnon ad omnes alios meliores effectus, etc.

Articuli correctionales.

In hac causa H. canonicatus et præbendæ procurator et eo nomine honorabilis viri domini N. partis suæ corrigendo articulum octa-

uum in articulis pro parte sua datis contentum incipientem.

Item quòd dictus quondã H. existens cassat illa verba, post nonam mensis Octo. anni à natiuitate Domini N. & ante nonã diem Ianuarij, anni à natiuitate Domini N. in eodem articulo posita, & loco illorum verborum, ponit & collocat illa verba, post vltimam mensis Aug. & ante quartumdecimum dies mensis Nou. anni à natiuitate Domini N. Et sequitur in eodem articulo extra Rom. Curiam, &c. non errore in eodẽ articulo hęc verba posita sunt, & non vti veritas se habet. Similiter addit in articulo decimo incipiente.

Item quòd tempore datæ dictæ pręsentationis, post illud verbum, videlicet, & ante verba, de anno, illa verba quæ sequuntur, videlicet de anno Domini M. cccclxij. M. cccclxiij. M. cccclxiiij. Et sequitur in eodem articulo. M. cccclxv.

Articuli ad excludendum à iure propter ius tertij vnà cum exceptione contra iura producta.

Protestatur procurator & eo nomine honorabilis viri domini H. canonici Lubicẽsis partis suæ, quòd si quæ sint aut contineantur in quibusdam prætensis iuribus siue minutis ex aduerso, vt prætenditur, vltimò productis, quæ quoquomodo via ac iure, &c.

Ex pręmissis quibus insistit saluis latius, & specialius excipiendo, necnon de non iure cuiusdam H. S. aduersarij demonstrando, ac aliàs omnibus melioribus, modo, via, causa, stilo, & forma, quibus melius potest, & debet de iure procurator & eo nomine procuratorio præfati domini H. partis suæ dat exceptiones siue materias articulatas infrascriptas, quibus sic singulariter singulis, &c.

In primis ad finem & effectum supradictos, dictus procurator quo supra nomine repetit hic, ac pro repetitis haberi, &c.

Ex quibus quidem repetitis clarè constat de cathedralis ecclesiæ L. necnon canonicatus & prębendæ, quos quondam A. de R. in dicta ecclesia L. obtinebat, & de quibus hic agitur existentijs, & de pertinentijs collatione eorumdem; quòdque dictus quondam A. ante tempus, & tempore obitus sui illos obtinebat, & de morte seu obitu dicti quondam A. ac quòd canonicatus & præbenda huiusmodi per dicti quondam A. obitum verè vacarunt, & pro vacantibus reputati fuerunt.

Item dicit, ponit, & si necesse fuerit, ad finem & effectus supradictos probare intendit, quòd felicis recordationis d. P. deducta gratia tertij, quam ipse gratis habuit, ac in vim illius canonicatum & præbendam huiusmodi acceptauit, &c. deinde habilitas principalis & habilitas executoris.

Item quòd pręmissa omnia & singula, &c.

Præmissis itaque veris existentibus, prout vera sunt clarè constat dicto H. S. aduersario prætextu suæ prætensæ acceptationis & prouisionis, quibus innititur, nullum vnquam ius in dictis canonicatu, & pręebenda acquisitum fuisse, nec aliquid potuisse.

Saluo iure addendi, &c.

Et protestatur, &c.

Articuli ad reijciendum probationes in vim remissoriæ factas.

Vt vobis R. p. domino Auditori pręfato clarè, ac notoriè constet quondam N. in huiusmodi causa H. vicarium, &c. aduersarium in remissoria, aliàs per p. vestram in causa huiusmodi ad partes decreta, prætensisque probationibus in partibus ipsius prætextu factis, & ipsarũ reparatione dolosè, & calumniosè, ac fraudulenter se habuisse, & propterea prætensam remissoriam, prætensasque probationes, antedictis per p. vestram nullatenus admittendum fore, nec per vos admitti debere, necnon ad omnes meliores finem & effectum ipsi do. H. vtiles, &c. procurator eidem H. & eo nomine dat, facit, & exhibet infrascriptas, &c. citra tamen onus superfluæ probationis, de quo protestatur expresè.

Et pro præmissorum & infrascriptorum clariori deductione & probatione, procurator prędictus quo supra nomine nihil de intentione partis aduersæ confitendo, aut affirmando, sed illam potius diffitendo & negando, prout diffitetur, & negat; repetit hic, &c.

Ex quibusquidem repetitis constat, quòd per V. positiones & articulos nuper in hac causa, &c. data extra Rom. Cur. & ad partes ad probandum admisit, & ad illos probandum litteras remissorias decreuit, &c.

Item constat, &c.

Item vltra præmissa quod, &c.

Itẽ ꝙ de pręmissis omnibus & singulis, &c.

Saluo iure addendi, &c.

Et protestatur, &c.

Articuli de interdicto retinendæ possessionis alicuius beneficij.

Procurator, & eo nomine honorabilis viri domini N. partis suæ dat, facit, & exhibet positiones, &c. ac contenta & descripta in eisdem, quatenus, &c.

In pri-

In primis enim procurator prędictus nomine quo supra,&c.

Pone hic de existentia cathedralis, &c.

Item quòd à dictis temporibus, & per eadē tempora inter alias parochiales ecclesias in dicta N.diœcesi, & infra eam,eiusque fines & limites existentes,fuit, esseque consueuit, prout est de pręsenti quædam notabilis ecclesia parochialis Vicaria perpetua in N.& N.diœcesi vulgariter nuncupata N.clerico seculari in titulum perpetui beneficij ecclesiastici,illius occurrente vacationis tempore conferri, & per ipsum regi, & gubernari solita & consueta,habens vtriusque sexus homines parochianos, campanas, campanile, cœmeterium benedictum, fontem baptismalem, certam & limitatam parochiam ab alijs parochijs circumiacentibus distinctam & separatam, aliaque iura, & insignia solemnem parochialem ecclesiam designantia palam,& publicè. Et quòd sic fuit, & est verum.

Item ꝙ pręfatus dominus N. ab vno, duobus, tribus annis proximè & immediatè præteritis citra & supra,& sic dudum ante tempus & tēpore turbationis & inquietationis infradicendarum fuit,& erat,prout est possessor dictæ ecclesię parochialis,de,et super qua hic agitur,ac in ipsius ecclesiæ parochialis,iuriumque et pertinentiarum omnium eiusdem possessione pacifica,et quieta,saluis infradicendis turbationibus, fructus, redditus, et prouentus ex eadē prouenientes percipiendo, ac in suos et ecclesiæ vsus conuertendo;seq; pro possessore eiusdem ecclesiæ tenuit, habuit,nominauit, reputauit;fuitq; ab alijs pro tali,et vt talis habitus,tentus,nominatus,et reputatus,prout tenetur,nominatur, et reputatur palam,et publicè. Et sic fuit, et est verum.

Item ꝙ popularis rumor, assertio, credulitas,vera reputatio,communeq; dictum,ac publica vox,et fama omnium hominum de præmissis loqui scientium, vel circa ea arbitrantium fuit, erat,et est, quòd ipse N.à tribus annis proximè, et immediatè præteritis citra, et supra fuit,et erat, prout est de præsenti,possessor dictæ ecclesiæ, et in ipsius, iuriumque et pertinentiarum omnium eiusdem possessione et pacifica, et quieta infradicenda turbatione salua; seque pro eiusdem ecclesiæ possessore habuit, tenuit, nominauit, et reputauit; fuitque ab alijs pro tali, et vt talis habitus, tentus, nominatus, et reputatus, prout habetur,tenetur,etc.

Item quòd pręmissis non obstantibus, quidam D. assertus clericus in huiusmodi causa aduersarius, nuper videlicet de mense Maij, anni Domini N.tunc currentes, dictum dominum N. in possessione dictæ ecclesiæ suæ, iuriumque et pertinentiarum eiusdem, et eorum perceptione multipliciter turbauit, et inquietauit,fructus, redditus, et prouentus eiusdem sibi vsurpare, et possessionem eiusdem ecclesiæ vi, et violenter intrare, eamque apprehendere manu armata diuersimodè conatus fuit, licet iuridicè per N. repulsus fuerit, nec ipsum N. eamdem suam ecclesiam pacificè et quietè possidere,et exinde prouenientes fructus,redditus, et prouentus pacificè et quietè, vt deberet,percipere, subleuare,et in suos, ac ecclesiæ vsus conuertere finit, et permisit, prout turbat,inquietat, et conatur, nec finit, et permittit, et ipsum desuper molestauit et impedire laborauit,prout molestat, et laborat, sicque,vt prædicitur, fuit in loco dictæ ecclesiæ ciuitatis, et diœcesis N. locisque vicinis auditum, dictum,tentum,habitum,nominatum, et reputatum; videturque, auditur, dicitur, tenetur, habetur,nominatur,et reputatur palam, et publicè. Et sic fuit, et est verum.

Item ꝙ præfatus dominus N. rector parochialis ecclesiæ actor et possessor dictæ ecclesiæ à dictis turbationibus, molestationibus et inquietationibus,alijsq; grauaminibus sibi per dictum dominum D.et ad eiusdem instantiam, vt præmittitur, illatis et comminatis ad sanctissimum in Christo patrem et dominū nostrum dominum N.diuina prouidentia Papam N. eiusque sanctam Sedem Apostolicam appellauit, et prouocauit; apostolosque petijt, aliàsque, & alia fecit, prout in instrumentis publicis desuper editis & confectis, ad quæ & in eis contenta se refert dictus procurator quo supra nomine, hicque dat loco positionum & articulorum, quatenus pro se, parteque sua,& contra partem aduersam faciant, siue quouismodo facere videantur,& non aliàs,aliter,neque alio modo, de quo protestatur, plenius continetur & habetur. Et quòd sic fuit, & est verum.

Item ꝙ licet dictus D. aduersarius & perturbator ꝓ parte ipsius N. possessoris, vt à turbatione,molestatione,inquietatione, & impedimentis huiusmodi desisteret,& cessaret,sępe & sæpius,sit requisitus, & interpellatus, prout requiritur, & interpellatur de præsenti; ipse tamen hoc facere hactenus distulit, ac tacitè denegauit, & recusauit; seque ipsi N. desuper opposuit,prout differt, negat,recusat,& opponit in animæ suæ graue periculum, dictiq; domini N. possessoris præiudicium, non modicum damnum,& grauamen.

Pone hic habilitatem possessoris.

Item quòd de pręmissis omnibus, & singulis fuit,erat,et est publica vox,et fama.

Item

Item ꝙ omnes et singuli in, et pro parte dicti domini N. in huiusmodi causa productis, et producendis, descripti et nominati fuerunt, et qui ex eis viuunt, sunt tales quales in eisdem describuntur, temporibus saltem illis, quibus tales fuisse, et esse dicuntur in communione fidelium, ac aliàs habiles, et idonei ad ea faciendum, quæ in ipsis productis, et producendis se esse et exercuisse dicuntur, seq; pro talibus, et vt tales habuerunt, etc. atque ab alijs pro talibus, etc. et qui ex eis viuunt, habentur, etc.

Item dictus procurator quo supra nomine hic dat libellum partis suæ, necnon producta et producenda pro eadem parte sua in huiusmodi causa pro positionibus et articulis, quatenus tamen pro se, etc.

Quare petit dictus procurator quo supra nomine per vos dominum Auditorem, vestramque diffinitiuam sententiam pronunciari, decerni, et declarari dictum N. aduersarium ad sinendum, et permittendum, et vt sinat, et permittat pręfatum dominum N. dictam suam ecclesiam pacificè, et quietè possidere, et ex ea prouenientes fructus, redditus, et prouentus percipere condemnandum, condemnatumque ad hoc vijs remedijs iuris compellendum, cogendum, et constringendum; eumdemque A. à dictis turbationibus, molestationibus, et inquietationibus cohibendum, et compescendũ fore, et per vos condemnari, cogi, et compelli, constringi, cohiberi et compesci; turbationesque, molestationes, inquietationes, oppositiones, denegationes, recusationes, et impedimẽta per dictum D. aduersarium pręfato domino N. possessori, sic vt præmittitur, factas, et præstitas, factaque et præstita fuisse, et esse temerarias, illicitas, iniquas, indebitas, et iniustas; temerariaque, illicita, iniqua, indebita, et iniusta, ac de facto præsumptas, et pręsumpta; sibique super ipsis perpetuum silentium imponendum, necnon eumdem D. turbatorem in expensis in huiusmodi causa propterea legitimè factis de expensis fiendis, et damnis sustinendis solemniter protestando condemnandũ fore, et per vos condemnari, ac aliàs in, de, et super pręmissis omnibus, et singulis sibi per vos fieri breue iustitiæ complementum.

Pręmissa omnia et singula tã cõiunctim, etc.

Saluo iure addendi, etc.

Et protestatur, &c.

Articuli de interdicto recuperandæ possessionis.

Ad finem et effectum, vt vobis Reuerendo p.d.N. sacri palatij Apostolici causarum, causæque et partibus infrascriptis Auditori specialiter deputato, constet, constareque possit, & valeat, quemdam N. perpetuũ Vicarium ecclesiæ talis N. diœcesis post, & contra appellationem legitimè pro parte sua ad Sedem Apostolicam interiectam temerè fuisse & esse spoliatum, eumdemque R. temerè attentasse, & attentata huiusmodi ante omnia fore reuocanda, vt quæ eumdem N. amoto R. intruso & detentore ad pristinam suam possessionem dictę suæ Vicariæ restituatis, ac aliàs ad omnes meliores finem, & effectum parti suę plus proficuos, partique aduersæ plus nociuos, procurator & eo nomine dicti domini N. partis suæ dat, facit, & exhibet ea, quæ sequuntur, ad quæ probandum in Ro. Curia extra, & in partibus admitti petit remissionem desuper in forma decerni, & concedi; ad superfluam tamen probationem nullatenus se astringens, de quo nomine quo supra solemniter protestatur.

In primis enim ponit, & si necesse fuerit, probare intendit, quòd dictus dominus N. ad importunam dicti R. instantiam, nuper videlicet de mense Ia. anni Domini, &c. coram quodam A. monacho se pro priore gerente, de & super Vicaria in R. talis diœcesis in causam trahere, litemque eidem N. tunc, & diu ante eiusdem Vicariæ possessorem mouere non formidauit; ipseq; prior ad dicti R. aduersarij requisitionem, petitionem, & instantiã super dicta Vicaria, & illius occasione contra sæpedictum dominum N. decreuit & concessit, exequi fecit, & mandauit quamquam de facto. Et sic fuit, & est verum, &c.

Item ꝙ veritas fuit, & est pręter id, & absq; eo, quòd idem assertus prior aliquam in ipsum N. iurisdictionem ordinariam vel delegatam habuerit, quinimmo iurisdictionem aliquam in ipsum habere semper cessauit, prout cessat de pręsenti. Et quòd sic fuit, & est verum.

Item ꝙ veritas fuit, & est pręter id, & absq; eo, quòd locus ipsius prioratus sancti T. fuerit, siue sit insignis, aut ipso domino N. tutus, quinimmo veritas fuit, & est, ꝙ locus ipse est vilis & abiectus, viris litteratis, doctis, peritis & practicis in causarum exercitijs carẽs, habuitque ab vno, duobus, tribus, quatuor annis proximè & immediatè pręteritis continuè, citra, & supra, prout habet in ipso loco, & circum circa plures & diuersos ex parte ipsius R. sui aduersarij capitales inimicos, & capitales inimicitias, qui corpori, & vitæ ipsius domini N. sæpe & sępius insidias posuerũt, & ipsum, vt interficerent, sæpius expectarũt. Et ꝙ sic fuit, &c.

Item quòd licet ipse dominus N. vt litteras salui conductus ab eisdem suis inimicis capitalibus pro securè stando, comparẽdo, redeundo, & recedendo, & se coram ipso R. priore

sancti

sancti T. defendendo, petierit, & illum sibi dari; ille tamen saluus conductus sibi fuit semper denegatus, & propterea locus ille sibi non fuit, neque est tutus, etiam si habuisset, prout non habuit, iurisdictionem ille prior claustralis. Et sic fuit, &c.

Item ꝙ dictus N. ex pręmissis & alijs in desuper interiecta appellatione latius contentis grauaminibus, & propter non admissionem legitimarum exceptionum de iurisdictionis incompetentia non tuto accessu loci in capacitate iurisperitorum, aduocatorumque & procuratorum carentia ad Sedem Apostolicam, salua ipsius pręrensi prioris claustralis processus nullitate, ad Sedem Apostolicam ex veris & legitimis causis & rationabilibus, notorijsque sibi illatis grauaminibus in scriptis prouocauit, & appellauit, apostolos petijt, & appellationem huiusmodi eisdem priori, & R. intimauit, & insinuauit, & pro eiusdem appellationis prosecutione N. ipse appellans ad Curiam Romanam, sanctamque Sedem Apostolicam iter arripuit, & accessit, causamque & causas appellationis, & appellationum huiusmodi vnà cum toto principali negotio vobis domino Auditori præfato committi fecit, & procurauit. Et sic fuit, &c.

Item quòd de præmissis omnibus, & singulis fuit, &c.

Item ponit dictus procurator quo supra nomine, & si necesse fuerit, probare intẽdit, quòd de anno Domini, &c. die xij. mensis Maij, præfatus dominus N. per honorabilem virum dominũ Io. venerabilis, & circumspecti viri domini P. dictæ ecclesiæ Decani, ad quem præsentatio siue ius pręsentandi ad dictam perpetuam vicariam personam habilem, & idoneam de iure, aut antiqua hactenus obseruata cõsuetudine spectat, & pertinet procuratorem legitimum ad dictam perpetuã Vicariam per obitum quondam Ioan. vltimi ipsius dum viueret possessoris extra Rom. Cur. defuncti vacantem R. in Christo p. & d. domino H. Episcopo L. loci ordinario tamquam habilis, & idoneus extitit pręsentatus, cum quidam Ioan. Episcopus pręfatus dictum dominũ N. sibi, vt præmittitur, pręsentatũ die xv. mensis & anni prędictorum ad dictam perpetuã Vicariam, ac eius iurium, & pertinẽtiarum omnium eiusdem possessionem corporalem, realem, & actualem instituit, ipsumque inuestiuit ad eamdẽ, cuius vigore ipsius perpetuæ Vicariæ corporalem, & actualem, pacificam possessionẽ extitit assecutus palam, & publicè. Et sic fuit, & est verum.

Item ꝙ dictus dominus N. à dicta die institutionis vsq; ad tempus, & tempore spoliationis, intrusionis, & acceptationis infradicendarum, ac per omnes, & singulos annos inter medios, ac per eorumdem annorum menses, septimanas, dies, horas, & momenta dictam Vicariam parochialis ecclesię de N. I. diœcesis, circa cuius possessionem attentatum est, & occasione, cuius ad pręsens agitur, tenuit, rexit, possedit, & ex ea prouenientes fructus, redditus, & prouentus subleuauit, & percepit; seq; pro tali, & vt talem habuit, tenuit, nominauit, et reputauit, fuitque ab alijs pro tali, et vt talis habitus, tentus, nominatus, et reputatus palam, et publicè. Et sic fuit, et est verum.

Item quòd dictus N. ab eo tempore quo ad annos discretionis peruenit citra iactantiam loquendo fuit, erat, et est homo bonorum nominis, et famæ, status integri, opinionis illesæ, vitæ laudabilis, et conuersationis honestæ, ab omnibus illicitis factis, vitijs, criminibus, delictis, excessibus, et operibus malis, quantum humana permisit et permittit fragilitas, abstinens se pro tali, et vt talem, etc.

Item quòd dictus R. aduersarius de mense Martij, anni supradicti, et sic post et contra appellationem huiusmodi eisdem intimatam et insinuatam, ac post iter per ipsum N. ad Rom. Cur. veniendum ad causam huiusmodi prosequendum arreptum, eumdem dominum N. dicta sua vicaria et illius possessione spoliauit, seque in illa intrusit, prout intrusus est de pręsenti, eamque continuè citra detinuit, et occupauit, et ex eadem prouenientes fructus, redditus, et prouentus vsurpauit, et in suos damnabiles vsus conuertit, prout detinet, vsurpat, et conuertit temerè attentando et innouando. Et sic fuit, et est verum.

Item ponit, et probare intendit, si necesse fuerit, ꝙ licet R. pro parte N. vt possessionem dictæ vicariæ sibi dimitteret, et ipsum ad pristinam suam possessionem restitueret, et reintegraret, restituique et reintegrari permitteret, ac de perceptis fructibus, damnisque et interesse satisfaceret, sæpe et sæpius requisitus sit et interpellatus, requiriturq; et interpellatur: ipse tamen hoc facere denegauit, et recusauit; seq; ipsi N. desuper opposuit, prout denegat, opponit, et recusat, et desuper eumdẽ N. multipliciter impediuit, et impedit de præsenti in animæ suæ grauè periculum, etc.

Quare cũ attentata et innouata post et contra appellationem ab huiusmodi sententia interpositam veniant primò et ante omnia etiam ex officio iudicis reuocanda, et in statum pristinum reducenda, petit procurator, et eo nomine præfati domini N. partis suæ per vos R. p. d. Auditorem præfatum, vestramque sententiam siue ordinationem pronunciari, decerni, et declarari, spoliationes et intrusiones, occupationes,

pationes, et detentiones, ac fructuum vsurpationes per dictum R. et eius nomine, sic vt pręmittitur, post et contra appellationem ipsius N. legitimam, factas, attentatas et innouatas per viam attentatorum ante omnia fore, et esse cassandas, reuocandas, et annullandas, nullasque, ac iuribus vacuas annunciandas; ipsumque R. ab occupatione et detentione dictæ vicariæ de L. iuriumque et pertinentiarum omnium eiusdem per similem attentatorum viam tollendum et amouendum, eumdemq; dominum N. in, et ad pristinam corporalem, realem et actualem possessionem dictæ vicarię perpetuæ, iuriumq; et pertinentiarum eiusdem restituendum, reponendum, reintegrandum, et reinducendum, necnon pręfatum R. aduersarium in fructibus ex dicta perpetua vicaria tempore spoliationis, detentionis attentatorum et innouatorũ huiusmodi perceptis, et qui percipi potuerunt, ac in expensis in causa huiusmodi propterea legitimè factis de expensis fiendis, damnis et interesse sustinẽdis solemniter protestando, condemnandum fore, et per vos reuocari, cassari, nunciari, tolli, amoueri, restitui, reponi, reintegrari, reinduci, et condemnari, ac aliàs, in, de, et super omnibus et singulis præmissis sibi per vos fieri breue iustitię complementum.

Pręmissa omnia & singula tã cõiunctim, &c.
Saluo iure addendi, &c.
Et protestatur, &c.

Articuli in forma dignum, vbi reus est intrusus.

Positiones & articulos infrascriptos, ac contenta & descripta in eisdem dat, facit, & exhibet procurator, & eo nomine honorabilis viri domini R. canonici ecclesiæ sancti A. Coloniẽsis narratiuè, dispositiuè de quolibet, quibus sic singulariter singulis per dictam partem aduersam medio ipsius iuramento per verbum credit, vel non credit, sufficienter responderi, & si negati fuerint, se dictamque partem suam ad probandum admitti, remissionemque desuper decerni petit, & cõcedi, ad superfluam probationem se nõ astringens, de quo nomine quo supra solemniter protestatur.

Item de existentia Metropolitanæ & collegiatę ecclesiarum.

Itẽ de existentia beneficij, super quo agitur.

Item de pertinentijs collationis eiusdem.

Item q; de præmissis omnibus & singulis.

Item q; sanctissimus in Christo pater & dominus noster dominus Pius, diuina prouidentia Papa quintus, volens præfato domino R. apud ipsum de vitę ac morum honestate, alijsq; probitatis & virtutum meritis multipliciter commendato, meritorum suorum intuitu gratiam facere specialẽ, dudum videlicet sub datas xviij. Kalen. Iulij, pontificatus sui anno N. omnia, & singula beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura, quę idem R. ex quibusuis dispensationibus Apostolicis obtinet, necnon in quibus, seu ad quæ ius sibi quomodolibet competit, quęcumque quodcumque & qualiacumque fuerint, eorum fructuum, reddituum, prouentuum veros valores annuos, ipsarumq; dispensationum tenores pro expressis habentes, venerabili & circumspecto viro domino officiali Coloniensis eius proprio nomine non expresso inter alia per Apostolica scripta mandauit, quatenus si per diligentem examinationem dictum R. ad hoc idoneum reperiret, super quo ipsius officialis consciẽtiam onerauit, quòd tunc beneficium seu beneficia ecclesiasticum vel ecclesiastica, etiam si alterũ cum cura, vel quodlibet eorum canonicatus & prębenda, vel officium existat, cuius, seu quorum redditus, & prouentus, si cum cura quindecim; si verò sine cura fuerit, vel ipsa duo fuerint xviij. mar. ar. se. ta. de. va. an. non. ex. ad venerabilium & circumspectorum virorum dominorũ præpositorum, decanorum, cantorum, thesaurariorum, scholasticorum, hebdomadariorum, capitulorum, singulorumq; canonicorum, & personarum sanctorum apostolorum sancti Seuerini Coloniensis ecclesiarum, etiam ratione dignitatum, personatuum, administrationũ, vel officiorum, quas, quos, seu quæ in illis obtineret collationem, prouisionẽ, pręsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionẽ communiter vel diuisim pertinens seu pertinentia, si quod vel si qua tunc vacabant, seu vacant, vel cum simul vel successiuè vacarent, quæ dictus R. per se vel procuratorem suum ad hoc legitimè constitutum infra vnius mensis spatium, postquam eidem R. vel procuratori suo præfato vacatio illius vel illorum innotuerit, duceret acceptandum, vel acceptanda conferendũ, seu conferenda eidem R. post acceptationem huiusmodi cum omnibus iuribus & pertinentijs suis donationi, seu auctoritate Apostolica reseruaret, districtiusque inhiberet, conferret, assignaret, & induceret, conferrique & induci mandaret; aliàsq; & alia idem dominus noster sanctissimus irritum decreuit, fecit, fieriq; voluit, & mandauit, prout in litteris Apostolicis desuper confectis, ad quas & in eis contenta se refert procurator prędictus quo supra nomine, easq; hic dat pro positionibus & articulis; quatenus tamen pro se, parteq; sua, & contra partem aduersam faciant siue quouismodo facere videantur, & non aliàs, aliter, neq; alio modo,

de quo

de quo protestatur, plenius continetur, et habetur. Et sic fuit, et est verum.

Item quòd prefatus dominus R. huiusmodi gratiam Apostolicam cum in ea contentæ sibi, sic vt præmittitur, gratiosis factam sciuit, et scit, illamque gratam et ratam habuit, prout habet, litterasque desuper solitas et consuetas fieri et expediri fecit, et procurauit, illasque postmodum venerabili viro domino Ioann. de B. legum doctori officiali C. executori vnico in ipsis litteris auctoritate Apostolica specialiter deputato præsentauit; qui dominus Ioan. officialis per dictum dominum R. coram ipso personaliter constitutum super litterarum huiusmodi executione debitè requisitus, eumdem R. prius per eum examinatum diligenter ad obtinendum huiusmodi gratiam, et illius vigore habendum, tenendum, et assequendum beneficium seu beneficia in litteris Apostolicis supradictis mentionata idoneum reperit; ipsumque ad ipsa beneficia huiusmodi canonicatum et præbendam obtinendum, tenendum, et regendum, gubernandum, et possidendum habilem, et idoneum reputauit, pronunciauit, et declarauit, inhibuit, monuit, processusque et litteras in talibus solitos, et necessarios, ac consuetos seruatis seruandis decreuit, censuras et sententias fulminauit, subdelegauit, aliaque fecit, et executus fuit, prout in desuper confectis processibus, et documentis publicis, ad quos, et quæ, ac in eis contenta se refert, hicque dat loco positionum et articulorum, quatenus, etc.

Item quòd abijt beneficiatus antecessor.

Item de acceptatione & prouisione.

Item de habilitatibus per ordinem.

Item quòd in premissis nõ obstantibus quidam A. in præsenti causa aduersarius, cui in dictis canonicatu, & prebenda sancti A. de quibus agitur, nullum vmquam ius competijt, neque competit se supradictis gratiæ processibus acceptationi, & prouisioni, bonoque iure ipsi R. in & ad canonicatum & præbendam huiusmodi competenti de facto, cum de iure non potuit, neque possit, opposuit; ipsumque dominum R. molestauit, vexauit, perturbauit, inquietauit, & impediuit, prout molestat, vexat, perturbat, inquietat, & impedit; fecitque & facit, quominus gratia, processus, acceptatio, & prouisio huiusmodi ipsius domini R. suum debitum sortiantur effectum, & quominus dictus R. dictorum canonicatus & prebendæ, iuriumque & pertinentiarum eorumdem possessioně assequi, ipsosque regere, tenere, & possidere, exinde etiam prouenientes fructus, redditus, & prouentus percipere possit, & valeat; quinimmo, quod est deterius, se in, & ad dictos canonicatum & prebendam temerè, & de facto intrusit, prout intrusus est de præsenti; illosq; occupauit, prout detinet indebitè occupatos, fructus, redditus, & prouentus ex eisdem prouenientes vsurpando, & in suos damnabiles vsus conuertendo in animæ ipsius A. grauè periculum, dictique domini R. ac iuris sui vilipendium non modicum, & grauamen. Et deinde clausulas generales.

Quare petit, &c.

Articuli de interdicto retinendæ possessionis super collatione Archidiaconatus.

Positiones & articulos infrascriptos, &c.

Item de existentia Metropolitanæ vel cathedralis ecclesiæ.

Item de existentia Archidiaconatus, &c. quem quondam talis obtinuit.

Item de pertinentia collationis.

Generalis.

Item ꝙ quondam talis fuit Archidiaconus.

Item quòd talis obijt.

Item Episcopus contulit A. in personam B. sui procuratoris.

Item N. collationem & prouisionem sibi in personam B. factas sciuit, &c. et quòd B. parte post requisitionem capitulo factam, possessionem ademptus fuit.

Item quòd requisitionem, receptionem & possessionis admissionem antedictas, idem A. sciuit & scit, illasque ratas, & gratas habuit et habet, et exinde personaliter receptus, et admissus eamdem possessionem continuauit. Et sic fuit, etc.

Generalis, etc.

Item A. fuit clericus tempore collationis.

Item quòd B. fuit procurator A.

Item Episcopus N. vocabatur I. etc.

Item de habilitate illius, qui possessionem dedit.

Item quòd omnes, et singulæ personæ, etc.

Item quòd de præmissis omnibus, et singulis, etc.

Item dat de notarijs, etc.

Item quòd premissis non obstantibus, quidam C. cui in, seu ad eumdem Archidiaconatum nullum vmquam ius competijt, neq; competit se collationi, prouisioni, et inuestituræ dicto A. de ipso Archidiaconatu, sic vt premittitur, auctoritate ordinaria factis, necnon bono iuri ipsi dom. A. in, seu ad eumdem Archidiaconatum competenti de facto, cum de iure non potuit, neque possit, opposuit; ipsumque A. multipliciter turbauit, inquietauit, et molestauit; prout turbat, molestat, et inquietat, et

tat, & ipsum desuper impediuit, & impedit, fecitq; & facit, quominus dictus A. dicti Archidiaconatus possessionem pacificè & quietè cõtinuare possit & valeat, vt deberet in animæ suæ graue periculum, dictiq; A. iurisq; sui prȩiudicium non modicum, & grauamen.

Item ꝙ pro parte dicti A. à turbatione, inquietatione, & impedimentis huiusmodi, alijsque in, desuper interiecta seu interiectis, appellatione seu appellationibus latius contentis, animo, & intentione causam & causas huiusmodi vnà cũ negocio principali ad Ro. Cu. sanctamq; sedem apostolicam legitimè prouocato, & appellato, A. & B. prædicti inter alia conuenerunt & consenserunt spontè, ꝙ omnes & singuli termini inter eos occasione dicti Archidiaconatus, & illius occasione iuxta appellationis, & prouocationis prædictarum suscitata in Ro. Cur. in statu, in quo nunc esset vel per appellationem, & prouocationem huiusmodi in Rom. Cur. in statu, in quo nunc vel per appellationem & prouocationem huiusmodi esse posset per iudicem seu auditorem impetrandum prima die iuridica post dominicam, qua die in ecclesia cantatur, Lætare Hierusalem, &c. proximè effluxam terminari, & decidi absq; alia citatione vel deuolutione vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiue posset, & deberet. Et ꝙ sic fuit, & est verum.

Item ꝙ conuentione & consensus huiusmodi vigore, & iuxta ipsorum formam & tenorem causæ & causa huiusmodi fuerunt, erant, & sunt vobis domino auditori prȩfato de mandato S. D. N. Papæ commissæ. Et sic fuit, &c.

Item ꝙ præmissa omnia, &c.

Quare petit.

Articuli super beneficio reseruato generaliter & vacante extra curiam per obitum familiaris Cardinalis.

Positiones, & articulos infrascriptos, ac contenta & descripta eisdem dat, facit, & exhibet procurator, & eo nomine honorabilis viri G. de B. rectoris parochialis ecclesiȩ de N. Detusensis diœcesis partis suæ tàm coniunctim quàm diuisim, ac narratiuè, & dispositiuè de quolibet, quibus sic singulariter singulis per partem in præsenti causa aduersam medio suo iuramento per verbum credit, vel non credit, sufficienter responderi: & si negati fuerint, illos probare intendit, seque & partem suam prædictam ad probandum eosdem in Ro. Cur. extra & ad partes admitti, remissionemq; in forma decerni petit, & concedi; citra tamen onus superfluȩ probationis, de quo protestatur expresiè.

In primis enim ponit, & si necesse fuerit, probare intendit, ꝙ à x. xx. xxx. xl. & centũ annis proximè, & immediatè præteritis, citra, & supra, ac à tanto tempore, & per tantum tempus, de cuius initio siue contrario hominum memoria non existit, inter alias parochiales ecclesias in diœcesi D. & infra eam, eiusque fines & limites existentes, fuit esseq; consueuit, prout est de præsenti quȩdam notabilis parochialis ecclesia vocata communiter & appellata parochialis ecclesia de C. D. diœcesis, quã quondam Io. de N. dudum ante tempus & tẽpore obitus sui infradicendi tenebat, regebat, & possidebat, seculari clerico in titulum perpetui beneficij ecclesiastici conferri, & assignari & per talem regi & gubernari solita & consueta, & super qua ad præsens agitur, habens quamplures vtriusq; sexus homines parochianos, fontem baptismalem, campanas, campanile, cœmeterium benedictum, certamq; & limitatam parochiam suis finibus comprehensam, & ab alijs parochijs adiacentibus distinctam, & separatam, aliaq; iura, & insignia notabilem parochialem ecclesiam demonstrantia palam, & publicè. Et sic fuit, &c.

Item ꝙ Sanctissimus in Christo pater & dominus noster dominus N. diuina prouidentia Papa N. modernus, dudum siquidẽ omnes parochiales ecclesias, cæteraq; beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura, quorumcumque familiarium continuorum commensalium Reuerendissimorũ in Christo patrum sanctȩ Ro. Ecclesiæ Cardinalium tunc vacantia, & in antea vacatura, collationi & dispositioni suæ reseruauit: ipseque, si secus super his à quoquã quauis auctoritate scienter vel ignoranter fierent, irritum & inane decreuit; aliaq; fecit, prout, & quemadmodum in desuper factis cõstitutionibus, ordinationibus siue regulis cancellariȩ, ad quas & in eis contenta se refert dictus procurator quo supra nomine, hicq; dat, pro positionibus & articulis; quatenus tamen pro se, parteq; sua, & contra partem aduersam faciant, & non aliàs, aliter, neque alio modo, de quo protestatur expresiè.

Item ꝙ dicta constitutio siue ordinatio dudum ante vacationem dictȩ parochialis ecclesiæ C. super qua ad præsens agitur, fuit, & erat in Rom. Curia solemniter publicata, & pro lege citra, tenta, & habita, prout tenetur & habetur de præsenti palam, & publicè. Et sic fuit, &c.

Item ꝙ de præmissis omnibus & singulis fuit, & est publica vox, & fama.

Item ꝙ quondam Io. de N. dudum ante tempus, & tempore sui obitus, ac familiaritatis infradicendi fuit, & erat rector parochialis ecclesiæ

eleſię de C. D. diœceſis, & in ipſius, iuriumq; & pertinentiarum omnium eiuſdem poſſeſſionem, ſeu quaſi pacifica, & quieta: ſeque pro tali, & vt talem habuit, tenuit, nominauit, & reputauit, fuit ab alijs pro tali, & vt talis habitus, &c. palam, & publicè.
Et ſic fuit, &c.

Item quòd bon. me. dominus Dominicus tituli ſanctorum Ioan. & Pauli fuit, & erat tempore fel. rec. M. Papæ N. ac etiam Eugenij Papę N. ac longe ante annum domini, & vſque ad tempus obitus ſui ſacroſanctæ Rom. Eccleſiæ presbyter Cardinalis Tarraconenſis vulgariter nuncupatus; ſeq; pro tali, & vt talem habuit, tenuit, nominauit, & reputauit; fuitq; ab alijs pro tali, &c.

Item ꝙ dictus quondam Ioan. de N. dudum ante tempus, & tempore obitus bo. mem. Domini D. Cardinalis, & tempore fe. re. Eugenij Papę N. prædictorum fuit, & erat familiaris continuus commenſalis eiuſdem domini D. tituli ſanctorum Io & Pauli ſacroſanctæ Rom. Eccleſię presbyteri Cardinalis: ſeque pro tali, &c.

Item ꝙ durante familiaritate huiuſmodi, dictus quondam Ioan. de N. dictam parochialem eccleſiam de C. ſuper qua ad præſens agitur, & tempore fe. re. domini Eunge. Papæ N. obtinebat, regebat, poſſidebat palam, & publicè. Et ſic fuit, &c.

Item ꝙ dictus quondam Ioan. de N. exiſtens, ſic vt præmittitur, dictæ parochialis eccleſię de C. rector, & in ipſius iurium & pertinentiarum omnium eiuſdem poſſeſſione, ſeu quaſi pacifica, & quieta dudum ante xiij. Kal. Auguſti, quæ fuit, xx. dies menſis Iulij, Anno domini, &c. pontificatus Sanctiſſimi domini noſtri domini N. Papæ moderni, anno N. ex Rom. Cur. & in partibus diem vitæ ſuæ clauſit extremum; quòdq; per ipſius quondam Io. obitum dicta parochialis eccleſia de C. ſuper qua ad pręſens agitur, tam de iure quam de facto verè vacauit, & pro vacua reputata fuit palam, & publicè. Et ſic fuit, & eſt verum, etc.

Item quòd præfatus dominus noſter N. Papa modernus, volens præfato dom. G. V. apud ipſum de vitæ & morum honeſtate, alijsq; laudabilibus probitatis, & virtutum meritis multipliciter commendato, necnon conſideratione R. in Chriſto p. & d. Domini Ioan. miſeratione diuina tituli ſancti Laurētij in Lucina presbyteri Cardinalis pro ipſo d. G. dilecto ſuo ipſi domino noſtro Papæ ſuper hoc humiliter ſupplicanti gratiam facere ſpecialem, dictam parochialem eccleſiam de C. per obitum dicti quondam Ioan. de N. aut aliàs quouiſmodo in litteris apoſtolicis expreſſorum vacantem cum omnibus iuribus & pertinentijs ſuis, auctoritate apoſtolica cōtulit, & illi prouidit de eadem irritūq; decreuit, executores deputauit, aliasq; fecit, prout & quemadmodum in deſuper confectis litteris apoſtolicis, ad quas, & in eis contenta ſe refert dictus procurator quo ſupra nomine, hicq; dat pro poſitionibus, &c. inquantum tamen pro ſe, & parte ſua & cōtra partem aduerſam faciant, ſeu facere poſſunt, & non aliàs, aliter, neque alio modo, plenius continetur & habetur. Et ſic fuit, &c.

Item ꝙ pręfatus G. V. gratiam apoſtolicam ſibi, ſic vt præmittitur, factam ſciuit, & ſcit, illam ratam gratam habuit, litterasq; deſuper fieri & expediri fecit, & tandem R. p. d. B. Epiſcopo Spoletanenſi executori in eiſdem litteris apoſtolicis vnà cū certis ſuis collegis, cum clauſula, quatenus vos vel duo aut vnus veſtrū, &c. eius proprio nomine non expreſſo deputato pręſentauit; ipſeq; dominus B. Epiſcopus, & executor præfatus per venerabilem & circumſpectum virum d. F. G. præpoſitum eccleſiæ V. præfati domini G. V. principalis patris ad hoc ſufficienti mandato ſuffultum coram eo conſtitutum debitè requiſitus, litteris Apoſtolicis reuerēter per eum receptis, dictum Dominum V. in perſonam præfati d. F. ſui procuratoris legitimi in dictæ parochialis eccleſię de C. iuriumq; & pertinentiarum omnium eiuſdē corporalem poſſeſſionem induxit, induciq; mandauit, proceſſusq; ſolitos, ſententias, & cenſuras in ſe continentes fulminauit, & decreuit, aliasq; fecit, prout & quemadmodum in deſuper confectis proceſſibus, & documentis publicis, ad quos, & quę, & in eis contenta ſe refert dictus procurator quo ſupra nomine, hicq; dat loco poſitionum, & articulorum, inquantum pro ſe, parteq; ſua, & contra partem aduerſam faciant, ſiue quomodolibet facere videantur, & non aliàs, aliter, neque alio modo, de quo proteſtatur, plenius habetur, & continetur. Et ita fuit, &c.

Item ꝙ ab vno, duobus, tribus annis proximè, & immediatè præteritis citra, & ſupra, & ſic dudum ante tempus, & tempore gratiæ collationis & prouiſionis prędictarum proceſſuū inde ſecutorum, præfatus G. V. fuit, & erat, prout eſt clericus ſecularis, habitum, & tonſuram deferens clericales, maior xxv. annis ætatis ſuæ de legitimo matrimonio procreatus, in communione fidelium, ac aliàs habilis, & idoneus ad huiuſmodi gratiam habendum, eiuſq; vigore dictam parochialem eccleſiam, ſuper qua ad pręſens agitur, tenendum, regendum & gubernandum, ſtuduitque, prout ſtudet in artibus: ſeq; pro tali, & vt talem habuit, tenuit, nominauit, et reputauit: fuitq; ab alijs pro tali,

et vt

et vt talis habitus, dictus, tentus, nominatus, et reputatus, prout habetur, tenetur, nominatur, et reputatur palam, publicè. Et sic fuit, etc.

Item quòd ab eisdem temporibus, & per ipsa tempora citra, & supra dictę parochialis ecclesiæ de C.D. diœcesis, super qua ad præsens agitur fructus, redditus, & prouentus centum li. Tu. par. se. con. ext. va. an. non excesserunt, neque hodie excedunt; quinimmo infra eumdem valorem comprehensi fuerunt palam, & publicè. Et sic fuit, etc.

Item quòd similiter ab eisdem temporibus, & per ipsa tempora citra, & supra, & sic dudum ante tempus, & tempore decreti processus super dicta gratia præfatus R.p.d.B. fuit, & erat, prout hodie existit Episcopus S. & hoc nomine B. vocabatur, prout vocatur; fuitq; idem d. B. Episcopus S. & in ipsius ecclesiæ S. iuriumq; & pertinentiarum omnium eiusdem possessione pacifica, et quieta in communione fideliũ, ac aliàs habilis, & idoneus ad huiusmodi gratiam apostolicam exequendum, et ea quę in præmissis fecisse dicitur, faciendum: seq; pro tali, et vt talem habuit, etc. fuitq; ab alijs, etc.

Item quòd dudum ante tempus, et tempore decreti processus antedicti, et omniũ inde secutorum, venerabilis, et circumspectus vir dominus F. B. præpositus V. fuit et erat pręfati G. V. procurator ad ea omnia, quæ in pręmissis fecit, specialiter constitutus. Et sic fuit, etc.

Item quòd omnes, et singuli superius, necnon in productis, et producendis pro parte dicti d.G. in hac causa descripti, et nominati fuerunt, et erant illis saltem temporibus, et qui viuunt, sunt tales quales in eisdem describuntur, et nominantur, aliàsq; habiles, idonei ad ea, quę fecisse dicuntur faciendum; seq; pro talibus, etc.

Item dat producta, et producenda in hac causa pro parte sua pro po. et ar. inquantum faciunt pro se, et parte sua, et contra partem aduersam, et non aliàs, etc.

Item dat de notarijs, signis, sigillis, et personarum habilitatibus, vt fuit, etc.

Item quòd præmissis non obstantibus, quidam F. in pręsenti causa aduersarius, cui in dicta parochiali ecclesia de C. super qua ad pręsens agitur, seu ad eam nullum vmquam ius competijt, neque competit se gratię collationi et prouisioni prędictis, ac bono iuri ipsi G. V. in dicta parochiali ecclesia competenti temerè, et de facto, cum de iure non possit, se opposuit, et ipsum desuper impediuit, prout opponit, et impedit; facitq; et faciat, quominus gratia, collatio, et prouisio prędictę suum debitum sortitę fuerint, et sortiantur effectum, et quominus ipse G. dictę parochialis ecclesiæ, iuriumq; et pertinentiarum omnium eiusdem corporalem, realem, et actualem possessionem assequi, tenereq; et possidere, et ex eadem prouenientes fructus, redditus, et prouentus percipere et subleuare, vt deberet, posit, et valeat; quinimmo, quod deterius est, ipse F. aduersarius se in, et ad dictam parochialem ecclesiam intrusit, prout intrusus est de pręsenti, fructus, redditus, et prouentus ex dicta parochiali ecclesia prouenientes vsurpando, et in suos damnabiles vsus conuertendo, et etiam ipsius possessionem vacuam eidem G. dimittere, et de vsurpatis fructibus domini G. ac iuris sui pręiudicium, non modicum damnum et grauamẽ; necnon diuersas iniurias, et molestias reales et personales eisdem ecclesiasticis personis inferre non verentur in Dei offensam, animarum suarum periculum, ecclesiasticę libertatis vilipendium, et plurimorum grauamẽ, pręiudicium, et iacturam.

Item ꝙ de pręmissis omnibus, et singulis fuit, et est publica vox et fama.

Item repetit hic, et de nouo producit omnes et singulas materias articulatas, iuraq; et munimenta, actaq; et actitata in causa huiusmodi pro parte sua quomodolibet habita, exhibita, atque producta cum probationibus desuper factis, hicq; dat loco positionum et articulorum; quatenus tamen pro se, parteq; sua, et contra partem aduersam faciant, siue quouismodo facere videantur, et non aliàs, aliter, neque alio modo, de quo protestatur solemniter et expressè.

Quare petit dictus procurator quo supra nomine per vos d. Auditorem, vestramq; diffinitiuam sententiam pronunciari, decerni et declarari gratiam apostolicam, necnon collationem et prouisionem dicto G. de parochiali ecclesia de C. sic vt pręmittitur, auctoritate apostolica factas, et omnia inde secuta fuisse, et esse canonicas, et canonica, suumq; debitum debuisse, et debere sortiri effectum. dictamq; parochialem ecclesiam de C. ad eumdem G. spectasse et spectare, et pertinere de iure, illamq; sibi cum omnibus iuribus et pertinentijs suis adiudicandum fore, et per vos adiudicari; dictoq; F. Ferrarij aduersario in, seu ad dictam parochialem ecclesiam de C. nullum vmquam ius competijsse neque competere: eumdem F. aduersarium ab occupatione et detentione dictę parochialis ecclesiæ de E. iuriumq; et pertinentiarum omnium eiusdem tollendum et amouendum, et ipsum G. in et ad corporalem, realem, et actualem possessionem ipsius parochialis ecclesię de C. iuriumq; et pertinentiarum prędictorum ponendum et inducẽdum fore, et per vos tolli et amoueri, poni, et

induci:

induci: intrusionesque, vsurpationes, oppositiones, denegationes, recusationes, & impedimenta eidem G. per præfatum F. vt præmittitur, factas & prçstitas: factaq; & præstita fuisse, & esse temerarias, illicitas, iniquas, indebitas, & iniustas; temerariaque, illicita, iniqua, indebita, & iniusta, ac de facto prçsumptas; ipsique F. super ipsis, ac parochiali ecclesia de C. prçdictis perpetuum silentium imponendum, & eumdem F. in fructibus ex dicta parochiali ecclesia de C. à tempore motæ litis citra perceptis, & qui percipi potuerunt; necnon in expensis in huiusmodi causa legitimè propterea factis, de expensis fiendis, fructibus percipiendis, damnisque & interesse sustinendis, solemniter protestando condemnandum fore, & per vos imponi & condemnari, ac aliàs in, de & super omnibus, & singulis sibi per vos fieri breue iustitię complementum.

Dans & petens præmissa omnia, & singula tàm coniunctim, quàm diuisim omnibus melioribus, modo, via, iure, causa, stilo, & forma, quibus melius & efficacius potest atque debet; vestrum nihilominus benignum officium in omnibus humiliter implorando.

Saluo iure addendi, &c.

Et protestatur, etc.

Articuli super gratia expectatiua præbenda, & simplici beneficio.

Positiones & articulos infrascriptos, ac contenta & descripta in eisdem dat, facit, & exhibet procurator, & eo nomine procuratorio R. patri domini N.N.& M. ecclesiarum canonici ac perpetui beneficij sine cura ecclesiæ sancti D.de N.beneficiati partis suæ tàm cõiunctim, quàm diuisim narratiuè, & dispositiuè, & de quolibet, quibus singulariter singulis per partem aduersam eius iuramento medio petit per verbum credit, vel non credit responderi, & si negati fuerint, illos probare intendit; seque & partem suam prçdictam ad probandum eosdem in Rom. Cur. & in partibus admitti, remissionemque desuper in forma decerni petit, & concedi; ad superfluam tamen probationem se nullatenus astringens, de quo protestatur solemniter, & expresse.

In primis enim ponit, & si necesse fuerit, probare intendit, quòd à x.xx. &c. & centum annis proximè, & immediatè præteritis continuè, citra & supra, necnon à tanto tempore, & per tantũ tempus, de cuius initio sine contrario hominum memoria non existit, inter alias ciuitates, & oppida, ac cathedrales ecclesias in natione Italica, & infra eam, eiusque fines, & limites existentes, fuit, esseq; consueuit, prout est de prçsenti quçdam notabilis, & insignis ciuitas M. et in ea vna notabilis cathedralis ecclesia vocata communiter, & appellata cathedralis ecclesia M. habens saluis ipsius vacationum temporibus Episcopum pro tempore vt caput, necnon præpositum, decanum, scholasticum, Archipresbyterum, & quamplures canonicos præbendatos, vt membra capitulum ipsius ex, & inter se facientes, & repræsentantes, longamq; & latã diœcesim ab alijs diœcesibus circumiacentibus distinctam & separatam; aliaque iura & insignia notabilem cathedralem ecclesiam designantia, palam, & publice. Et sic fuit, & est verum.

Item ꝙ inter alios canonicatus, & prçbendas in dicta cathedrali ecclesia M. antedictis temporibus, & per ipsa tempora existentes, fuerunt, esseq; consueuerũt, prout sunt de præsenti certi canonicatus, et prçbẽdç, quos quondam N.de N. in eadem ecclesia, dum vixit, tenebat, et possidebat, & super quibus ad prçsens agitur, clerico seculari in titulum perpetui beneficij ecclesiastici quotiens vacatio ipsius occurrit conferri, regi, et gubernari soliti et consueti. Et sic fuit, & est verum.

Item ꝙ inter alia beneficia in dicta diœcesi, et infra eam, eiusq; fines et limites à dictis temporibus, & per ipsa tempora existẽtia, fuit, esseq; consueuit, prout est quoddam perpetuũ sine cura beneficiũ ecclesiæ S.N.de N.M.diœcesis clerico seculari illius occurrente vacationis tempore in titulum perpetui beneficij ecclesiastici conferri, et per ipsum regi et gubernari solitum et consuetum, et super quo ad prçsens agitur. Et quòd sic fuit, et est verum.

Item ꝙ tàm de iure, quàm vsu, more, obseruantia, et consuetudine legitimè præscriptis, ac dictis temporibus, ac per ipsa tempora inconcusse et inuiolabiliter tentis, et obseruatis collatio, prouisio, seu quçuis alia dispositio prçdictorũ canonicatus et prçbendç, ac sine cura beneficij, super quibus et quorum occasione agitur, dum et quotiens eorumdem vacationes occurrunt, spectauit, et pertinuit, spectareque, et pertinere consueuit, prout spectat, et pertinet ad pro tempore Episcopum M. fueruntq; Episcopi ecclesiæ M. pro tempore, prout modernus dominus Episcopus M. est in possessione vel quasi quieta, et pacifica iure prçmissorum; sçpeq; et sçpius dictos canonicatũ et prçbendam, necnon perpetuum beneficium, personis idoneis contulerunt, et de eisdem prouiderunt atque disposuerunt: fueruntque collationes, prouisiones & dispositiones huiusmodi, dum et quotiens fiebant, et hodie si fierent, essent validæ et efficaces, suosq; semper sortitç sunt, et hodie si fierent, sortirentur effectus:

Apostolicæ Sedis tamen concordatis nationũ non obuient, dispositionibus & legatorum eius saluis & exceptis. Et sic fuit, & est verum.

Item quod sanctissimus in Christo pater dominus noster dominus N. diuina prouidentia Papa N. volens præfato domino L. de L. canonico C. legũ doctori & capellano suo propter grata deuotionis obsequia, quæ sibi Sedi Apostolicæ impendit apud ipsum de litterarum scientia, vitæ morum honestate multipliciter commendato, præmissorũ obsequiorum & meritorum suorum intuitu, gratiam facere specialem, dudum videlicet sub data apud sanctũ Petrum, decimooctauo Kalendas Iulij, pontificatus sui anno N. motu proprio non ad ipsius vel alterius cuiuscumque supplicantis instantiam, sed de eius mera liberalitate vnum vel duo beneficium seu beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica, etiam si alterũ cum cura, aut dignitas, personatus, administratio, vel officiũ, seu quodlibet eorum canonicatus & præbenda in cathedrali ecclesia foret, & ad dignitatem, personatum, administrationem vel officium huiusmodi consueuisset quis per electionem assumi, & si ei cura immineat animarũ, dummodo dignitas ipsa maior post pontificalem non existat, cuius seu quorum fructus, redditus, & prouentus si cum cura, aut dignitates vel personatus lx. si verò sine cura, nec dignitas vel personatus fuerit seu ipsa duo fuerint lx. florenorum auri de Camera se. ta. de va. an. non excedunt, ac Reuerendorum in Christo patrum B. M. Episcoporum, necnon venerabilium & circumspectorum virorum dominorum capitulorum, singulorumque canonicorum & personarum B. & M. ecclesiarũ collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem communiter vel diuisim pertinens vel pertinentes, si quod vel si qua tunc vacabant, aut vacabat, cum simul vel successiuè vacauerint, quòd seu quæ dictus dominus L. de L. per se vel procuratorẽ suum ad hoc legitimè cõstitutum infra vnius mensis spatium, postquam eidem domino L. vel procuratori suo præfato vacatio illius vel illorum innotuerit, duxerit acceptandum, vel acceptanda conferendum, seu conferenda eidem N. post acceptationem huiusmodi cum omnibus iuribus & pertinentijs suis donationi Apostolicæ reseruauit, districtius inhibuit, executores deputauit, irritumque decreuit, aliásque & alia fecit, fieríque voluit & mandauit, prout in litteris Apostolicis desuper confectis, ad quas & in eis contenta se refert procurator prædictus quo supra nomine, eaque hic dat pro positionibus & articulis: quatenus tamen pro se, parteque sua, & contra partem aduersam faciãt siue quouismodo facere videantur, & non aliàs, aliter, neq; alio modo, de quo protestatur expressè, plenius continetur & habetur. Et sic fuit, &c.

Item quod præfatus dominus L. gratiam Apostolicam sibi, vt præmittitur, factam & gratiosè concessam, sciuit, & scit, illamq; ratam & gratam habuit; prout habet de præsenti, litterasq; desuper solitas necessarias, & consuetas fieri petijt & procurauit, illasque postmodum Reu. p. d. Episcopo G. eiusque proprio nomine non expresso, executori in ipsis litteris Apostolicis cum certis suis collegis cum clausula, quatenus vos vel duo aut vnus vestrum, etiam specialiter deputato præsentari fecit: cui dominus Petrus Episcopus prædictus pro parte dicti domini L. principalis debitè requisitus, processus in talibus solitos & consuetos fulminauit, decreuit, mandauit, monuit, & præcepit, sententias & censuras fulminauit & subdelegauit, aliásq; & alia fecit, ac executus fuit, prout in desuper confectis processibus & documentis publicis, ad quos quæ & in eis contenta se refert procurator prædictus quo supra nomine, illosq; & illa hic dat pro positionibus & articulis, quatenus pro se, parteque sua, ac contra partem aduersam faciant siue quouismodo facere videantur, & non aliàs, aliter, neq; alio modo, de quo protestatur, plenius continetur & habetur. Et sic fuit, & est verum.

Item quod quondam B. de N. dudum ante tempus, & tempore obitus sui infradicendi fuit, & erat canonicus præbendatus dictæ cathedralis ecclesiæ M. ac perpetui & sine cura beneficij ecclesiæ sancti N. M. diœcesis, super quibus agitur, beneficiatus, ac in ipsorum canonicatus & præbendæ ac beneficij huiusmodi, iuriumque & pertinentiarum omnium eorumdem possessione seu quasi pacifica & quieta: seque pro & vt talis, &c. Et sic fuit, & est verum.

Item quod dictus quondam B. de N. existens, sic vt præmittitur, ipsius ecclesiæ M. canonicus præbendatus, & in ipsorum, iuriumq; & pertinentiarum omnium eorumdẽ pacifica possessione seu quasi, nuper videlicet post vltimam Iulij, & ante secundam mensis Augusti, anno Domini, &c. extra Rom. Curiam & in partibus diem vitæ suæ clausit extremum; quòdque per ipsius quondam B. obitum dicti canonicatus & præbendæ verè vacarunt, & pro vacantibus & vacuis reputati fuerunt, palam, & publicè. Et quòd sic fuit, & est verum.

Item quòd canonicatu & præbenda ac beneficio sine cura, sic vt præmittitur, per obitum quondam B. de N. vacantibus & tamquam in & sub dicta gratia sua comprehensos per egregium legum doctorem dominum N. procura-

torem

torem suum ad hoc ab eo legitimè constitutū infra tempus debitum acceptauit, & de illis honorabilem virum dominum B. N. presbyterum M. subexecutorem in vim clausulæ, Cæterum, &c. in processibus contentæ electum & ad hoc requisitum, sibi in personam eius prouideri fecit & obtinuit: aliàsque diligentias necessarias fecit, prout in desuper confectis documentis & instrumentis publicis, ad quæ & in eis contenta se refert procurator prędictus quo supra nomine: hicque dat pro positionibus & articulis, quatenus tamen pro se, parteque sua, & contra partem aduersam faciant, siue quouismodo facere videantur, & non aliàs, aliter, neque alio modo, de quo protestatur expressè, plenius continetur & habetur. Et quòd sic fuit, &c.

Item quòd idem L. de N. ab vno, duobus & decem annis proximè & immediatè præteritis continuè citra & supra, & sic dudum ante tempus & tempore datæ gratiæ, processuumque desuper habitorum, necnon acceptationis & prouisionis eorumdem vigore dicto L. in personam præfati domini N. vt præmittitur, factarum fuit, & erat, prout de præsenti est canonicus B. legum doctor, & præfati domini N. Papæ causarum palatij Apostolici Auditor, necnon clericus, habitum & tonsuram publicè deferens clericales, maior xxv. annis ætatis suæ, in, ex, & de legitimo matrimonio procreatus, in communione fidelium, ac aliàs habilis et idoneus ad canonicatum et præbendam huiusmodi obtinēdum & gubernandum: seque pro tali, et vt talis habuit, tenuit, nominauit, & reputauit, &c.

Item ꝙ à proximè dictis temporibus, et per ipsa tempora continuè, citra et supra, et sic dudum ante tempus & tempore fulminationis processuum prædictorum, de, et super dicta gratia habitorum Reu. in Christo pater dominus et dominus Pet. Episcopus C. executor huiusmodi vocabatur, prout vocatur hoc nomine P. fuitq; tunc, prout est de præsenti Episcopus G. et in ipsius ecclesiæ G. iuriumque et pertinentiarum omnium eiusdem possessione pacifica & quieta, in communione fidelium, ac sanctæ Sedis Apostolicæ, aliàs habilis & idoneus ad huiusmodi gratiam Apostolicam exequendum, et ea quæ in præmissis fecisse dicitur faciendum: seque pro tali, etc.

Item quòd similiter ab eisdem temporibus, & per ipsa tempora continuè, citra et supra, et sic tempore acceptationis, et prouisionis ipsi domino L. de N. et per eum in personam domini N de M. procuratoris sui de dictis canonicatu, et præbenda M. ac beneficio, sic vt præmittitur, factis, præfatus B. de F. subexecutor gratiæ huiusmodi fuit, & erat, prout de præsenti est presbyter M. habitū, & tonsuram publicè deferens presbyterales, in, ex, & de legitimo matrimonio procreatus, in communione fidelium, aliàsque habilis, & idoneus ad huiusmodi prouisionem faciendam, litterasq; Apostolicas exequendas, & quæ in pręmissis, et circa ea fecit faciendum, et exercendum, fuitque pro tali, etc. Et sic fuit, et est verum.

Item quòd prenominatus N. de N. ab vno et duobus annis proximè, et immediatè præteritis continuè, citra et supra, et sic tempore acceptationis, et prouisionis dicto domino L. de N. in personam ipsius factis fuit, et erat ad huiusmodi gratiam expectatiuam ipsi domino L. concessam, prosequendum, necnon quodcumq; beneficium ecclesiasticum cum cura, vel sine cura, etiam si canonicatus, et præbenda fuerit, acceptandum, et sibi nomine ipsius domini L. prouideri petendum, et faciendum ab eodem d. L. procurator legitimè constitutus, prout in quodam constitutionis procuratorum instrumento publico, ad quod, et in ea contenta se refert dictus procurator quo supra nomine; illudque, et in eo contenta hic dat pro positionibus, et articulis, quatenus tamen pro se, parteque sua, et contra partem aduersam faciant et facere videantur, et non aliàs, aliter, neque alio modo, de quo protestatur, plenius continetur, et habetur. Et sic fuit, etc.

Item ꝙ ab vno, duobus, et sex annis proximè, et immediatè prętеritis continuè, citra et supra, et sic etiam dudum ante tempus, et tempore acceptationis, et prouisionis prędictę, fructus, redditus, et prouentus ipsorum canonicatus, et præbendæ ecclesiæ M. ac beneficij super quibus ad præsens agitur, xl. flor. au. de Ca. dictis tax. se. an. va. non excesserunt, neq; hodie excedunt, quinimmo longè fuerunt, ac sunt infra eumdem valorem comprehensi palam, et publicè. Et sic fuit, etc.

Itē ꝙ de pręmissis omnibus, et singulis, etc.

Item ꝙ pręmissis non obstantibus, quidam Io. de N. assertus clericus in huiusmodi causa aduersarius, cui in dictis canonicatu, et præbēda, ac beneficio, super quibus agitur, seu ad eos, vel illud nullum vmquam ius competijt, neq; competit se supradictis gratiæ processibus acceptationis, et prouisionis, ipsi d. L. de N. in et ad canonicatū, et prębendam M. ac beneficium huiusmodi competētibus de facto, cum de iure non potuit, neque possit, opposuit; ipsumq; dominum L. molestauit, vexauit, perturbauit, et impediuit, prout molestat, vexat, perturbat, inquietat, impedit; fecitque, ac facit, quominus gratia, processus, acceptatio, et prouisio huiusmodi ipsius domini L. suum debitum sortiantur ef-

tur effectum, & quominus dictus L. ipsorum canonicatus, & præbendę, & beneficij, iuriumque & pertinentiarum omnium eorumdẽ possessionem assequi, eosdemque & illud tenere, regere, & possidere, & exinde prouenientes fructus, redditus, & prouentus percipere possit, & valeat, vt deberet: quinimmo, quod deterius est, se, in & ad canonicatũ, & prębendam, ac beneficium huiusmodi de facto intrusit, prout intrusus est de pręsenti: illosq; et illud occupauit, et detinuit, prout detinet indebitè occupator eius fructus, redditus, et prouentus ex eisdẽ prouenientes vsurpando, et in suos damnabiles vsus conuertendo in animæ suæ grauè periculum, et dicti domini L. ac iuris sui præiudicium non modicum, et grauamen.

Item quòd pręmissa omnia, et singula fuerunt, erant, et sunt vera, publica, et notoria; quodque de eis omnibus, et singulis fuit, et est publica vox, et fama.

Item quòd omnes, et singulæ personæ superius, necnon in productis, et producendis pro parte sua descriptæ, et nominatæ fuerunt, illis saltem temporibus, prout illi, qui adhuc viuunt, sunt tales quales inibi describuntur; habilesq; et idonei ad ea, quæ fecisse describuntur, faciendum: seque pro talibus habuerunt, etc. Et sic fuit, etc.

Item dat producta, et producenda in huiusmodi causa cum probationibus desuper habitis, et habendis pro positionibus, et articulis: quatenus tamen pro se, parteque sua, et contra partem aduersam faciant, siue quouismodo facere videantur, et non aliàs, aliter, neque alio modo, de quo protestatur expresiè.

Item dat de sigillis notariorum manibus, et personarũ habilitatibus, prout fuit, et est moris atque stili.

Quare petit procurator prædictus quo supra nomine per vos Reu. p. d. N. de N. etc. pronunciari, decerni, et declarari, ac aliàs sibi breue fieri iustitiæ complementum, prout latius facto realiter, et in scriptis suis loco, et tempore petet opportunis.

Saluo iure, etc.

Et protestatur, etc.

Nota, dum gratia expectatiua Apostolica opponitur collationi ordinariæ, si tunc ordinaria auctoritate prouisus opponat gratiæ, concordatis de alternatis mensibus, tunc erit faciendum, vt infra proximè.

Item in casum et euentũ, in quem, seu quos præmissa pro fundanda intentione, sufficientiorique iure, et titulo partis suæ antedictæ non sufficere alicui viderentur, prout reuera sufficiunt: extunc in eosdem casum, et euentũ, necnon etiã ad omnes finem, et effectum parti suæ meliores, et parti aduersæ plus nociuos dicit, ponit, et si ex aduerso negatum fuerit, probare intendit, quòd fe. re. dominus N. diuina prouidentia Papa N. nuper, videlicet sub data Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo, etc. xiiij. Kalen. Aprilis, pontificatus sui anno secundo, super prouisione ecclesiarum, et beneficiorum ecclesiasticorum quorumcumque iuris scripti reseruationis, et execrabilis, ac ad regimen constitutionibus cum factis tunc per Sanctitatem suam modificationibus vti volens, ac pactum faciendo voluit, pactus fuit, et ordinauit cum alma natione Germanica principibus, dominis, et prælatis eiusdem, quòd per quamcumque aliam reseruationem, gratiam expectatiuam, aut quamuis aliam dispositionẽ sub quacumque verborum forma per Sanctitatem suam, vel sua auctoritate factas, vel faciendas eadem sua Sanctitas se non impediret de illis beneficijs, eum vacarent de Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris, et Decembris mensibus liberè disponeretur per illos, ad quos eorum collatio, prouisio, præsentatio, seu quæuis alia dispositio pertineret reseruationibus alijs à præmissis, et dispositionibus auctoritate sua factis, vel faciendis, non obstantibus quibuscumque, aliàsque voluit, pactus fuit, et ordinauit, iterum decreuit, prout in desuper factis, concordatis, siue compactis continuè, et citra in natione Germanica, et infra eam, eiusque fines, et limites continuè pro lege, et tamquam lex habita, tenta, practicata, et obseruata, ad quæ, et in eis contenta se refert; hicque dat pro positionibus, et articulis, quatenus tamen pro se, parteque sua, et contra partem aduersam faciant, siue quouis modo facere videantur, et non aliàs, aliter, neq; alio modo, de quo protestatur expresiè.

Articuli super collatione ordinaria.

Positiones et articulos infrascriptos ac contenta, et descripta in eisdem. etc.

Item de existentia cathedralis ecclesiæ.

Item de existentia canonicatus, et pręhendæ, super quibus agitur.

Item ꝙ inter alias laudabiles consuetudines ecclesiæ H. et in ipsa ecclesia à supradictis temporibus, et per ipsa tempora citra, et supra inuiolabiliter, et inconcusiè tentis, vsitatis, practicatis, et obseruatis fuit, estque consueuit, ac viguit, et inoleuit, estque, viget, inolet quædam laudabilis consuetudo, et obseruantia legitimè præscripta, ac ab eisdem temporibus, et per ipsa tẽpora inuiolabiliter, et inconcusiè tentis vsitata, practicata, obseruata, et

uata, & pro lege habita, & reputata, vt videlicet prima die Februarij, quæ est dies beatæ Brigidæ virginis, anno quolibet scriptor Decani, canonicorum, & capituli ecclesię Herbipolensi, qui vulgariter scriptor portæ vocatur, iureiurando in sui receptione ad hoc astrictus cuilibet ex xij. canonicis capitularibus ecclesiæ H. dicta die prima Februarij, quolibet anno pręsenti, & vocem in capitulo habenti; vnam cedulam, in qua nomen vnius ex mensibus xij. anni descriptus est, & annotatus dat, distribuit ad effectum canonicatus, & prębenda infra, & per eumdem mensem vacantem, & ad collationem, prouisionem, præsentationem Decani, & capituli pertinentes, & spectantes vice, & nomine capituli eiusdem ecclesiæ conferendi, & de ipsis disponendi, & prouidendi dare, & distribuere consueuit, & assignare, prout dat, distribuit, & assignat. Et sic fuit, &c.

Item ꝙ ab vno, duobus, &c. annis proximè, & immediatè præteritis, continuè, citra & supra honorabilis vir dominus N. V. fuit, & erat, prout est de pręsenti ipsius ecclesiæ H. canonicus prębenbatus, & capitularis, ac vocem in capitulo eiusdem ecclesiæ habens, ac in ipsorum canonicatus, & præbendę, iuriumque & pertinentiarum omnium eorumdem possessione pacifica, & quieta, seu quasi, ac actibus capitularibus eiusdem ecclesiæ interfuit, & ad illos, vt & tamquam canonicus capitularis receptus & admissus, ac die prima mensis Feb. quæ fuit dies beatę Brigidę virginis, anno Domini, M. &c. in ecclesia H. & capitulo præsens in communione fidelium, ac aliàs habilis & idoneus ad huiusmodi collationem, & prouisionem, aliaque iuxta dictam consuetudinem faciendum; seque pro tali, &c.

Item ꝙ prædicti capituli ecclesiæ H. scriptor, qui scriptor portę, vt pręedicitur, communiter appellatur, die sanctę Brigidæ, quæ prima fuit mensis Febr. anno Domini M. cedulam ad finem prædictam distribuit dicto domino N. de V. tunc in ecclesia & capitulo præsente, in quo mense ordinarius, descriptus, & eidem domino N. iuxta dictam consuetudinē, &c. deputatus & assignatus fuit; sicque, vt prædicitur, fuit in ciuitate & diœcesi H. visum, auditum, dictum, tentum, habitum, nominatū, & reputatum; auditurque, dicitur, tenetur, habetur, nominatur, & reputatur palam, & publicè. Et sic fuit, &c.

Hic pone articulum possessoris defuncti.

Item quòd dictus quondam E. S. existens, sic vt præmittitur, dictæ ecclesiæ H. canonicus prębendatus ac capitularis, ac in ipsorum canonicatus & prębendæ, iuriumq; & pertinentiarum omnium eiusdem possessione seu quasi pacifica & quieta ante vltimam Ianuarij anni Domini, &c. & post primam dies Septembris mensium immediatè mensis Ianuarij præcedentem extra Romanam Curiam in partibus diem vitæ suæ clausit extremum; quòdque ipsius E. obitū huiusmodi canonicatus & præbenda verè vacarunt, & pro vacantibus, & vacuis reputati fuerunt palam, & publicè. Et sic fuit, & est verum.

Item ꝙ huiusmodi canonicatus et præbenda, super quibus ad præsens agitur, sic vt præmittitur, per obitum quondam E. S. vacantibus, prędictus dominus N. pręmentionatæ ecclesię H. canonicus de huiusmodi vacatione certificatus, eosdem canonicatum et præbendam tamquam in mense sibi, vt præfertur, per scriptorem capituli assignato vacante nomine, et ex parte eiusdem H. ecclesię capituli honorabili viro domino A. de N. tamquam ad id habili et idoneo, ibidem pręsenti, et humiliter petenti die Martis vltima mensis Ianuarij, hora nona, vel quasi ante meridiem, anno Domini, etc. aliàsque infra tempus debitum contulit et prouidit. Et sic fuit, etc.

Item ꝙ pręfatus dominus A. de N. collationem et prouisionem sibi, vt pręfertur, factas sciuit, et scit, illasque ratas et gratas habuit, prout habet de pręsenti, litterasq; desuper expediri procurauit. Et sic fuit, et est verum.

Item quòd ab vno, duobus, tribus, etc. annis proximè præteritis, et sic ante tempus et tempore datę collationis et prouisionis prædictarum ipsi A. vt pręmittitur, factarum dominus A. de N. fuit, et erat, prout est de pręsenti clericus secularis, habitum et tonsuram publicè deferens clericales, in, ex, ac de legitimo matrimonio procreatus, maior xxv. annis ætatis suæ in communione fidelium, aliàsque habilis et idoneus ad huiusmodi canonicatum et prębendam regendum, habendum, tenendum, et possidendum: seque pro tali, etc.

Item quòd omnes, et singuli in productis et producendis, etc.

Item quòd de præmissis omnibus, et singulis, etc.

Item dat producta, etc.

Item dat de notarijs, etc.

Item ꝙ præmissis non obstantibus, quidam G. F. assertus clericus in huiusmodi causa aduersarius, cui in dictis canonicatu et præbenda, super quibus agitur, seu ad eos nullum ius competijt, neque competit, se supradictis collatione et prouisione, ac bono iuri sibi competenti temerè et de facto, cum de iure non potuit, se opposuit et opponit, impediuit et impedit, fecit et facit, quominus dictus dominus A. huiusmodi canonicatum et præbendam

assequi, & eorumdem possessionem nancisci, & eos tenere & possidere, ac inde prouenientes, fructus, redditus, & prouentus percipere, & subleuare possit & valeat: quinimmo, quod est deterius, idem G. aduersarius in, & ad huiusmodi canonicatum & præbendam se intrusit, eosque detinuit, prout intrusus est & detinet indebitè occupatos, fructus, redditus & prouentus ex eisdem prouenientes vsurpando, & in suos damnabiles vsus conuertendo in animæ suæ periculum, dictique A. præiudicium non modicum & grauamen. Et quòd sic fuit, & est verum.

Quare petit procurator prędictus quo supra nomine per vos R.p.d. vtriusq; iuris doctorem auditorem præfatum, vestramq; diffinitiuam sententiam pronunciari & declarari nominationem, præsentationem, collationem, & prouisionem ipsi A. de canonicatu & præbenda, vt prçmittitur, factas, & omnia inde secuta fuisse & esse canonicas & canonica, suumq; debitum debuisse & debere sortiri effectum, illosque ad ipsum A. spectasse & pertinuisse de iure, eosdem cum omnibus, & singulis iuribus & pertinentijs adiudicandos fore, & per vos adiudicari, præfactoque G. F. in, seu ad eosdem canonicatum & præbendam nullum vmquam ius competisse, neq; competere, oppositionesque, molestationes, vexationes, perturbationes, inquietationes, & impedimenta per dictum G. aduersarium ipsi A. vt præmittitur, factas, factaque & prçstita fuisse & esse temerarias, illicitas, iniquas, indebitas, & iniustas; temerariaque, illicita, iniqua, indebita, & iniusta, ac de facto præsumptas & præsumpta, sibique super ipsis, ac canonicatu, & præbenda huiusmodi perpetuum silentium imponendum fore, eumdemq; G. aduersarium in expensis in causa huiusmodi legitimè factis, de expensis, fiendis, damnis, & interesse sustinendis, solemniter protestando condemnandum fore, ac per vos imponi & condemnari, ac aliàs in, de, & super prçmissis omnibus & singulis sibi per vos fieri breue iustitiæ complementum.

Saluo iure, &c.

Et protestatur, &c.

Articuli pro verificatione commissionis obtentæ super restitutione ad appellandum à diffinitiua sententia, quæ in rem transiuit iudicatam.

Pro verificatione dependentis commissionis vobis R. p. d. F. de V. sacri palatij Apostolici causarum Auditore pro parte venerabilis viri domini N. Vicarij in ecclesia N. vltimò factæ & præsentatæ, & ad effectum, vt vos R p. eumdemque dom. N. à prætensis sententijs, & censuris in eum ad appellandum à quadam prætensa sententia per bon. me. d. B. de R. dum viueret auditore, vt prætenditur, lata, & quæ prætenditur in rem transiuisse iudicatam restituere, & aliàs iuxta ipsius dependentis commissionis vim, formam atque tenorem procedere possitis, atque valeatis; ac aliàs omnibus melioribus, modo, via, iure, causa, forma, stilo, & effectu, quibus melius & efficacius poterit & debet de iure procurator & eo nomine dicti d. N. partis suę dat, facit, & exhibet positiones, & articulos siue materias articulatas, quibus sic singulis, &c.

In primis enim repetit hic, &c.

Ex quibus repetitis dicitur cõstare de quadam prætensa diffinitiua sententia, & etiam prætensis litteris executorialibus per bon. me. d. B. dum viueret palatij causarum Apostolici Auditore, vt prætenditur, latis, & decretis, necnon prætensa declaratoria sententia per R. p. d. N. de E. coauditorem vestrum, vt similiter prętenditur, lata.

Item dicit, ponit, & si necesse fuerit, probare intendit dictus procurator quo supra nomine, quòd pater siue genitor dicti M. in huiusmodi causa aduersarij, dudũ ante diem xxvij. mensis Aprilis, anni Domini M. &c. quo die dicta prætensa sententia per præfatum bo. me. B. prætenditur lata, quamdam concordiam nomine dicti M. filij sui de, & super dicta vicaria, de qua hic agitur, fecit, & conclusit. Et quòd sic fuit, &c.

Item ꝙ dictus M. aduersarius dictam concordiam nomine suo, vt prçmittitur, factam ratificando, laudando, & approbãdo, nuper videlicet die Mercurij nona mensis Martij, anno Domini N. & sic iterum dudum ante tempus dictæ prçtensæ diffinitiuę sententiæ pro ipso M. vt prçtenditur, latæ, omni iuri sibi & causæ sibi M. quomodolibet forsan competenti sponte & liberè coram discreto viro d. V. presbytero, & notario publico, & testibus præsentibus cessit & renunciauit. Et sic fuit, &c.

Item quòd dictus d. Io. dudum ante tempus & tempore durante cessione, & resignatione iuris liti & causæ coram eo & testibus per dictum M. aduersarium, vt præmittitur, factis, fuit, & erat notarius publicus, fidelis & legalis auctoritate imperiali, & ad eumdẽ vt & tamquam notarium publicum, fidelem, & legalem consueuit haberi recursus; seque, &c.

Prçmissis itaq; veris existentibus, prout verissima sunt, constat dictum M. aduersarium in fraude, & dolo fuisse, ac dictam prçtensam sententiam fraudulenter, & dolosè expressisse, sibique

biique tempore prætensæ sententiæ propter cessionem, & resignationem prędictas, nullum penitus ius competijsse.

Quare petit prędictum dominum N. absolui, & aduersus dictam prætensam rem iudicatam ad appellandum restitui, prout latius petetur suis loco & tempore opportunis, de quo protestatur expressè.

Saluo iure, &c.

Et protestatur, &c.

Cedula correctionis articulorum.

Corrigendo, emendando, & in melius reformando sub protestationibus aliàs emissis, positiones, & articulos aliàs pro examine testium affuturorum in causa pro parte honorabilis viri domini N. partis suæ dictus procurator, & eo nomine tollit, remouet, & resecat, ac pro resecatis, & reuocatis haberi vult, & petit hæc verba. f. xlij. post verbum M. & ante verba extra Rom. Curiam tamquam per errorem, & malam informationem posita, & loco eorumdem ponit hæc verba, videlicet liiij.

Cedula dationis articulorum per iuramentum.

Satisfaciendo importunitatibus partis aduersæ procurator, & procuratorio nomine honorabilis viri domini A. positiones, et articulos de iure suo, et aliàs loco declarationum in hac causa dictis sublatis cōtrarietatibus, si quæ in illis reperiantur, quas approbare non intendit, et salua reformatione, meliori forsan superuenienti, inquantum sunt de facto alieno seu factum proprium non concernūt iuxta informationem sibi traditam credit fore veros per iuramentum, et hoc dummodo ipsa pars aduersa articulos, et exceptiones suas sufficienter dederit etiam per iuramentum.

Cedula responsionis ad positiones per iuramentum.

Saluo iure impertinentium, et non admittendarum prætensarum positionum pro parte cuiusdam Ioann. in hac causa, vt prætenditur, productarum, et datarum procurator, et eo nomine honorabilis viri A. partis suæ protestatur, quòd si quæ sint inter dictas prętensas positiones, quibus de iure non sit respondendum, quòd tunc huiusmodi sua responsio infrascripta pro nulla, et non facta habeatur, et hac salua, et repetita protestatione singulatiter singulis respondet in modum infrascriptum.

Ad primam, secundam, tertiam, quartam, et quintam, licèt multiplices sint, et non responsales: causa tamen abbreuiandæ litis credit, quemadmodum in proprijs suis articulis desuper datis positum est, et deductum.

Ad sextā dependet, et etiam generalis est.

Ad septimā doce aliàs nō credit, vt ponitur.

Ad octauam, et ad nonam.

Ad tredecimā credit, prout in articulo positionis pro parte sua dato positum est, et deductum, et ꝙ Io. indebitè vexat ipsum H. et H. bonum et Ioan. malum ius competat, in, seu ad canonicatum, et præbendam, super quibus ad pręsens agitur, et quęcumque H. fecit et facit in huiusmodi causa, hęc iustè fecit, et facit, et ex iuris permissione, et quatenus per pręmissa sufficienter responsum non foret, seu prętendi posset salua protestatione supradicta respondi per verbum non credit, vt ponitur in suis positionibus, et articulis proprijs siue partis suæ proprię semper saluis, et cōtrarietatibus, si quę sint, de medio sublatis, et quos dare non vult, nec intendit per iuramentum, de quo protestatur.

Saluo iure, etc.

Aut sic:

Et pręmissis saluis, et de medio sublatis cōtrarietatibus, si quę sint, quas per iuramentum nequaquam dare vult nec intendit, saluisq; in prima, secunda, tertia instantijs pro parte sua deductis in casum, et euentum, in quem, seu quos alicui prætensæ positioni siue articulo sufficienter responsum non fuerit, respondet per verbum non credit, vt ponitur.

Saluo iure, etc.

Aliæ responsiones ad articulos medio iuramento.

Saluo iure impertinentiarum, et non admittendarum quarumdam prętensarum exceptionum, et prętensarum materiarum articulorum in hac causa L. ecclesiæ parochialis de A. pro parte cuiusdam M. durandi, vt prętenditur, datarum, et protestato ꝙ pro non responso habeatur, si respondeatur alicui, cui de iure non foret respondendum, et quatenus pars aduersa illas dederit per iuramentum, et suis sufficienter responderit, et non aliàs, quibus saluis procurator, et nomine procuratorio domini Ioa. H. respondet vt sequitur. Et primò respondet prætensis exceptionibus incipientibus, Earum themate protestatur procurator, etc.

Et primò ad primam incipiētem, Item exceptionum loco, etc. repetitiuus est.

Item ad secundam, tertiam, quartam, quintam, sextam, nonam, decimam, et vndecimam credit, prout pro parte sua datum est.

Ad duodecimam nihil ponit.

Ad tertiamdecimam, quartamdecimam, & quintamdecimam doce legitimè, aliàs non credit vt ponitur.

Ad sextamdecimam, decimamseptimam, decimamoctauam, & decimamnonam: nihil ponit & non cadit responsio.

Item respondendo alijs prætensis materijs incipientibus, In earum themate in huiusmodi causa L. parochialis ecclesię, &c. Et primò ad primam incipientem, Et primò procurator, &c. repetitiuus est.

Ad secundam incipientem, Ex quibus quidam sic repetitis, &c. Illatiuus est, & nihil ponit.

Ad tertiam & quartam illatiui sunt.

Ad quintam incipientem,

Item quòd pręfatus Io. &c. credit prout pro parte sua datum est.

Ad sextam] non credit.

Ad septimam generalis est.

Item respondendo alijs prętensis materijs incipientibus, In huiusmodi causa, &c.

Ad primum incipientem, Et primo quòd Io. R. &c. non credit vt ponitur.

Ad secundum vt ad proximum.

Ad tertium, quartum, quintum, & sextum, doce legitimè, aliàs non credit vt ponitur.

Ad vltimum generalis est.

Et quatenus per pręmissa non fuerit sufficienter responsum: respondet per verbum non credit vt ponitur.

Saluo iure, &c.

Et protestatur, &c.

Iterum aliæ responsiones per iuramentum.

Reuerēdæ paternitatis vestræ mandatis parendo, & importunitati partis aduersę satisfaciendo, venerabilis vir dominus M. durandi rector parochialis ecclesiæ de A. L. diœcesis protestatur, quòd si alicui ex dictis prætensis materijs responderit, cui de iure non sit respondendum, quòd pro non responso habeatur.

Protestatur similiter, ꝙ si responsiones huiusmodi alijs responsionibus ad similes, vel alias materias factas, vel materijs pro parte sua quomodolibet datis contrariatur, contradicant, vel contrariantur, ꝙ pro non factis similiter habeantur: & his & alijs protestationibus in similibus fieri solitis saluis respondet vt sequitur. Et primò ad prætensos articulos incipientes, Ad dicendum.

Ad primum incipientem, Et primò repetitiuus est.

Ad secundum incipientem, Item quilibet, &c. nihil ponit.

Ad tertium incipientem, His agitur, &c. bonam fidem agnoscendo credit.

Ad quartum incipientem, Item ꝙ de vsu, &c. non credit.

Ad quintum icipientem, Item ꝙ de pręmissis, &c. generalis est.

Ad sextum incipientem, Item ꝙ clericus doce aliàs non credit.

Ad septimum incipientem, Item ꝙ præfatus, vt ad proximum.

Ad octauum incipientem, Item ꝙ quondam credit, prout pro parte sua deductum est.

Ad nonum incipientem, Item quòd vacatione, vt ad septimum.

Ad decimum incipientem, Item quòd ante tempus, &c. vt ad tertium.

Ad vndecimum incipientem, Item ꝙ dudum, &c. vt ad quartum, videlicet non credit

Ad tertiumdecimum, vt ad nonum.

Ad quartumdecimum incipientem,

Item ꝙ ab vno credit, prout pro sua parte deductum est.

Ad quintumdecimum generalis est.

Ad sextumdecimum, & decimumseptimum nihil ponit.

Ad decimumoctauum incipientem, Et pręmissis concludit ad intentionem falsam aduersarij, quo saluo non credit, quinimmo bonum ius competit M.

Ad decimumnonum incipientem, Item ꝙ premissis, &c. generalis est.

Ad alias, prætensas materias incipientes, Pro verificatione, &c.

Ad primam repete quantum vis.

Ad secundam nihil ponit.

Ad tertiam, quartam, & quartamdecimā refert se ad acta.

Ad quintam incipientem, Item dicit dictus procurator, &c. credit ꝙ scienter animo maliuolo, & instigante diabolo Io. R. percussit, & manus iniecit violentas in dictum P. de quo in articulo quem soluo, & ꝙ articulus multiplex est, non credit vt ponitur.

Ad sextum incipientem, Item ꝙ dictus, &c. vt ad proximum.

Ad septimum incipientem, Item ꝙ de, dicta, &c, non credit.

Ad octauum, non credit vt ponitur.

Ad nonum, vt ad proximum.

Ad decimum incipientem, Item ꝙ infra, &c. vt ad octauum.

Ad vndecimum non credit.

Ad duodecimum, vt ad proximum.

Ad tertiumdecimum genralis est.

Et quantum per præmissa nō fuerit sufficiēter respōsum, procurator quo supra nomine respondit per verbum non credit, vt ponitur.

Saluo

Saluo iure &c.
Et proteſtatur, &c.

Acceptatio confeſsionis articulorum.

Procurator & eo nomine procuratorio generoſi viri domini H. comitis de S. præpoſiti eccleſiæ ſancti M. &c. partis ſuæ illos poſitiones,& articulos,in quibus deducitur, & confitetur ex aduerſo quemdam Io.aduerſarium bonę me.quondam N.&c.nec nepotem nec conſanguineum extitiſſe pro parte dicti Io.aduerſarij factos, & iudicialiter exhibitos omnibus melioribus modo, via, iure, cauſa, & forma, quibus melius, & efficacius poteſt,& debet,iudicialiter recipit, repetit, & acceptat, ac ſibi deſuper vnum vel plura publicum ſeu publica fieri atque confici petit,& requirit inſtrumentum ſeu inſtrumenta.

Proteſtatio ſuſpenſionis petitorij.

Procurator & procuratorio nomine venerabilis viri domini A. petitorium in hac cauſa huiuſmodi Archidiaconatus quomodolibet per alteram forſan partium intentatum ſuſpẽdit,vultq; & petit pro ſuſpenſo haberi, de quo ac quòd in ſolo poſſeſſorio in huiuſmodi cauſa procedere vult & intendit, & ſi contingat ipſum aliquid dicere, facere, vel exhibere quòd petitorium ſapiat,vel forſitan iam dixiſſe, feciſſe,vel exhibuiſſe hoc ſolum, & dumtaxat, fecit,dixit & exibuit;facitque;dicit, & exhibet ad colorandum ſuum poſſeſſorium,& nõ aliàs, aliter,neque alio modo,quod à ſuſpenſione petitorij huiuſmodi nullatenus etiam per quemcumque actum recedere vult, vel intendit, ſolemniter proteſtatur & expreſsè.

SEQVVNTVR VARIÆ exceptiones diuerſarum formarum.

Exceptiones contra commiſsiones generales.

PRoteſtatur procurator, & eo nomine honorabilis viri domini N.partis ſuæ,quòd ſi quę ſint aut contineantur in quadam prætenſa commiſſione pro parte ſibi in huiuſmodi cauſa aduerſa, vt refertur, vobis domino auditori pręſentata,quę quoquomodo faciant ſeu facere videantur pro ſe dictaq; parte ſua,illa in ea dumtaxat parte non impugnat neq; impugnare intendit, quinimmo illa vt & tamquã talia recipit,& admittit in vim ſaltẽ, & per modum tacitę confeſſionis:inquantũ verò faciant contra ſe,extunc excipit & excipiẽdo dicit ꝙ huiuſmodi pręteſa cõmiſſio fuit, & eſt nulla ſurreptitia,& obreptitia,tacita veritate,& falſitate expreſſa, ac per circũuentionẽ principis ad importunam inſtantiã partis aduerſę impetrata:talibus namq; veritate tacita,quæ ſi expreſſa,& falſitate ſuggeſta,quæ ſi tacita fuiſſẽt,impetrans dictam pretenſam commiſſionẽ nullatenus ſaltem, vt impetrata & obtenta dicitur, obtinuiſſet,ac aliàs talis quòd R.p. nulla eiuſdem cõmiſſionis vigore fuit & eſt iuriſdictio attributa,prout,&c.ac latius dicetur facto realiter & in ſcriptis ſuis loco & tẽpore congruis & opportunis, de quo proteſtatur expreſsè.

Et pro præmiſſorũ verificatione repetit hic & de nouo reproducit, & pro repetitis habere vult omnia & ſingula acta,actitata,litteras,ſcripturas,iura & munimenta in huiuſmodi cauſa habita,facta atq; producta cum eorũ legitimis probationibus;hicq; dat loco exceptionum,inquantum tamen pro ſe & contra partem ſibi in huiuſmodi cauſa aduerſam faciant ſeu facere poſſint,& non aliàs,aliter, neq; alio modo, de quo ſolemniter nomine quo ſupra proteſtatur.

Pręmiſſa omnia & ſingula dat,facit,& exhibet procurator prædictus quo ſupra nomine omnibus melioribus,modo,via,iure, cauſa,effectu,ſtilo,& forma, quibus melius poteſt, & debet,veſtrum benignum officium de & ſuper præmiſſis humiliter implorando.

Has autem exceptiones quatenus factæ ſunt, & in facto conſiſtant, onusq; probandi ſibi illas incumbit, ſe offert dictus procurator legitimè probaturum, petens ſe ad illas probandum admitti,citra tamen onus ſuperfluæ probationis, de quo proteſtatur.

Saluo iure addendi,&c.
Et proteſtatur, etc.

Exceptiones generales contra commiſsionem.

Proteſtatur procurator & eo nomine venerabilis viri,etc.partis ſuæ,& dicit quòd ſi quæ ſint vel contineantur in quadam prætenſæ cõmiſsionis ſcriptura,vt dicitur, per partem aduerſam obtentæ,vobis R.p.d.auditori ſupradicto pro parte partis in hac cauſa aduerſariæ pręſentata,quę faciant pro ſe & parte ſua, & cõtra dictas partes aduerſas, illa tamquã talia acceptat, recipitq; et admittit per modũ & in vim ſaltẽ tacitę cõfeſsionis;quatenus verò cõtenta in ea cõtra ſe & partes ſuas, & pro dictis partibus aduerſis faciunt,aut aliàs quomodolibet facere videãtur,extunc excipit,& excipiẽdo di-

do dicit, quòd huiusmodi prætensa commissio fuit & est vana, varia, vaga, friuola, frustratoria, inefficax, & inualida, nulla, nulliusq; roboris vel momenti, necnon surreptitia & obreptitia, tacita veritate, & expressa falsitate surreptitiæ & obreptitiæ per dolum ac fraudem, ac contra principis mentem extorta: talibus namq; veritate tacita, quæ si expressa fuisset, & falsitate suggesta, quæ si tacita fuisset, impetrans eamdem commissionem prætensam nullatenus obtinuisset, saltem eo modo & forma, quibus dicitur obtenta. Estq; etiam talis prætensa commissio, quòd vobis domino auditori supradicto eius prætextu nulla fuit, nec est iurisdictio siue iurisdictionis potestas specialiter attributa, nec ipsius vigore potestis nec debitis ad aliquẽ actum petitum procedere de iure, pręsertim causis & rationibus infrascriptis.

In primis ex eo & pro eo, quia impetrans, &c. prout ex ipsius prætenso tenore & actis causę huiusmodi quando præcesserunt, aliqua acta clarè patent intuenti sollicitis, & aliàs latius dicetur, verbo & in scriptis suis loco & tempore opportunis.

Si vis declinare iurisdictionem, tunc pone hanc clausulam in principio excipiendo, quòd per huiusmodi & quamcumque aliam comparitionem, quam ipsum facere contingeret, non intendit in vos tamquam in iudicem competentem consentire, neque iurisdictionem vestram in aliquo prorogare, nisi quatenus ad id de iure astringatur, qua protestatione salua excipit.

Quando præcesserunt acta causæ, ponitur hæc clausula.

Item repetit hic idẽ procurator prædictus quo supra nomine omnia & singula acta actitata, & processus causæ huiusmodi, quęcumque qualiacumque sint cum probationibus desuper factis, quatenus faciunt pro se, & partibus suis, & contra dictas partes sibi in causa huiusmodi aduersas: & non aliàs, aliter, nec alio modo, de quo protestatur.

Pręmissa omnia, &c.

Saluo iure, &c.

Exceptiones speciales quando auditor est suspectus.

Item ad præmissa clarius ostendendum dictus procurator quo supra nomine excipiendo dicit, ꝙ impetrans prætensam commissionem sciuit & verisimiliter scire potuit, ꝙ inter vos R. p. d. auditorem & magistrum N. domini A. procuratorem de & super ecclesia, &c. & eius occasione coram, &c. lis pendeat, propter quam litispendentiam & aduersitatem ex iudicio procedendo dictus impetrans pro se & contra eumdem ipsius magistri Io. procuratoris maiorem fauorem in huiusmodi causa se sperat habere.

Alias exceptiones pone secundùm contingentia.

Præmissis igitur dictis procurator quo supra nomine petit per vos præfatum dominum auditorem ad euitandam causam suspicionis huiusmodi ad cancellariam Apostolicam remittere; alioquin dicit vos suspectum & super huiusmodi suspicionis causa paratus est eligere arbitrum vel diuersos arbitros, attento maximè quòd dictus magister Io. tractu temporis, & causę huiusmodi de ipsius meritis informatus sit, nec aliter procurator super illis de facili posset informari & quatenus præmissa facti sunt & in facto consistunt, offert se procurator prædictus, &c.

Exceptiones speciales ad impugnandum iurisdictionem iudicis.

Itẽ primò pręposita illa clausula, quòd non intendit prorogare, &c. prętensam huiusmodi iurisdictionem in hac causa impugnari, & dicit, quòd licet auditor causarum curię cameræ apostolicę in Rom. Cur. & in certis causis ad cameram apostolicam pertinentibus dicatur habere iurisdictionem huiusmodi, tamen iurisdictio extra Ro. Cur. & in vos laicos & ab eadem curia absentes nullatenus se extendit. Et sic fuit, & est verum.

Item dicit, quòd dictus D. ab vno, duobus, tribus, quatuor, quinque, sex, & septem annis proximè præteritis, continuè, citra & supra fuit & erat, & est laicus seu laica persona Ro. Cur. non sequens, & ab eadem absens. Et quòd sic fuit, &c.

Exceptiones speciales, quando præsentatur commissio ante appellationem interpositam.

Item tacuit P. dictam commissionem impetrans fraudulenter & dolosè, quòd prętensa appellatio, cuius causa committi petitur, tempore signaturę prętensę commissionis nondum erat interposita; quinimmo prætensa commissio dudum signata fuit, antequam dicta prętensa aopellatio interposita fuisset.

Exceptiones, quando commissio præsentata est non datis apostolis in appellatione à grauamine.

Item specialius excipiendo dicit procurator

tor prædictus quo supra nomine, quòd dicta prætēsa commissio fuit & est nulla & inualida: nam fe. re. G. Papa N. fecit quamdam constitutionem perpetuò valituram, per quam voluit quòd non impetrentur commissiones per principales vel procuratores super articulis grauaminum, nisi prius datis apostolis per iudicem, à quo fuit appellatum: & si contra factum fuerit, commissio sit nulla, & processus habitus per eamdem, prout in eadem constitutione quę semper extunc inantea, & moderno tempore fuit pro lege habita & practicata, ad quam se refert & hic dat loco exceptionum quatenus tamen, &c.

Item ꝙ veritas fuit & est præter id & absq; eo, quòd parti præfati procuratoris excipientis super appellatione interposita per eum à quadam prætensa sententia lata per dominum &c. auditorem, & cuius appellationis causa vobis R. p. d. auditori, vt prætenditur, commissa fuit tempore prę sentationis commissionis prętēsæ vobis factæ apostoli dati fuissent, quinimmo apostoli huiusmodi minimè prędicto tempore dati fuerunt palam, & publicè.

Item ꝙ veritas fuit & est, quòd R. p. Auditor super appellatione pro parte N. excipiendo à prætensa sententia per eum lata interposita, limitatum tempus ad recipiendum apostolos fuit datum, & quòd dictus terminus nōdum datis apostolis adhuc pendet. Et sic fuit, & est verum.

Item reperit hic omnia, & singula acta actitata, &c.

Ex quibus sic repetitis & reproductis clarè constat prætensam commissionem fuisse & esse nullam, nulliusq; roboris vel momenti.

Item plura alia falsa in dicta prætensa commissione suggessit, & vera tacuit, quæ falsa si tacuisset & vera expressisset, impetrans dictam prætensam commissionem nullatenus obtinuisset. Et sic fuit, &c.

Item præmissa quatenus facti sunt & in facto consistunt, sibiq; onus probandi illa incumbit, offert se procurator prædictus quo supra nomine legitimè probaturū; citra tamen onus superfluæ probationis, de quo protestatur.

Item protestatur ꝙ in huiusmodi causa ad aliquem actum negocium principale concernētem nullatenus procedatur, nisi prius, & ante omnia discussis dictis exceptionibus, quod si sic factum non fuerit, protestatur de grauamine, & appellando, ac nullitate processus.

Exceptiones contra commissionem super nullitate sequestri.

Protestatur procurator & procuratorio nomine honorabilis viri domini M. patris suæ, quòd si quæ sint aut contineantur in quadam prætensa commissione vobis R. patri, &c. auditori, vltimò in huiusmodi causa pro se, dictaq; parte sua, & cōtra dictam partem aduersam, illa in ea dumtaxat parte sua & cuiusdam Io. vt dicitur, facta, ac præsentata, quę quoquomodo faciant pro se & contra dictam partem aduersam, illa in ea dumtaxat parte non impugnat, neque impugnare intendit; quinimmo ea vt & tamquam talia recipit, & acceptat in vim saltem, & per modum tacitę confessionis: quatenus verò pro dicta parte aduersa & contra dictam partem suam facere censeantur, extunc excipit, excipiēdo dicit, quòd huiusmodi prætensa commissio fuit, erat & est nullo, inefficax & inualida, nulliusq; roboris vel momēti, surreptitia & obreptitia, surreptitiæ & obreptitię tacita veritate, & expressa falsitate per dolum & fraudem & circumuētionem principis fraudulenter extorta, talibus namq; veritate tacita quæ si expressa, & falsitate suggesta quæ si tacita fuissent, concedēs eamdem prætensam commissionem minimè concessisset; fuitq; & est aliàs talis, ꝙ nulla vobis ipsius prætextu iurisdictio seu facultas procedendi extitit attributa, prout ex eius prætenso tenore respectiuè, clarè constare poterit cuilibet diligenter intuenti & intelligenti, ac aliàs latius dicetur, verbo & in scriptis suis loco & tempore congruis & opportunis, de quo protestatur expressè.

Item vltra præmissa & eis salua dictus procurator quo supra nomine latius & in specie contra dictam prætensam commissionem excipiendo dicit, quòd impetrans eamdem prætensam commissionem suggessit per fraudem, dolum, & astutiam, quòd quidam G. parochialem ecclesiam N. cuius occasione hic agitur, dudum antequam aliqua sententia super eadem contra eumdem G. lata fuisset, resignauerit, & de eadem dicto Io. prouisum fuerit, ipseq; Io. eamdem possederit, quæ omnia, prout suggesta fuerunt, falsa sunt, & omni carent veritate; tacuit autem fraude, dolo, & astutia similibus, quòd dictus G. dudum ante motam sibi super dicta parochiali ecclesia litem, eamdem ecclesiam ex causa permutationis cum præfato domino Io. pro parochiali ecclesia N. talis diœcesis resignauit, ipsiq; domino Io. de eadem prouisum fuit; quę si expressisset, & falsa suggesta tacuisset, dictam prætensam commissionem concedens minimè concessisset.

Item tacuit similibus dolo, fraude, & astutia, quòd prætensus resignans cui dictus Io. innititur, licèt talis dici non mereatur, cū nihil per eum fuerit resignatum, fuit & est fraudulenta,

lenta, et per dictum G. aduersarium, qui sententiam contra se ferendam, et sequestrum decernendum fore, dubitare non potuit, prout nec debuit ad euadendum pœnas sequestri huiusmodi, et litem ipsam immortalē sufficiendum, fraudulenter et dolosè præsumpta: quod si expressisset, dictam prętensam commissionem concedens minimè concessisset.

Item ꝙ veritas fuit, et est pręter et absque eo, quòd dictus G. post pręensam fraudulentam et pręsumptam resignationem huiusmodi possessionem dictæ parochialis ecclesię N. vmquam, prout in dicta pręensa commissionem confingitur, dimiserit: quinimmo eamdem parochialē ecclesiam et eius possessionē, ne dum post huiusmodi pręsumptam resignationem; verumetiam post et contra priorem ex causa permutationis factam veram resignationem, à mense videlicet Februarij anno Domini, M. etc. semper et continuè citra occupauit et hodie occupat, fructus ex eadem ecclesia N. vsurpando, et in suos vsus damnabiles cōuertendo in magnum damnum, et pręiudicium dicti dñi Io. quæ si expressisset, et falsa suggesta tacuisset, dictā pręensam commissionē concedens numqnam concessisset. Et sic fuit, et est verum.

Item in casum et euentum, quibus constaret pręedictum domiuū Io. de pręensa, et præsumpta prouisione dicti Io. notitiam habuisse, seu ꝙ eidem quomodolibet innotuisset, aut ꝙ eidem dominus Io. causam contra eumdem N. cōmitti fecisset, extunc dictus procurator quo supra nomine nihil de partis aduersę pręensa intentione confitendo excipit, & excipiendo dicit, ꝙ hoc fuit longè post latam diffinitiuam sententiam, & sequestri decreto, quę si expressisset, & falsa tacuisset, dictam pręensam commissionem minimè extorquere potuisset. Et sic fuit, &c.

Item in eosdem casum, & euentum dictus procurator quo supra nomine excipit, & excipiendo dicit, ꝙ attento quòd dictus N. nedum post dictam præsumptam, & fraudulentam resignationem, sed etiam post prætactā priorem ex causa permutationis factam veram resignationem, dictam ecclesiam continuò citra semper occupauit, & intrusus in eadem fuit, & hodie existit; quòdque contra eum tamquam intrusum, & occupatorem dicta diffinitiua adiudicatoria sententia lata fuit dicta prætensa, & præsumpta prouisio Ioan. sequestrum in causa huiusmodi, nec impedire neque inficere, seu annullare poterat, quæ si expressisset, Papa dictam prætensam commissionem minimè concessisset. Et quòd sic fuit, &c.

Itē ꝙ de pręmissis omnibus & singulis, &c.

Et præmissa quatenus facti sunt, & in facto consistant, onusque probandi ea sibi incumbat, offert se dictus procurator quo supra nomine legitimè probaturum, petens ea in Ro. Curia & extra ad probandum admitti; ad superfluam tamen, &c.

Saluo iure addendi, &c.

Et protestatur, &c.

Exceptiones contra commissionem in tertia instantia.

Protestatur procurator & eo nomine, ac pro parte honorabilis viri domini N. partis suæ, ꝙ per quamcumq; comparitionem coram vobis, &c. in vim cuiusdam pręensæ cōmissionis ad instantiam cuiusdam N. in hac causa N. canonicatus & pręendę ecclesiæ N. vobis, vt pręenditur, factæ, & pręsentatæ faciendam nō intendit in iurisdictionem vestram cōsentire, aut illam prorogare, prout non consentit neq; prorogat: quinimmo illam continuò declinari vult, intendit, et declinat, nisi quatenus aliàs de iure iudex competēs sit is, qua protestatione præmissa, et quam pro repetita haberi vult, et intendit in quolibet actu coram vobis faciendo protestatur, ꝙ si quæ sint aut cōtineantur in eadem pręensa commissione, quæ quoquomodo faciant seu facere possint pro se, dictaq; parte sua, et contra partē aduersam prædictam, illa in ea dumtaxat parte non impugnat, neq; impugnare intendit: quinimmo ea vt, et tamquā talia recipit, et admittit, in vim saltem et per modum tacitæ confessionis dicti aduersarij; quatenus verò pro ipso aduersario et contra præfatum dominum Io. faciant seu facere videātur extunc, et in eo casu excipiendo dicit, ꝙ ipsa pręensa commissio fuit, et est nulla, inefficax, et inualida per dolū, fraudem, et principis circumuentionem extorta surreptitiè, et obreptitiè tacita veritate, et expressa falsitate impetrata, tali namq; veritate tacita, quę si expressa, et tali falsitate suggesta, quæ si tacita fuisset, pręēsa cōmissio ipsa nullatenus emanasset: fuitque aliàs, et est talis ꝙ vobis illius prætextu nulla iurisdictio, nullaq; facultas conceditur, prout ex illius prætēso tenore clarè patet cuilibet intuenti, et infra, ac aliàs latius dicetur verbo, et in scriptis suis loco, et tēpore opportunis, de quo ꝓtestatur expressè.

Specialis autem contra dictam prætensam commissionem excipiendo procurator pręedictus dicit, illam fuisse, et esse duabus ex causis nullam, surreptitiam, et obreptitiam, prout inferius deducitur.

In primis quidē procurator pręedictus dicit pręensam commissionem huiusmodi dudum ante tempus interiectionis seu interpositionis

assertæ

afferte appellationis, cuius causa per eam committi prætenditur, fuisse, & esse concessam, & signatam. Et sic fuit, & est verum.

Item pro prędictorum declaratione procurator prędictus dicit, ꝙ prætensa commissio supradicta ante diem xxviij. mensis Martij nuper elapsi anni à natiuitate Domini, &c. concessa fuit & signata palam, & publicè. Et sic fuit, & est verum.

Item quòd ipsius prętensæ cõmissionis concessio, & signatura fuit ante dictã diem xxviij. mensis Martij visa, lecta, palam, & publicè. Et sic fuit, &c.

Item quòd veritas fuit, & est pręter id, & absque eo, quòd asserta appellatio, cuius causa per dictam prętensam commissionem committi prætenditur, fuerit ante xxviij. diem pręfati mensis Martij interposita. Et quòd sic fuit, & est verum.

Item ꝙ dicta prætensa commissio fuit, & est nulla, surreptitia, & obreptitia ex alia causa, pro cuius declaratione procurator prædictus dicit, quòd lite super canonicatu & pręebenda, de quibus in dicta prętensa commissione fit mentio coram R.p.&c. auditore inter pręfatos Io. & P. pendente, idem dominus P. A. pręfato domino N. & certo sibi per eum illato grauamine appellauit, cuius appellationis causa R. p.&c. etiam auditori commissa, idem dominus P. terminos omnes in causa appellationis huiusmodi seruauit, & per eumdem Io. inhiberi obtinuit, ac super prętensa ipsius inhibitionis reuocatione repositus fuit palam, & publicè. Et sic fuit, &c.

Item procurator prędictus dicit, quòd si pręmissa omnia fuissent in dicta prętensa commissione expressa, attento ꝙ causa grauaminis prius decideret, ipsa prętensa commissio nullatenus, nisi forsitan dependeret, & ad eumdem auditorem inter cętera propter labores euitandos ac expensas emanasset. Et sic fuit, &c.

Et præmissa excipiendo dicit procurator prędictus omnibus melioribus, modo, via, iure, causa, & forma, quibus melius potest, & debet; & quatenus ad hoc teneatur, offert illos legitimè probaturum, & ad id admitti petit, àc expresse protestatur, quòd ad vlteriora in vim dictę prętensę commissionis nullatenus procedatur, nisi exceptionibus ipsius primitus ad probandum admissis, & illis legitimè discussis; alioquin à non admissione huiusmodi, & prętenso processu exnunc, prout extunc, & econtra ad dominum nostrum Papam appellat, apostolosq; primò, secundò, & tertiò petit.

Saluo iure, &c.

Exceptiones speciales contra commissionem.

Protestatur procurator & eo nomine, &c. vt supra in generalibus.

Et pręmissis quibus insistit saluis latius excipiendo contra dictam prętensam commissionem ex aduerso, vt prætenditur, extortam, dicit dictus procurator quo supra nomine, quòd ipse prętensus impetrans dolosè, & fraudulenter expressit in secunda prętensa inserta commissione, quòd instantiam non procuratoris monitorium fuisset decretum, quod falsissimum est, prout apud acta constat, & ab omni veritate alienum, quę suggesta si tacita fuissent, prętensa commissio non fuisset extorta. Et sic fuit, & est verum.

Item ꝙ dictus prętensus impetrans, vt iustitiam quassaret, suggerere non erubuit concedẽti, ꝙ probationes pro parte dicti domini Ia. factę fuissent parte non vocata receptę, & ꝙ ipse N. indefensus, & inauditus remansisset, quod similiter falsum est, & caret veritate.

Item ꝙ vltra pręmissa ipse impetrans suggessit, quòd antequam prętensa commissio inserta fuisset pręsentata R. p.d. P. de N. secundam confirmatoriam sentẽtiam promulgasset, sed circa hoc tacuit quòd procuratori ipsius impetrantis data fuit dilatio, & terminus ad probandum prętensum iuspatronatus, & possessionem præsentandi, & ꝙ ipse infra dictum terminum sibi datum nullam probationem fecit neque probauit, quæ tacita si fuissent, expressa prętensa commissio nullatenus extorta fuisset. Et ꝙ sic fuit, & est verum.

Item suggessit falsè impetrans, quòd ipse N. per illustrissimum regem Polonię huiusmodi prępositurę patronum fuisset pręsẽtatus ordinario loci, & quòd ipse ordinarius recusauit ipsum instituere dans intelligere Papę falsè, & dolosè quòd huiusmodi præpositura fuisset, & esset de iurepatronatus regis Polonię laici, & quòd ipse rex fuisset in possessione iuris pręsentãdi personam habilẽ & idoneam ad huiusmodi prępositurã, & ad illam suggestionẽ videtur motus concedẽs hanc prętensam commissionẽ, sed circa hoc tacuit, & si necesse fuerit, probare intendit, ꝙ dicta prępositura, super qua hic agitur, fuit & erat generaliter reseruata, & quòd tã prædecessores immediati quàm mediati huiusmodi prępositurę rectores & possessores à sũmis pontificibus, ipsius vacatione occurrẽte, ipso rege sciẽte, intelligẽte, tollerãte, et non cõtradicente, tã ex collatione pontif. Rom. auctoritate apostolica pacificè assecutæ fuerũt, quæ tacita si expressa fuissẽt nulli intelligenti dubium, ꝙ princeps in eneruatione sui

iuris

iuris & subtractionis potestatis, nullatenus prætensam commissionem concessisset. Et sic fuit, &c.

Item suggessit insuper dolosè, & fraudulenter, ꝙ nonnullis assertis iudicibus in partibus fuisset commissum, vt si ipsis constaret, & de prætenso iure pręsentandi, & possessione domini regis ipsam præposituram conferrēt præfato N. aduersario, sed circa hoc tacuit iam biennio elapso nil doctum neque probatū fuit: immo impossibile fuit, & hodie est talia probari posse, quia tam clara & de per se nota est veritas, quòd ornatu orationis fabulis, mendacijs, & fuco non indiget, quæ si expressa fuissent, prætensa commissio non emanasset. Et sic fuit, & est verum.

Item pretensus impetrans falsam latinitatem orationis siue fraudulenter subiungens dolosè suggessit, quòd à processu Reu. p. etc. auditoris pro parte ipsius N. fuisse appellatum, sed circa hoc tacuit, quòd omnes & singuli termini in talibus seruari soliti fuissent seruati & super pretensa somniata in dicta prætēsa commissione appellatione, ipse dominus Io. auditori ipsum prætensum appellantem reposuit, & quòd statum causę ipsius omisit. Et quòd sic fuit, & est verum.

Plura alia suis loco, & tempore deducenda similia suggessit, quæ falsa suggesta si tacita, & vera tacita si expressa fuissent, dolosus impetrans prætensam commissionem huiusmodi nullatenus illis saltem modo & forma, quibus concessa prætenditur, obtinuisset. Et sic fuit, & est verum, &c.

Item ꝙ pręmissa omnia & singula, etc.

Has autem exceptiones quatenus factę sint, et in facto consistant, offert se dictus procurator quo supra nomine legitimè probaturum, petens se ad hoc admitti; citra tamen onus superfluę probationis, ad quod se non astringit, de quo protestatur expressè.

Saluo iure, etc.

Et protestatur, etc.

Exceptiones contra procuratorium generales.

Contra quadam pretensam scripturam ad modum procuratorij per partem aduersam, vt dicitur, exhibitam, &c. excipiendo dicit, quòd dictum pretensum procuratorium fuit et est vanum, varium, incertū, obscurum, ambiguum, indeterminatum, defectuosum, calumniosum, negatiuum, debitis substantialibus carens, male releuatiuum, malitiosè et minus veraciter confectum, causa diffugij, et vt veritas non appareat, productum ad causam præsentem non faciens, nec fuit prout nec est manu publica scriptum, nec aliqua auctoritate, signo, aut sigillo sigillatum siue signatū, et aliàs tale, quòd ipsum producens non est in huiusmodi causa prætacta admittendus, eo quòd non facit ad præsentem causam, nec impedit quo minus in pręsenti causa procedatur ad vlteriora, prout ex ipsius inspectione planè patet, et latius dicetur verbo et in scriptis, etc.

Exceptiones generales contra instrumentum in vim compulsoriæ extractum.

Protestatur procurator & dicit, quòd si qua sint aut contineantur in quodam instrumento prætenso in vim compulsoriæ, vt prætenditur, extracto.

Item dicit procurator prædictus quo supra nomine, quòd dictum prætensum instrumentum et contenta in eo fuerunt extracta per non habentem potestatem, nec H. principali in huiusmodi causa ad hoc vocato, nec eius procuratore legitimè vocato, prout ordo iuris expostulat. Et sic fuit, & est verum.

Item ꝙ huiusmodi pretensa extracta in huiusmodi prætenso instrumento cōtenta à quodam originali, vt prætenditur, per partem aduersam, cui originali, nec in iudicio, nec extra iudicium statur, nec de iure est standum, quia priuata scriptura, nec manu publica suscripta, nec aliquo sigillo auctentico signata siue sigillata. Et sic, &c.

Exceptiones contra commissionem cum protestatione de non consentiendo in iudicem.

Procurator, & eo nomine, ac pro parte venerabilis viri domini N. præpositi collegiatæ ecclesiæ sancti N. oppidi N. N. diœcesis partis suę protestatur, quòd per aliquam comparitionem coram vobis R. p. d. N. de N. in vim cuiusdam prætensæ commissionis pro parte cuiusdam N. vt prætenditur, vobis factæ & præsentatę, aut aliàs hactenus factam vel in posterum fiendam, non intendit iurisdictionem vestram consentire, neque illam prorogare, prout non consentit neque prorogat: quinimmo illam continuò declinare vult & intendit, atque declinat nisi quatenus aliàs de iure iudex competens sit is; qua protestatione præmissa & quā pro repetita habere vult, & intendit in quolibet actu facto vel in posterum fiendo, termino seruato vel forsitan seruando coram vobis in vim dictæ prætensæ commissionis, aut aliàs protestatur, quòd si qua sint aut contineantur in illa, quæ quoquo modo faciant, &c.

Exceptio-

Exceptiones contra commissionem vbi agitur de præuentione non consentiendo iudicio.

Citra tamen omnem indebitum consensum, vestræq; prætensæ iurisdictionis prorogationem, ac per quemcumque actum siue comparitionem, quem seu quæ si ipsum in iudicio, vel extra coram vobis in causa vel in causis huiusmodi quomodolibet facere contigerit, non intendit vestram prætensam iurisdictionem in aliquo prorogare, nec in vos tamquam in iudicem sibi, partiq; suæ competentem quomodolibet consentire, nisi quatenus ad id de iure teneatur, & hoc salua & repetita protestatione procurator & eo nomine partis suæ protestatur, & dicit, quòd in casum, & euētum, in quem seu quos constaret, aut aliquo modo constare posset de quibusdam prætensis litteris executorialibus, quod non creditur, nisi legitimè doceatur, extunc prædictus procurator & eo nomine protestatur, & dicit, quòd huiusmodi prętensæ litteræ sunt nullę, inefficaces, &c.

Et pręmissis quibus insistit saluis latius excipiendo dicit, ꝙ prætensus impetrans nuper dolosè, vt concedentem circumueniret; tacuit, ꝙ causa, & causæ appellationis huiusmodi nullitatis, iniquitatis, & iniustitiæ prætensæ diffinitiuæ sententiæ dominorum N & N. vnà cum negocio principali antequam vobis fuerunt, erant, & sunt R. p. N. coauditori vestro in vim specialis commissionis per ipsum etiam antea receptæ cōmissæ, quòd ipse dominus N. coauditor vester vos per rescripti, & commissionis huiusmodi præsentationem, & receptionē diu ante prætensæ commissionis huiusmodi præsentationem, vt prætenditur, ex aduerso factos in iurisdictionem, etiam per citationem inde secutam præuenit; & per consequens cum secundùm prætēsum rescriptum de primo mentionem non faciens surrepticium sit censendū, & veluti surreptitium & exceptionis ope elisum iurisdictionem non tribuat, cum princeps in dubio causam vni commissam auditori ab eo euocari non velit, neq; intendit, nisi de hoc mentio fiat specialis in vim prętensæ commissionis huiusmodi, nulla est vobis iurisdictio attributa: vero itaq; huiusmodi tacito expræssè prætensa cōmissio huiusmodi modo & forma extorta non emanasset. Et sic fuit, & est verum.

Plura alia, &c.

Saluo iure, &c.

Et protestatur, &c.

Exceptiones speciales de præuentione iudicis.

Item specialius excipiēdo dicit, quòd idem impetrans tacuit fraudulenter & dolosè, quòd causa prætensæ appellationis à sententia diffinitiua pro ipso lata interpositæ, de qua in eadem commissione prætensa fit mentio, necnon nullitatis, & desertionis eiusdem prætensę appellationis vnà cum toto negocio principali fuit & est R. p. d. N. coauditori vestro sufficienter commissa, & coram illo processum ad terminorum obseruationem, & aliàs necessaria & opportuna protestatione facta, prout in actis coram R. p. &c. auditore, ad quæ se refert habitis plenius continetur & habetur, & hoc dudum antequam dicta prætensa commissio vobis facta fuisset. Et sic, &c.

Item tacuit vlterius, ꝙ præfatus L. auditor per huiusmodi prȩsentationem commissionis sibi factam vobis R. p. d. &c. auditori in iurisdictione longe peruenit palam, & publicè. Et quòd sic fuit, & est verum.

Et pro declaratione prȩmissorum dicit procurator quo supra nomine, ꝙ prætensa commissio vobis domino, &c. auditori, vt prætenditur, facta eius nullitate & surreptione, salua fuit & est vnica, ac vnica & sola vice dumtaxat & non pluries surreptitia & nulliter facta & præsentata, & hoc die xx. Februarij anni domini, Mccccc. &c. & non ante, nec aliàs.

Item commissio supradicto domino L. auditori in huiusmodi causa sibi facta, & præsentata fuit, dudum antequam aliqua prætensa commissio vobis domino auditori in huiusmodi causa facta foret, & coram eo iurisdictione fundata, & hoc die x. Februarij prædicti anni. Et sic fuit, & est verum.

Exceptiones contra commissionem executorialem.

Generalibus exceptionibus, protestationibus & admissionibus contra commissionem dari solitis & consuetis, repetitis & illis quibus insistit saluis, procurator prędictus quo supra nomine latius excipiendo contra prętensam commissionem vobis R. p. d. N. auditori prȩfato vltimò in huiusmodi causa factam & prȩsentatam dicit, quòd prȩtensus impetrans eamdem vt condecentem dictam prȩtensam commissionem circumueniret, non sine fraude & dolo expressit prȩtensam sentētiam per p. v. in huiusmodi causa vltimò latam, & promulgatam, nulla prouocatione suspēsa, in rem transiuisse iudicatam, & tacuit quòd die sabbati vltima mensis Maij prȩsentis non per legitimum procuratorem in vltimo momento in domo P. v. in vestri & vestrorum notariorum absentia de qua idem procurator solemniter protestatus fuit coram notario publico & te-

ſtibus præſentibus extitit legitimè à dicta prętenſa ſententia prouocatum, & appellatū, necnon diligentia debita infra terminum iuris ad inſinuandum eamdem appellationem facta & exhibita, prout in publicis inſtrumentis deſuper confectis plenius continetur & habetur, quæ falſa expreſſa ſi tacita, & vera tacita ſi expreſſa fuiſſent, prætenſa commiſſio huiuſmodi nullatenus conceſſa fuiſſet, ſaltem illis modo & forma, quibus obtenta eſſe dicitur. Et ſic fuit, &c.

Item quòd de præmiſſis omnibus & ſingulis, &c.

Saluo iure, &c.

Et proteſtatur, &c.

Exceptiones generales contra poſitiones, & articulos.

Proteſtatur procurator, & eo nomine, &c. partis ſuæ, & dicit, quòd ſi quę ſint aut contineantur in quibuſdam prętenſis poſitionibus & articulis coram vobis R. patre, &c. auditore pro parte cuiuſdam B. &c. in hac cauſa aduerſarij, vt dicitur, datis, & exhibitis, quæ quoquomodo faciant, aut aliàs quomodolibet facere videantur pro parte ſua, & contra partem ſibi in huiuſmodi cauſa aduerſam, quòd ea in illa dumtaxat parte non impugnat neque impugnare intendit, quinimmo illa vt & tamquā talia acceptat, recipit, et admittit per modum et in vim ſaltim tacitę confeſsionis; quatenus verò contenta in eis econtra faciant, aut aliàs quomodolibet videantur pro parte aduerſa, & contra partem ſuam prædictam, extunc excipit et dicit, quòd dictæ prætenſę poſitiones & articuli fuerunt & ſunt varij, vani, obſcuri, friuoli, fruſtratorij, inualidi, nulli, doloſi, iniqui, calumnioſi, captioſi, criminoſi, defectuoſi, inepti, falsè fabricati, falſeq; confecti, et peſsimè ſpecificati, ac dudum poſt peremptorium terminum et per non partem cauſa diffugij dati, et producti manu aduocati non ſubſcripti, obiectiui, negatiui, inanes, impertinentes, ineſficaces, inadmiſsibiles, improbabiles, ac in materia et forma multipliciter peccantes, ſibi inuicem, & alijs in hac cauſa datis contrarijs, & repugnantes, non concludentes, nec releuantes producentem in aliquo, nec nocent parti, contra quam producti dicuntur: ſuntq; alias tales quòd in quantum poſitiones exiſtant, non eſt eis aliquatenus reſpondendum, inquantum vero articuli nullatenus ſunt admittendi, prout ex eorum inſpectione cuilibet intuenti diligēter apparet, & alias dicetur latius verbo & in ſcriptis ſuis loco & tēpore opportunis de quo ſolemniter proteſtatur procurator prædictus.

Exceptiones contra articulos.

Contra aduerſus nonnullas prætenſas poſitiones, prætenſaq; iura & munimenta, &c. atq; producta excipiendo proteſtatur procurator & eo nomine partis ſuæ, quòd ſi quæ, &c. Suntque prętenſa iure, &c.

Et pręmiſſis quibus inſiſtit ſaluis latius excipiendo contra ipſos prætenſos poſitiones & articulos, prætenſaq; iura & munimenta dictus procurator quo ſupra nomine negat & diffitetur expreſſe omnia & ſingula tā in dictis prætenſis poſitionibus & articulis, quàm in iuribus & munimētis prætenſis deductis, cum fuerint & ſint falſa, conficta ad partis aduerſę ſiniſtram practicam & ſuggeſtionem extorta. Et ſic fuit, &c.

Item dictus procurator quo ſupra nomine dicit, ponit, & ſi neceſſe fuerit, probare intendit, ꝙ præfatus dominus N. de anno Domini, Mcccclij & in vigilia Pētecoſtes, & per totam illam diem, quæ ex aduerſo confingitur, licèt falsè fuiſſe in oppido N.B dioœceſis fuit, & erat perſonaliter conſtitutus in oppido N.B. diœceſis, ac in dicto oppido N. viſus præſentialiter, & corporaliter auditus, palpatus palam, & publicè. Et ſic fuit, & eſt verum.

Item quòd veritas fuit & eſt pręter id & abſque eo, ꝙ præfatus dominus N. de N. per annum domini, Mcccclij. vmquam in ſchola oppidi N fuiſſet conſtitutus, aut dicti A. narrantis ſe rectorem dictę ſcholæ diſcipulus, aut eū vmquam nouiſſet: quinimmo dictus dominus N. vt præmittitur, de anno Mcccclij. fuit in oppido N. conſtitutus. Et ſic fuit, & eſt verum.

Item ꝙ præmiſſa omnia & ſingula, &c.

Item pręmiſſa quatenus facta, &c.

Exceptiones vbi aliquis eſt canonicus creatus.

Proteſtatur procurator & eo nomine honorabilis viri domini H.B. canonici eccleſię ſancti G. Colonienſis partis ſuæ, quòd ſi quę ſint aut contineantur, &c. recipit & admittit: inquantū verò econtra pro parte aduerſa & contra partem ſuam faciant ſeu facere poſſint, extunc excipit & excipiendo dicit, quòd huiuſmodi prætenſæ poſitiones & articuli fuerunt & ſunt vani, varij, vagi, dubij, obſcuri, incerti, indefiniti, malè, & peſſimè ſpecificati, de mala materia & peiori forma fabricati, & in materia & forma peccantes, necnon falſi, conficti, mendoſi, nugoſi, opprobrioſi, negatiui, obiectiui, defectuoſi, ac longè & poſt terminū peremptorium per non partem coram nō iudice cauſa diffugij, dati atque producti, ſibi inuicem & alijs

alijs ex aduerso productis contrarij, & repugnantes, malè narrantes & peius concludētes, improbabiles, inadmissibiles, & probata nō reuelantes, de pluribus etiam, de quibus nō constat neq; constare poterit, mentionem facientes, ac alias tales, ꝙ inquantū articuli non sunt ad probandum admittendi, neq; eisdē, inquantum positiones existant, siue esse censeantur, respondendum; suntq; ipsa prętensa iura ex aduerso, vt præmittitur, producta, friuola, nulla, inualida, falsa, glossata, viciata, frustratoria, defectuosa, in locis suspectis cancellata, rasa, abrasa, interlienaliter conscripta, sibi inuicem & alijs ex aduerso deductis & productis contraria, & repugnantia, signis, sigillis & subscriptionibus authenticis carētes, per priuatas personas officium tabellionatus minimè exercentes, practicata & somniata ad producentis voluntatem, & contra omnem gestæ rei veritatē fabricata, causa diffugij etiam & absq; partis vocatione & compulsoria, etiam lite pendente extracta, & aliàs talia, quòd ipsis nec in iudicio nec extra aliquatenus sit fides adhibenda, prout ex ipsorum prætensorum articulorum & iurium huiusmodi prętensis tenoribus clarè cōstat cuilibet intuenti, & latius dicetur verbo & in scriptis suis loco & tempore congruis & opportunis, de quo solemniter protestatur.

Et præmissis quibus insistit saluis latius excipiendo, ac de bono iure H.B. rei & possessoris, & non iure ipsius A. in huiusmodi canonicatu & præbēda sancti N. super quibus agitur, necnon H.V. aduersariorum luce clarius fidē, promptamq; probationem faciendo.

In primis repetit hic, & pro repetitis habere vult primum, secundum, tertium, quartum xvij. incipientem, Item quòd prędictus quondam C.R. & xviij. incipientem, Itē quòd idem dominus C.R. ex aduerso positiones, & articulos pro parte dicti A. primi in huiusmodi causa aduersarij de existentia sancti N. vacatione canonicatus, & præbendę, de & super quibus agitur, & ipsorum qualitate, & modo, & tempore vacandi, siue vacatione data cum desuper factis, & fiendis probationibus; hicq; dat loco positionum & articulorum siue exceptionum: quatenus tamen pro se, &c. neque alio modo, de quo protestatur expresè.

Item ad finem & effectum supradictum dicit, ponit, & si necesse fuerit, probare intendit, ꝙ S. in Christo pater, & dominus noster dominus N. diuina prouidentia Papa modernus volens pręfato domino H.D. canonico sancti N. Coloniensi apud ipsum de vita, ac morum honestate, alijsq; laudabilibus probitatis, & virtutum meritis multipliciter commendato, meritorumq; suorum intuitu, gratiam facere specialem, dudum videlicet sub data Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Domini, Mccccclxxiij. xviij. Kal. Iulij, pontificatus sui, anno N. canonicatū ecclesiæ collegiatæ sancti N. Coloniensis, in qua nonnullę sacerdotales præbendæ, & aliæ præbendæ fuerunt, esseque consueuerunt, prout sunt de præsenti cum plenitudine iuris canonici auctoritate Apostolica eidem H. contulit, ac de illis etiam prouidit vnam verò ex huiusmodi pręebendam sacerdotalibus, necnon beneficium ecclesiasticum cum cura, vel sine cura clericis secularibus consuetum assignari, etiam si canonicatus, & præbenda, vel officium fuerit, &c. prout in bulla conferendum eidem H. post acceptationem huiusmodi cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis donationi Apostolicę reseruauit, inhibuit, irritum decreuit, prout, & quemadmodum in desuper confectis litteris apostolicis, ad quas, & in eis contenta dictus procurator quo supra nomine; hicq; dat loco positionum, & articulorum, atque exceptionum: quatenus tamen pro se, &c. alio modo, de quo protestatur expresè, plenius continetur, & habetur. Et sic fuit, & est verum.

Item ꝙ præfatus dominus H. gratiam apostolicam huiusmodi sibi, vt pręmittitur, factam sciuit, &c. vt supra.

Item ꝙ præfatus dominus H.B. canonicatū, & præbendam sacerdotalem ecclesię sancti N. Coloniensis, super quibus agitur ad præsens, & per mortem quondam N. extra Rom. Cur. & in partibus post primam, & vltimam diem mensis Septembris, anno domini Mccccclij. assecutus fuit stallo sibi in choro, & loco in capitulo assignatis, & à dicta die quarta mensis Octobris, anno Domini, Mccccclij. defuncti tam de iure quam de facto vacantes, tamquam in & sub dicta gratia sua comprehensos, infra tempus debitum cum protestationibus in talibus fieri solitis acceptauit, & sibi de eisdē per discretum virum magistrum P. clericum C. diœcesis subexecutorem in vim clausulæ, Cæterum, &c. in possessionibus contentę electū, & ad hoc requisitum prouideri fecit, & obtinuit, aliasq; diligentias sibi necessarias & opportunas fecit, prout in desuper cōfectis documentis publicis, ad quę, & in eis cōtenta se refert dictus procurator quo supra nomine; hicq; dat pro positionibus, & articulis: quatenus tamen pro se, &c. protestatur expresè, plenius continetur, & habetur. Et sic fuit, et est verum.

Item ꝙ dictus dominus H.B. gratiæ litterarum, ac processuum, et collationis, et prouisionis prædictarum vigore corporalem, realem, et actualem possessionem dictorum canonicatus, et prębendę sacerdotalis, super quibus agitur,

iuriumque, & pertinẽtiarum omnium eorumdem, die quarta mẽsis Octobris, anno Domini, Mcccccliij. eosdem canonicatum, & præbẽdam sacerdotalem cõtinuè citra tenuit, & possedit; seq; pro eorumdem possessore continuè citra habuit, tenuit, nominauit, & reputauit, ac ab alijs fuit pro tali, & vt talis, &c. reputatus, prout tenet & possidet; habeturque, &c. & reputatus palam, & publicè. Et sic fuit, & est verum.

Item quòd de pręmissis omnibus, & singulis, &c.

Item ꝙ ab vno, duobus, &c. annis proximè, & immediatè præteritis, citra, & supra, & sic dudum ante tempus, & tempore datæ gratiæ suæ, & processuum inde secutorum, necnon acceptationis, & prouisionis præfatarum, prædictus H. B. fuit & erat, prout hodie est clericus, &c. Pone habilitatem principalis vt supra.

Deinde in proximo articulo pone habilitatem pe.:one subexecutoris.

Item ꝙ pariformiter ac eisdem temporibus, & per ipsa tẽpora citra, & supra, & sic dudum ante tempus, & tempore datæ gratiæ, processuumq; desuper fulminatorum, necnon acceptationis & prouisionis huiusmodi, fructus, redditus, & prouentus canonicatus & præbendæ, necnon scholastriæ Ecclesię sancti N. C. diœcesis, quæ inhibi simplex officium existit, esseq; consueuit, & est de præsenti, ad quas & quam idem H. tempore concessionis gratię apostolicæ obtinebat, & de præsenti obtinet, viij. mar. ar. se. communem extimationem valorem annuum non excesserunt, prout hodie non excedunt; quinimmo fuerunt, prout sunt longe infra eumdem valorem comprehensi palam, & publicè. Et sic fuit, &c.

Item ꝙ præmissis non obstantibus, quidam A. P. de N. & H. T. in huiusmodi causa aduersarij cuilibet seu eorum alteri in, seu ad dictos canonicatum, & præbendam ecclesię sancti N. Coloniensi, super quibus agitur, nullũ vnquam ius competijt neq; cõpetit se dictæ gratiæ expectatiuæ dicto domino H. B. vt premittitur, concessæ, acceptationi & prouisioni prędictis, ac bono iuri ipsi domino H. in dictis canonicatu & præbenda, seu ad eos competenti temerè, & de facto, cum de iure nõ potuerint, neq; possint, opposuerunt, prout opponunt, ac quilibet eorum opposuit, & opponit de pręsenti: impediuerunt; & inquietarunt, prout inquietant, impediunt, & fecerunt & faciunt, quominus dictus H. eosdem canonicatum & præbendam pacificè & quietè, prout de iure deberet, tenere & possidere, & suam possessionem pacificè cõtinuare possit & valeat in ipsorum A. & H. animarum periculum, ipsiusque B. præiudicium, damnum non modicum, & grauamen.

Item quòd omnes & singuli superius, ac in productis & producendis pro parte dicti H. descripti & nominati fuerunt, prout illi qui viuunt, sunt tales, &c.

Item ꝙ præmissa omnia, & singula fuerunt, erant & sunt vera, &c.

Item dat producta & producenda, &c.

Item dat de singulis, prout omnia supra.

Quare petit procurator, &c. declarari gratiam apostolicam, necnon acceptationẽ, & prouisionem, possessionẽque, prosecutionem præfato domino H. B. & per ipsum de dictis canonicatu & prębenda sacerdotali ecclesiæ sancti N. Coloniensis, vt pręmittitur, factas, & omnia inde secuta fuisse & esse canonicas, &c. adiudicari; præfatisq; A. & H. aduersarijs & eorũ cuilibet in, seu ad eosdem canonicatum & præbendam sacerdotalem nullum vnquam ius cõpetijsse neq; competere, oppositionesque, molestationes, vexationes, &c. vt in forma.

Præmissa omnia, & singula tam coniunctim, &c.

Saluo iure, &c.

Et protestatur, &c.

Exceptiones specialissimæ contra commissionem.

Contra prætensam cõmissionem vobis domino auditori in hac causa B. P. pro parte cuiusdam A. L. factam & præsentatam, procurator & eo nomine, ac pro parte venerabilium virorum dominorum magistrorum F. de C. & P. de P. respectiuè partis suæ dicit, præmissa protestatione de non consentiendo in iurisdictionem D. V. nisi quatenus aliàs iudex competens sit is dicit, dictam prætensam cõmissionem surreptitiam, & obreptitiam tacita veritate, & expressa falsitate per dolũ, & fraudem, principisq; circumuentionẽ, ac præter: & contra rei gestæ veritatem extorta, ac aliàs talis, ꝙ vobis domino auditori nullam tribuit iurisdictionem, neq; parti contra quã obtenta prætenditur, quouis modo obest, prout ex illius prętenso tenore clarè cuilibet intuenti apparet, & demonstrabitur clarius infra verbo & in scriptis, de quo protestatur.

In primis quidem inhęrendo alijs exceptionibus contra prætensas vobis factas commissiones datas, & productas dicit, quòd fuit & est præter id & absq; eo, ꝙ illarum prætextu aliqua vobis fuerit attributa iurisdictio, prędictas prętensas commissiones; quinimmo veritas fuit & est, ꝙ nulla vobis competit iurisdictio, attentis commissionibus in huiusmodi causa alijs auditoribus factis.

Item pro maiori clarificatione pręmissorum

in ca-

in casum & euentum, in quem seu quos constaret dictum A. appellasse à sententia per R.p.d. Io. lata super præstimonijs, in eosdem casum & euentum ponit & probare intendit, quòd dictæ prætensæ appellationis causa commissa fuerit R.p.d.A.& Io.F. coauditoribus vestris. Et sic fuit, & est verum.

Item ꝙ dictus A.L. fraudulenter expressit, quòd dicti domini A.& Io.F. auditores causam eis commissam huiusmodi ad cancellariã apostolicam remiserant: quod fuit & est penitus & omnino falsum: quòdq; propterea causa huiusmodi adhuc coram eisdem pendet indecisa, & prætensæ commissiones factę R.p.d G. coauditori vestro ad instantiam dicti A. per pretensam remissionem ad cancellariam apostolicam, & successiuè prefatę p. v. fuerunt & sunt ipso iure nullę.

Item ꝙ fuit & est prçter id & absq; eo, quòd dicti domini A. & Io. F. coauditores contra causam huiusmodi ad cancellariã apostolicam remiserint: quinimmo veritas fuit & est, ꝙ illã remittere cessarunt. Et sic fuit, & est verum.

Item ꝙ de remissionibus causarum, quæ per dominos Auditores Rotæ fieri consueuerunt, solent notarij de huiusmodi remissionibus in registris causarum & eorum manualibus fidem facere; & sic fuit continuò vsitatum, practicatum, tentum, et obseruatum. Et ꝙ sic fuit, et est verum.

Exceptiones contra bullam motu proprio.

Protestatur procurator et eo nomine, etc. dicit, ꝙ huiusmodi prætensa bulla fuit, erat et est nulla, inutilis et inualida, ac ex defectu intentionis fuit et est particularis, et in fauorem, respectu particolaris et tertię personę dumtaxat facta et concessa; et per consequens antedicta bulla declaratoria; quatenus sic dici mereatur, legem generalem minimè facit, ac facere potest, ipsaq; signanter in prætensa causa nequaquam sibi locum vendicare debet, nec sedundum illam in huiusmodi causa iudicãdum existit, fuitq; et est sibi contraria et repugnans, ac de præsentibus mentionem faciens, de quibus numquam apud acta causę huiusmodi legitime constare poterit: per hęc et alia ex eius prętenso tenore clarius luce apparent, et latius dicetur, etc. opportunis.

Exceptiones contra processum.

Protestatur procurator et eo nomine, etc. ꝙ si qua sint, etc. ꝙ dicti prętensi processus vnã cum prætensis bullis in eisdem insertis fuerũt, et sunt surreptitij et obreptitij, ac nulli et inualidi per non habentem potestatem, ac aliàs inhabilem et minus idoneum decreti et fulminati, signis, sigillis, et subscriptionibus adulterinis et peregrinis subscripti et annotati, sibiipsis contrarij repugnantes, de pluribus, et de quibus etiam non constat mentionem facientes, non regnotiti lite pendente parte non vocata, et absq; compulsoria, dudum etiam ac longè post terminum peremptorium exhibiti atque producti, alijsq; multis de causis tales, ꝙ eisdem nec in iudicio nec extra sit fides adhibenda, ex ipsis insertis claret euidenter.

Exceptiones contra procuratorum ad prosequendum gratiam.

Estqne etiam prçtensum procuratorium ad prosequendum prętensam gratiam apostolicam, de qua in dictis prætensis processibus fit mentio, inutile et inualidum, necnon falsum, confictum, mendosum, nugosum in data anticipatum per priuatum, incognitum, et minus legalem personam, officium tabellionatus minimè exercentem, somniatum, et conflatum in locis substantialibus, videlicet anno, indictione, die, mense, pontificatu, et testibus, vehementisimè rasum et suspectum, in charta veteri et abrasa scriptum et annotatum, sibiipsi contrarium, et repugnans, non recognitum, ac aliàs tale, ꝙ eidem nulla extitit fides adhibenda, nec ipsius vigore prætensi procuratoris in eodem descripti et nominati dictam prætengratiam, et eius processum prosequi, acceptare, vel facere sibi prouideri potuerunt, prout ex inspectione eiusdem omnia et singulla intuenti apparet, latiusque dicitur suis loco et tempore congruis et opportunis, de quo solemniter protestatur.

Exceptiones contra instrumentnm.

Protestatur procurator et eo nomine, etc. quatenus verò econtra faciant seu facere censeantur, dicit dictum instrumentum fuisse, et esse falsum, de falsitate notoriè suspectum, aliàs in eo scriptum quàm factum, ad partis voluntatem dolosè practicatum, contra omnem rei veritatem per circumuentionẽ exortum, vt patet notoriè ex actis: nam plus hìc scriptum quàm dictum aut factũ, et in illa parte, in qua somniatur, duo beneficia fuisse practicata pro A. expresè falsum, et negatur: nam vt patet ex eodem, in quo loco et qua auctoritate per quẽ modũ vacandi, aut ꝙ D. A. illa habuisset, aut possesionẽ nactus fuisset; sed illa per dolositatẽ cuiusdam d. H. illa verba apposita creduntur,

cum in rerum natura numquam fuit neque valuit confessio cuiusdam L. asserti procuratoris, qui non fuit constitutus ad confitendum talia, pro ut ex prętenso instrumento clarius luce apparet, estq; aliàs tale, quòd non releuat producentem, nec nocet parti contra quam, &c.

Exceptiones contra declarationem.

Procurator, &c. excipiendo contra prętensas declarationes per partem aduersam vltimò in hac causa, vt dicitur, datas, repetit hic & de nouo reproducit replicationes alias pro parte sua contra prætensos articulos de falsitatē, per partem aduersam exhibitos & datos, cum protestatione in eadem cedula replicationis contenta, quatenus faciant contra ipsas declarationes & pro parte sua: & non aliàs, aliter, neque alio modo.

Item ad ostendendum calumniam earumdem prętensarum declarationum partis aduersæ, dictus procurator nomine quo supra ponit, & quatenus opus fuerit & sibi incumbit, probare intendit ea quę sequuntur, ac ad probandum petit se admitti, & partem aduersam ad respondendum singulariter singulis medio suo iuramento compelli.

Exceptiones generales contra gratias & sumpta.

Protestatur procurator & eo nomine, &c. & dicit, q̄ si quę sint aut ęstimantur in quibusdam prætensis litteris apostolicis, ac sumptis de registro litterarum apostolicarum supplicationum prætensas gratias tam expectatiuas quàm prouisiones & dispositiones quàm & prętēsum mandatum de surrogando & prouidendo in se continentibus, necnon processibus dispēsationis, instrumentis, ac iuribus & munimētis alijs pro parte A. aduersarij in hac parte, vt dicitur, productis, quæ quoquo modo faciant, aut aliàs quomodolibet facere possint, pro eadem parte sua, &c. extunc contra illa excipit quòd huiusmodi prætensę gratiæ tam coniunctim quàm diuisim fuerunt & sunt à iure exorbitantes, ac vnicę & solæ, vnica & sola vice, vt dicitur taliter qualiter concessę, de falsitate vehementer suspectæ, in datis anticipatę, in locis quampluribus etiam suspectis rasæ, vitiatæ, cancellatæ, sibiipsis & alijs ex aduerso productis contrarię & repugnantes, iniquæ, iniustæ, inefficaces, irritæ, falsæ, nullę, inualidę, nulliusq; roboris vel momenti, & falsa & iniqua materia fabricatæ, inhabilibus quòd quolibet beneficiorum incapacibus nulliter, & de facto concessæ, necnon surreptitiæ & obreptitiæ, tacita veritate, & expressa falsitate per circumuentionem principis fraudulenter impetrare, & quęlibet eorum fuit pręter & contra tenorem seu formam præfēsæ supplicationis, ex qua descendere prętenditur, aliasq; contra stilū cancellarię constitutiones apostolicas possunt taliter qualiter expeditas, fuitq; & est prętēsa gratia iuxta mandatū apostolicum in eo contentū, cum in forma dignum arbitramur, &c. expedita minimè purificata producenda in nullo releuantes, sed potius ipsum suspectum reddentes, aut aliàs tales, quòd non nocent parti contra quam productę sunt, vt ipsas intuentes clarè apparēt, & aliàs latius dicetur suis loco & tempore opportunis.

Exceptiones generales contra gratias expectatiuas.

Item in casum & euentum, in quem seu quos de aliqua prętensa gratia dicti aduersarij legitimè constaret, prout non constat, illa, eius nullitate salua, fuit, prout est vnica & sola, ac vnica & sola vice dumtaxat concessa, & non pluries, &c. sub data tertio nonas Septembris, &c. taliter qualiter facta, & est illa, quę in actis causę producta dicitur, & non aliàs, aliter, neque alio modo.

Item suggeritur in dicta gratia dicti S. aduersarij per impetrantem illam fraudulenter & dolose, quòd præfatus S. aduersarius fuerit tempore datę ipsius prętensę gratię in xvj. ętatis suę anno constitutus, vel circa quod omni caruit prout caret veritate: nam pręfatus S. aduersarius illo tūc vix attingerat xiij. annum suę ætatis: & penitus cessauit fuisse & esse in prędicto xvj. ætatis suæ anno vel circa constitutus. Et sic de alijs expositis per impetrantem.

Exceptiones generales contra processum, gratiam, acceptationem, prouisionem.

Protestatur procurator & eo nomine, &c extunc excipiendo dicit, q̄ prętensum instrumentum processus fuit & est friuolū, frustratorium, superfluum, ambiguum, vanum, vagum, varium, inefficax, inualidum, defectuosum, nulliusq; roboris vel momenti, rasum, abrasū, vitiatum, cancellatū, & in quampluribus locis vehementer suspectum; fuitq; per prętensum executorem in ipsa prętensa gratia expectatiua deputatum pręter & contra formam mādati apostolici sibi in hac parte, vt prætenditur, directi, taliter qualiter, ac nulliter, & de facto decretus & fulminatus; fuitq; & est dictum instrumentum narratiuum plurium, de quibus non

constat,

constat, neque vnquã constare poterit, falsum, confictum ad producentis voluntatem, & contra facti veritatem omnimodam somniatum & fabricatum, signo, sigillo & subscriptionibus authenticis & indictione, ac pontificatu carẽs, ac propter priuatam & incognitam personam officium notariatus minimè exercentẽ, taliter qualiter, vt dicitur, confectum & subscriptum, & datum post terminum peremptorium, & per non partem productum, &c. vt supra.

Prætensa verò gratia expectatiua in ipso prętenso processu inserta fuit, & est similiter nulla, inefficax, &c. vt supra in exceptionibus contra gratiam.

Item prætensum instrumentum acceptationis & prouisionis fuit & est nullũ, &c. vt supra in exceptionibus contra instrumentum additum hac clausula, lite pendente & absq; compulsoria, parte non vocata, & iudicis auctoritate, taliter qualiter ad producentis voluntatem contra rei gestæ veritatem fabricatum.

Contra personas testium.

Loquendo excipit & excipiendo dicit, quòd prætensi testes fuerunt & sunt aliqui eorũ criminosi, leues, pauperes, serui, & auctoritatem standi in iudicio non habentes, insensati, furiosi, & aliqui eorum fugitiui, apostatæ, excommunicati, banniti, subornati, corrupti, infames, partis contra quam producti dicuntur inimici capitales, & fuerunt & sunt in dictis suis singulares & contrarij, ac diuersis criminibus irretiti; ipsorumq; testium prætensorum depositiones siue dicta fuerunt & sunt falsa, mendosa, iniqua calumniosis sibi inuicem contraria, impertinentia, inutilia, nec causam scientię bene describentia, conficta, contra scientiam deposita, iniuriosa, diffamatoria, corrupta, ac aliàs talia, quòd eiusdem prętensis depositionibus & dictis, inquãtum contra partem suam faciunt, nulla penitus fides adhibenda est, neq; releuant partem producentem in aliquo, nec probant ad id quod probandum dicuntur inducti, velut ex eorum inspectione cuilibet diligenter intuenti clarissimè poterit liquere, prout aliàs magis specificè suis loco & tempore dicetur, & partim constat ex infrascriptis.

In primis contra personam A. &c.

Exceptiones contra gratiam productam.

Contra quamdam prætensam gratiam per partem aduersam in hac causa vltimò productam, & vt dicitur, exhibitã excipit procurator & eo nomine partis suę, & excipiendo dicit, ac protestatur, ꝙ si quę sint aut contineantur in ipsa prætensa gratia, quæ faciant vel quoquo modo facere possint pro parte sua & cõtra partem aduersam, illa non impugnat neq; impugnare intendit; quinimmo ea in vim & per modum tacitę confessionis recipit & admittit: quatenus verò contenta in eadem faciant siue facere videãtur pro dicta parte aduersa, & cõtra partem suam, extunc excipit & excipiendo dicit, ꝙ dicta prætensa gratia fuit & erat, & est nulla, inefficax, & inualida, nullius roboris vel momenti, discrepans in substantialibus à supplicatione, ex qua dicitur extracta, ac subreptitia, & obreptitia, subreptitiaq; & obreptitię tacita veritate, & expressa falsitate per dolũ & fraudem cameraliter & absq; supplicatione desuper signata, & contra mentem ac stilũ principis & cãcellarię Ro. Cu. extorta & impetrata: talibus enim veritate tacita, quæ si expressa & falsitate suggesta, quæ si tacita fuisset, impetrãs ipsam prętensam gratiã, saltẽ illis modo & forma, quibus obtẽta dicitur, nullatenus obtinuisset, ac aliàs talis, ꝙ pars aduersa canonicatũ & prębendã, de quibus hic agitur vigore supradictę gratię acceptare non potuit, nec in dictam suã gratiã cecidit, & litteræ desuper ipsa prętensa gratia confectæ fuerunt & sunt vanę, vagę, varię, obscurę, rasæ, glossatę, vitiatę, suspectę, signis cãcellariæ carẽtes, exorbitãtes, & in latinitate errãtes, aliasq; prætẽsa producta fuerunt & sunt vana, &c. & alias talia, ꝙ non releuant producentes nec suffragantur, neque nocent parti contra quam dicuntur producta, prout ex ipsorum inspectione plenè apparet, & latius dicetur verbo & in scriptis suis loco & tempore opportunis.

Et ad ostendendum clarè de nullitate dictę prætensę gratię, ac aliàs de non iure partis aduersę, & de iure domini N. procurator, &c. excipit, & excipiendo dicit, ponitq; & probare intendit infrascripta, ad quorum probationem intentioni suæ necessariam dumtaxat se astringit, de quo & ad quod per ea non intendit aliquid de intentione partis cõfiteri, sed omnem ipsius intẽtionẽ diffiteri & negare, ꝑut expressè diffitetur & negat solẽniter, ac ꝑtestatur.

In primis enim excipit & excipiendo dicit, ꝙ si constat aut constare possit de aliqua prętensa supplicatione, ex qua litterę prętensæ gratię pro parte aduersa vltimò, vt dicitur, productę sint, aut fuerint expeditę, quòd illa supplicatio fuit & est vnica, & in effectu tenoris qui sequitur. Supplicat, &c.

Exceptiones contra libellum.

Contra quamdam prętensam scripturam ad modum libelli seu summariæ petitionis

coram vobis R.p.d. N.decretorum doctore, sacri palatij apostolici causarũ Auditore in hac causa, vt dicitur, exhibitam, & productam, excipit magister N. procurator, & eo nomine procuratorio partis suæ, & excipiendo protestatur, quòd si quæ sint in dicto prętenso libello, quę faciant vel quomodolibet facere videãtur pro parte sua, & contra partem aduersam, illa non impugnat neque impugnare intendit, quinimmo recipit & admittit per modum saltem tacitæ confessionis: quatenus verò faciant seu facere videantur pro parte aduersa, & contra partem suam, dicit & excipit, quòd ipse prætensus libellus fuit, & est vanus, vagus, dubius, & obscurus, ambiguus, & indeterminatus, malè & pessimè specificatus, negatiuus, & obiectiuus, criminosus, defectiuus, impertinens, inadmissibilis, sibi inuicem contrarius, & repugnans, nullam actionem comprehendens, ac narratione & petitione, ac substantialibus libelli & alijs deductis in prima instantia datis discrepans, falsus, mendosus, iniquus, calumniosus, malè narrans, & peius concludens, & quòd ex narratis eius conclusio non descendit, de mala materia & in peiori forma conceptus, per verba iuris non compositus, per partem cuius non interest post peremptorium terminum causa diffugij datus, & de pluribus prætensis confictis materijs & scripturis, de quibus seu quarum originalibus non constat legitimè, nec vmquam constare poterit, mentionem faciens, ac aliàs est talis, quòd non est admittendus, nec ei respondendum, neque lis super eo quomodolibet contestanda est, neque super eo de calumia, aut aliàs quomodolibet iurandum, prout ex ipsius inspectione apparet euidenter, & aliàs dicetur plenius verbo & in scriptis, si & quotiens opus erit, de quo, ac ꝙ grauaminis articulus ante omnia discutiatur; alioquin de grauamine & appellando & nullitate actorum & agendorum, solemniter protestatur.

Dicit etiam procurator prædictus, ꝙ ante omnia libellans præfatus exhibere debet & tenetur scripturas, ad quas se refert antequã lis veniat super eo contestanda, & præsertim instrumentum appellationis si appellatum reperiatur, quod non creditur: primò dicit & excipit procurator prædictus, ꝙ dicta sententia, de qua in libello fit sermo, in rem transit iudicatam, nec ab eadem quomodolibet appellatum reperitur, saltem de quo in actis constet, nec reperiuntur ibidem apostoli petiti; ideo si sint, petit appellationis instrumentum, & aliàs scripturas, de quibus mentionem facit, exhiberi, & sibi copias tradi, vt est iuris atque moris; alioquin de grauamine, & appellando protestatur, &c.

Saluo iure, &c.
Et protestatur, &c.

Exceptiones generales contra libellum.

Contra quemdam prætensum libellũ in hac causa N. ex aduerso, vt prętenditur, datum, & productum, procurator & eo nomine N. partis suæ protestatur, &c. tacitæ confessionis protestatur: quatenus verò econtra, &c. excipiendoque dicit, ꝙ prætẽsus libellus fuit, & est nullus, nulliusq; roboris, vel momenti, vagus, vanus, varius, alternatiuus, obscurus, ineptus, impertinens, malè formatus, peius specificatus, malè narrans, & peius concludens, de mala materia confectus, & falsificatus, sibi ipsi contrarius; fuitq; & est talis, dictus, prætensus libellus, ꝙ illi non est nec fuit respondendum, nec super eo lis contestanda, sed per vos reijciendus, & lacerandus partem producentem in nullo reuelans, &c.

Et pręmissa excipit, obijcit, & protestatur procurator prædictus quo supra nomine tam coniunctim quàm diuisim, ac omnibus melioribus, modo, via, iure, &c. atque debet.

Et quatenus facti sunt & in facto consistant, &c.

Exceptiones contra personam libellantis quòd sit excommunicatus.

Contra quamdam prętensam scripturam siue papiri cedulam coram vobis R. p. &c. pro parte cuiusdam Io. loco libelli, licet ineptè, & indebitè concepti in huiusmodi causa nouiter datam, & exhibitam quò ad effectum, ꝙ ipse G. nullatenus in iudicio debeat audiri, nec aliquis ineptus libellus admitti; quinimmo dominus Io. pars sua ab instantia, & obseruatione terminorum sit in huiusmodi causa absoluẽdus, procurator, & eo nomine dicto domini Ioan. ante omnia protestatur, & dicit, ac excipit, ꝙ dudũ ante mensem Ianuarij præsentis anni N. per venerabilem N. de & super, &c. præfatis P. ꝙ notoria contumacia, & propter contemptum mandatorum eiusdem domini, &c. excommunicationis sententia in scriptis innodatus extiterit. Et sic fuit, & est verum.

Item ꝙ causa successiuè, videlicet de dicto mense Ianuarij, anni præsentis, idem P. præmissorum occasione in ciuitate C. excommunicatus, & vt talis publicè denunciatus extiterit. Et sic fuit, &c.

Item quòd præmissis minimè attentis, præfatus P. à temporibus earumdem excommunicationum,

cationum, & denunciationum continue citra huiusmodi sentētiam excommunicationis innodatus insordebat, prout insordescit, ad gremium sanctæ Matris Ecclesiæ minimè redire curauit, prout nec curare videtur, palam, & publicè.

Exceptiones contra executionem remissionis de partibus.

Protestatur procurator, &c. quòd si qua sint aut contineantur in quadā prætensa executione remissionis de partibus, vt prætenditur, reportata, &c. coram vobis, &c. excipiendo, quòd huiusmodi prætensa executio fuit & est nulla, & per non habentem potestatem parte non vocata facta ad nullius instantiam in loco minus debito absq; quacumque solemnitate iuris facta, & aliàs talis, quòd idem, & prætensis dictis testium in eadem ostensis nulla est fides adhibenda, & non nocet dicto domino A. contra quē producitur, non prodest producenti, vt ex ipsius inspectione apparet, cum non constet de aliqua citatione testiū siue partis, & ipsa prętensa executio, aliàs est talis, ꝙ vos R. p. secundum canones in huiusmodi causa non debitis neque potestis cognoscere seu iudicare, prout ex infrascriptis causis, & actis clarè patet, & demonstratur.

In primis procurator prædictus quo supra nomine excipiendo dicit, ꝙ dicta prætensa executio dictæ prætensæ remissionis fuit, & est nulla, seu nulliter facta ex eo, & pro eo, quòd ipsa remissio communiter commissa fuit tribus iudicibus, videlicet, &c. & cum P. & F. non habitis excusationibus B. in negocio remissionis processerunt, quod facere minimè potuerunt.

Item quòd saluis pręmissis, dicta prætensa executio dictæ remissionis fuit, & est nulla, nulliter facta pro & ex eo, quòd dicta prętensa executio in loco ab inimico suspecto, & parte ipsius B. non vocata, ad prætensam executionem processerunt, quod facere non potuerunt. Et fuit, &c.

Exceptiones contra iura ex aduerso producta.

Satisfaciendo termino ad dicendum contra producta in hac causa G. canteriæ inter N. de V. & dominum V. pręfixo procurator & procuratorio nomine, ac pro parte dicti domini V. partis suæ excipiendo contra omnia & singula prætensa iura, litteras apostolicas, instrumenta & munimenta pro parte dicti N. aliàs producta, & vt dicitur, vltimo in termino ad producendum omnia repetita, ante omnia protestatur, quòd si qua sint aut contineantur in illis, quæ quoquomodo faciunt seu facere posśint pro se, & dicta parte sua, & contra dictum N. illa in ea parte dumtaxat non impugnat nec impugnare intendit; quinimmo illa tamquā talia repetit, recipit, & admitti petit, in vim saltē, ac per modum tacitæ confessionis dicti Nic. quatenus verò pro dictoN. & cōtra partem suam præfatā faciant, extunc, & eo casu excipit, opponit, & dicit, quòd dicta prætensa iura, instrumenta & munimenta huiusmodi fuerunt & sunt nulla, nullius roboris vel efficaciæ, falsa, rasa, & abrasa, abolita, cācellata, interlienata, in quāplurimis suis partibus vitio falsitatis suspecta, solemnitatibus iuris in talibus requisitis carentia, & aliàs talia, quòd illis in iudicio vel extra non est aliqua fides adhibenda; dictæq; prętensæ litteræ apostolicę fe. re. domini N. Papæ N. et S. d. N. Papæ pro parte dicti N. in dicta causa productæ fuerunt, et sunt similiter nullę, rasæ, abrasę, abolitæ, cancellatę, interlineatę, ac aliàs vitio falsitatis suspectæ, præter et contra formam et tenorem prętēsarum supplicationum, ex quibus dicuntur emanasse, et cōtra regulas cancellarię apostolicę et formam iuris et pręiudicium dicti domini V. expeditæ, et plura cōtinentes quàm prætensę supplicationes contineant, et aliàs tales, quòd secundū illas nullatenus iudicare debuit; et propterea prætensa diffinitiua sententia in vim aliarum ex dictis prętensis litteris per R. p. d. Fantinum coauditorem vestrum lata, penitus, et omnino fuit et est reuocanda, vt ex illarum et prætensa supplicatione siue illius sumpti inspectione clarè intuenti apparet, et demonstrabitur clarius infra verbo et in scriptis suis loco et tempore opportunis, de quo expresśè protestatur.

Et insuper, non tamen confitendo aliquid de intentione dicti N. neque alterius aduersarij, scilicet A. R. sed potius diffitendo et negando, prout diffitetur et negat procurator prædictus nomine quo supra, etiam exceptionum loco repetit omnia et singula acta actitata, iura, instrumenta, et munimenta in huiusmodi causa facta, habita et producta, positionesque et articulos, aliàsque materias pro parte sua prædicta datas; ac probationes desuper factas; quatenus tamen pro se et dicta parte sua et contra dictos aduersarios faciant: et non aliàs, aliter, neque alio modo, de quo expresśè protestatur.

Specialius verò pro huiusmodi producta seu repetita, et primò cōtra prętensas supplicationes, ex qua et cuius prætextu dictæ prætensæ litteræ factæ dātur, ac prætensas litteras si nul-

li nominatus sub nomine S.d.N. Papę moderni, ac in vim pretensæ concessionis per ipsum dominũ N. ipsi N. factæ in forma rationi congruit,&c.expeditas excipiendo dicit,quòd illę fuerunt & sunt nullæ, nullius roboris vel efficaciæ, subreptitiæ & obreptitiæ tacita veritate,& expressa falsitate impetrata, tali namque veritate tacita,quæ si expressa; & tali falsitate expressa,quę si tacita fuissent, nullatenus dicta pretensa supplicatio concessa fuisset.

Tacuit enim primò dictus N. citra tamen iniuriam loquēdo,dolo & fraude in dicta prætensa supplicatione, ex qua prætensæ litteræ, videlicet malè & nulliter expeditæ fuerunt,& sic etiam fuit tacitum in dictis prætensis litteris,excōmunicationis sententię censuris, quibus ligatus erat, & pręsertim quòd ipse simoniam commiserat. Ex qua propterea omnibus censuris & pœnis tàm à iure,quàm ab homine in simoniacos promulgatis ligatus & irretius existebat: ex quo si illa fuissent expressa,nullatenus dicta pretensa commissio cōcessa fuisset.

Item simili dolo & fraude expressit dictus N. in dicta pretensa supplicatione, ꝙ fructus dictę cantorię xl.mar.ar.se.com.ex. non excedebant,quod fuit & est penitus, & omnino falsum, ac veritate caruit, & caret, cum veritas fuerit,& sit,ꝙ fructus dictę cantorię ante tempus & tempore datę dictę pretensę supplicationis multo maiorem summam xl. marcarum argenti excedebant,excedereq; consueuerunt, & hodie excedunt. Et sic fuit, & est verum.

Item contra prætensas litteras in vim dictæ pretensæ supplicationis expeditas excipiendo dicit, quòd dolo & freude, ac per circumuentionem, necnon cōtra rei veritatem fuit & expressum & scriptum in dictis prætensis litteris pretensæ gratiæ si nulli, quòd in pretensa supplicatione,ex qua illę confectę fuerũt, fuit expressum,ꝙ fructus dictæ cantorię non excedebat summam xl. mar.ar. puri, &c. ꝙ fuit & est penitus, & omnino falsum, ac caruit & caret veritate: nã veritas fuit,& est,ꝙ in dicta prætensa supplicatione dictum verbum, puri, non fuit neq; est scriptum,neq; positũ, neq; de verbo puri, aliqua mentio habetur: quòdq; dictæ pretensæ litteræ quo ad huiusmodi verbum in illis appositum fuerunt & sunt contra rei veritatem, & contra intentionem & mentem S.d. N.Papæ expeditæ,cum non fuerit neq; sit credendum, quòd S. d. N. voluerit in dictis prætensis litteris apponere & annotare, ac scribi facere,vel per illas concedere plusquam fuerit in dicta prætensa supplicatione per eius prædecessorem assignata, & concessa,& pręsertim in alterius pręiudicium: quòdque positio dicti verbi, puri, facta in huiusmodi pretensis litteris fuit,& est facta contra rei veritatem,& per consequens contra intentionem S.d. N. Papæ: & quòd in expeditione dictarum pretensarum litterarum fuerit positum dictum verbum, puri;quod non erat in pretensa supplicatione, nō creditur fuisse de intentione pręfati sanctissimi domini nostri, cum ex dicti pretensi verbi appositione facta in dictis pretēsis litteris tollatur ius quæsitum ipsi domino V. saltim ad dictam cantoriam, quod sanctissimum dominum nostrum voluisse & velle facere non creditur,neq; pręsumitur:quòdq; pretensę litteræ huiusmodi, & pręsertim quò ad dictũ prætensum verbum nullius effectus existunt de iure.

Item multa alia falsa,expressa, et multa vera,tacita fuerunt in dicta pretensa supplicatione, quæ falsa, si non fuissent expressa, & vera huiusmodi tacita non fuissent, nullatenus illa concessa fuisset,&c.

Item contra pretensam sententiam per pręfatum dominum F. in fauorem dicti N. latam excipiendo dicit, quòd illius iniustitia & iniquitate saluis fuit,est, & ipso iure nulla: ex eo præsertim, quia pretensa appellatio pro parte dicti N. in prætensa sententia per R.p.d. B.G. in eadem causa lata,vt dicitur,interposita fuit, & erat per lapsum secundi fatalis deserta: & sic ipse dominus F. prætextu illius in fauorem dicti N.huiusmodi prætensam sententiam ferre non valuit de iure.

Item excipiendo dicit, quòd nō obstat prætensa commissio, quę pro parte dicti N. impetrata,& ipsi domino F.pręsentata,& cuius pretextu fore ipse dominus F. prætensam sententiam promulgauit, cum illa fuerit & sit nulla, subreptitia & obreptitia,neque fuit verificata, cum non constituerit de aliquo legitimo impedimento ipsius N.prout dictę pretensę commissionis signatura requirebat; & sic prætensa commissio ipsi N. nullatenus suffragabatur, & propterea illius prætextu nulla ipsi domino F. fuit attributa vel restituta iurisdictio:ita quòd voluerit in fauorem dicti N. dictam prætensam sententiam promulgare.

Et pręmissa excipit, obijcit, opponit, dicit, repetit, & protestatur procurator prædictus, quo supra nomine tàm coniunctim,quàm diuisim,ac omnibus melioribus, modo, via, iure,& forma,quibus melius potest & debet,&c.

Saluo iure addendi, &c.

Et protestatur,&c.

Exceptiones generales contra iura.

Contra & aduersus nonnulla prætensa iura & munimenta ex aduerso in huiusmodi causa, vt prætenditur, producta, excipiendo protestatur

statur procurator, & eo nomine honorabilis viri domini N. partis suæ, quòd si qua sint aut contineantur,&c. confessiones, quatenus verò econtra faciant,extunc excipiendo dicit,quòd huiusmodi prætensa iura fuerunt,erant & sunt vana,varia,incerta,nulla,falsa,mendosa,nugosa, lite pendente parte non vocata extracta, certorum prætensorum testium non vocatorum,non iuratorum, sine partis vocatione,coram non iudice, nullam iurisdictionem habente, ad partis nullum interesse habentis instantiam,nulliter & de facto presumpta,immo lite in Rom.Cur.pendente, post inhibitionem parti factam, similiter & officiali clam & secretè recepta, prætensis dictis, & depositionibus continentia, rasa, abrasa,anno, inditione, die,mense,& pontificatu,alijsque clausulis necessarijs carentia;suntq; aliàs talia,quòd ipsius neque indicio neq; extra venit fides adhibenda,prout ex ipsorum inspectione clarè constat intuenti: diceturque latius verbo,& in scriptis suis loco & tempore opportunis, de quo protestatur solemniter & expressè.

Exceptiones contra appellationem.

Protestatur procurator,&c. quòd si qua sint aut contineanrur in quadam pretensa appellatione,&c. quatenus verò faciāt seu facere possint, extunc excipit & excipiendo dicit, quòd dicta prætensa appellatio fuit & est nulla, friuola,frustratoria, ex inanibus & confictis causis, & non grauamine per non partem nec habentem facultatem seu potestatem appellandi per lapsum termini iuris ad appellandum statuti in absentia iudicis, & aliàs nulliter, vt prætenditur, interposita. Estque ipsa prætensa appallatio per lapsum termini ad illam prosequendum et finiendum deserta, et illi renunciatum,ac aliàs talis,etc.

Vel sic:

Fuit,erat,et est friuola, nulla, inualida,frustratoria,ex friuolis nullis inualidis,ac frustratorijs causis et confictis grauaminibus per nullum interesse vel mandatum habentem dudum post terminum à iure præfixum, nullis vmquam apostolicis petitis malitiosè interposita.

Exceptiones contra regulam cancellariæ.

Protestatur procurator,etc. in quadam prætensa cancellariæ regula, seu eius prætenso sumpto in huiusmodi causa ex aduerso producto,quæ quoquo modo faciant, etc. extunc excipiendo dicit, quòd dictum prætensum sumptum fuit, et est falsè fabricatum, confictum, lite pendente ad instantiam aliorum, quorum non interest etiam parte non vocata extractum, præterscitum, et voluntatem illius, pro quo impetratum dicitur, exortum, signo et subscriptione, ac alijs debitis substantialibus requisitis carens,cameraliter et ad partem extractum, et non per cancellariam, ac verum stilum expeditum: ipsaque prætensa regula, quæ in ipso prætenso sumpto contineri prætenditur,fuit, erat,et est vana, vaga, dubia,obscura, incerta, et indeterminata, exorbitans à iure absque scitu et voluntate principis edita, non lecta in audientia publica litterarum contradictarum nec publicata, neque in libris seu quinternis cancellariæ Apostolicæ inter cæteras constitutiones scripta in Curia Romaoa vel extra eam pro longè non habita, neque secundùm eam in iudicio contradictarum est iudicatum, ac aliàs talis, quòd ei nulla est fides adhibenda, ac partem producentem, ad illum saltem effectum, ad quem produxit in nullo releuare potest,prout ex ipsius prætenso tenore clarè patet intuenti, ac latius dicetur suis loco et tempore opportunis.

Exceptiones generales contra testes, & eorum dicta.

Procurator et eo nomine procuratorio honorabilis viri H. talis diœcesis protestatur et dicit,quòd si quæ sint aut contineantur in quibusdam prætensis attestationibus siue dispositionibus testium pro parte sibi aduersa examinatorum, quæ facerent seu quoquo modo facere possent pro parte sua, et contra partem aduersam, illa in ea dumtaxat parte non impugnat, neque in dicta vel personas obijcere intendit, quinimmo approbat et ratificat, ac in vim, et per modum tacitæ confessionis admittit: quatenus verò pro dicta parte aduersa eosdem testes producentem ipsi testes et eorum dicta seu depositiones, et contra partem suam facere videantur, extunc contra testes et eorum depositiones seu citra,circa iniuriam cuiusque loquendo excipit et excipiendo dicit, quòd prætensi testes fuerunt,et sunt aliqui eorum criminosi, leues, pauperes,serui, et auctoritatem standi in iudicio non habentes, insensati, furiosi, et aliqui eorum fugitiui, apostatæ,excommunicati, banniti,subornati, corrupti, infames, partis contra quam producti dicuntur inimici capitales, et fuerunt, et sunt in dictis suis singulares et contrarij, ac diuersis criminibus irretiti. Ipsorumque testium prætensorum depositiones, siue dicta fuerunt et sunt falsa, mendosa, iniqua, calumniosa sibi inuicem contraria, impertinentia,

mutua, nec causam scientiæ bene describentia, conficta, contra conscientiam deposita, litigiosa, iniuriosa, diffamatoria, corrupta, ac aliàs talia, quòd eisdē prętensis depositionibus & dictis, inquantum contra partem suam faciunt, nulla penitus fides adhibenda est, neque releuat partem producentem in aliquo, nec probant id ad quod probandum dicuntur inducti, velut ex eorum inspectione cuilibet diligenter intuenti clarissimè poterit liquere, prout aliàs magis specificè suis loco & tempore dicetur, & partim constat ex infrascriptis.

In primis contra personam A. &c.

Replicationes contra exceptiones ex aduerso datas.

Protestatur procurator & eo nomine partis suæ, quòd si qua sint aut contineantur in quibusdam prętensis exceptionibus, &c. vt supra in generalibus.

Et præmissis quibus insistit saluis latius replicando dictus procurator quo supra nomine negat expresè, quòd præpositura N. fuerit, & sit de iure patronatus Illustrissimi regis Poloniæ, ac ipsum d. regem fuisse, & esse in possessione pręsentandi, prout falsè & dolosè ex aduerso suggeritur; quinimmo dicta præpositura per regulas & constitutiones cancellarię dispositioni S.d.N. Papæ fuit, erat, & est cum decreto irritante reseruata. Et quòd sic fuit, &c.

Item quòd in casum et euentum, in quem seu in quos de prætenso iurepatronatu constitisset seu constare posset, prout numquam constabit saltem legitimè, extunc nil de intentione partis aduersæ cōfitendo, sed negando, prout diffitetur & negat, dicit, quòd contra iuris formam, & contra constitutiones cancellariæ dominus Archiepiscopus de iure instituere pręsentatum, nisi præfixo termino suo suffraganeo recusante ad instituendum dictum N. aduersarium instituere pręsumpsit, quæ tacita si expressa & econuerso, prętensa commissio nullatenus emanasset.

Item contra quartam prętensam commissionem, in qua magnū festum videtur de somniata nullitate monitorij tum ex eo, quòd per non procuratorem, tum ꝙ in ferijs, &c. procurator & eo nomine dicit, ꝙ licet in iure forsan dubiū dici poterit, an procurator recipit suam potestatem & executionem sui officij à tempore acceptationis; tamen de stilo, obseruantia, & cōsuetudine sacri palatij Apostolici causarum & Rotæ à tempore & per tantum tempus, de cuius initio siue contrario hominum memoria non existit, continuè tentum, practicatum, & obseruatum fuit, quòd acta, facta, gesta, agitata, antequam recipiatur procuratorium, valuerunt semper & valere consueuerūt, suffecit, sufficereque consueuit, & sufficit, quòd procuratorium & mandatum ante sententiam producatur, in quo ante acta, & gesta fuit procurator: sicque, vt prędicitur, semper fuit tentum, dictum, practicatum, & obseruatum: diciturque, tenetur, practicatur, & obseruatur. Et sic fuit, & est verum.

Item contra secūdam partem adductam dictus procurator dicit, quòd de stilo palatij & obseruantia prædictis tempore feriarum huiusmodi monitoria decerni & dari consueuerunt, potuerunt & possunt validè & efficaciter etiam de iure: quia verificatio narratorum in rescriptis fieri de iure non potest, nisi causa cognita: causa autē cognita, tunc dubium quid si dicatur cum parte aduersa pręsente vel vocata, & absente per contumaciam: ergo prius vocari partem & decerni monitoriū oportet, & postea parte vocata verificari rescriptum, nec ad decernendum monitorium vel citationem requiritur partis vocatio, nullaq; discussio iudicialis, sed extraiudicialiter etiam ex officio iudicis fieri potest, cum nulla lex, nullaque decretalis statuit, quòd vbi conceditur processus monitorialis ante monitionē & citationem, non debeat, descripta narratorum veritate, iudicialiter procedi. Regula iuris est, ꝙ prius pars citatur & moneatur, & deinde verificetur rescriptū, & narrata, maximè cum monitio in vim citationis resolui potuit, parte comparente & rationabilem causam allegante: merito ergo frustratoria est talis prætensa oxceptio, & partem in nullo releuat, neque cedula inditionis vacationum prohibet actus extraiudiciales, sed solum iudiciales, & ex hoc etiam cessat & tollitur sequens prætensa exceptio cum p.v. nil iudicialiter, sed extraiudicialiter egit, & propterea si nulla sentētia hodierna esset lata, & hodie posset eadem p.v. huiusmodi causę esse iudex. Et sic fuit, & est verū.

Item contra septimam, octauam, decimam, & duodecimam prętensas exceptiones, dictus procurator quo supra nomine dicit, quòd sint falsæ, confictæ, impertinenter calumniosæ, de pluribus mentionem facientes, de quibus non constat, neq; constare poterit sibi ipsis & alijs, de quibus in actis constat contrariæ, in materia & forma peccantes, nil concludentes, inadmissibiles, & improbabiles. Et quòd sic fuit, & est verum, &c.

Item contra decimamtertiam, & decimamquartam prætensas exceptiones dicit, quòd multa falsa in eisdem somniantur contra rei veritatem, & inter alios falsè mentionatur, ꝙ p.v. iurisdictio non esset prorogata, cum coram

p.v.om-

p.v. omnes & singuli termini in talibus seruari soliti dicto magistro A. ex aduerso procuratore vocato & citato fuerunt seruati: cum ergò nec expresſè excipiat p. v. iurisdictionem in articulo declarationis prorogauit cum tacitè non excipiendo videtur de iure in p.v. & iurisdictionem consensisse, cum articulus declarationis alius sit & diuersus à negotio principali quæ diuidi potuit. Et sic fuit, & est verum.

Replicationes generales.

Protestatur procurator, &c. & contra partem suam facere videantur, extunc cõtra prædictam prætensam commissionem excipit & opponit omnes, & singulas exceptiones generales cõtra nullam, inualidam & subreptitiam, ac abreptitiam commissionem excipi solitas & consuetas.

Et pręmissis quibus insistit saluis, &c.

Replicationes generales aliæ.

Et pręmissis quibus insistit saluis latius replicando, dictus procurator dicit, si quid rerum à ratione & veritate fore colligendum: ›nim intendit resistere rationi, & veritat›, plicans nescit, cur ex aduerso inuehitur de cõmestione, & potatione, cum numquam replicantę, neq; tabernæ neq; potationi, neq; commestioni se immiscere probauit, cur iudicium æquitatis spernit, det certè iudicium solidum, auferat infecta, tradat liberam rem iudicij, placeat sibi per tramitem æquitatis incedere, non calumniandi assumat zelum: maiori quippe compendio causa vincitur, & partibus parcitur, quàm immoderata calumniãdi & perturbandi superstitione triplicans se somnia egit, illa fecit in primis somnijs, & primis horis diei iuxta consilium l. ij. de verb. sig.

Alia ex aduerso deducta fuerunt & sunt falsa contra veritatem fabricata, iniuriosa, & calumniosa, rebus naturalibus non consona, quibus nullis extitit fides adhibenda.

Duplicationes.

Et licet contra quasdam prætensas replicationes, quæ dicuntur productę in hac causa P. & in quarum proœmio ille, pro quo, neq; ille, contra quem, neq; causa, in qua productę sunt, non fit mentio, & sic nedum somniare, prout illas dans videtur dicere, ꝙ omnia, quę contrà partem suam dantur, sunt omnia seu somniata; sed diuinare oportet, non esse necessarium aliquod dicere, cum illæ essent penitus reijciendæ, cum necessarijs & substantialibus careant: attamen quia notarius dictæ causæ dicit, quòd in ea causa & per procuratorẽ aduersarij productæ fuerunt, ideo procurator & procuratorio nomine, ac pro parte venerabilis viri N. partis suæ duplicando contra dictas pretensas replicationes, primò dat hic duplicationes, receptiones, admissiones, & protestationes generales consuetas, aut dari & produci solitas, & dicit, quòd an exceptiones & materia pro parte dicti N. datæ fuerunt & sunt validæ, pertinentes & efficaces, aut inualidæ, & aliàs aut ex aduerso deducitur, litis huiusmodi indicauit euentus.

Aliæ duplicationes.

Specialius verò contra primam prætensam replicationem incipientem.

Item contra replicationes, &c. in qua dicitur, quòd contenta in exceptione sexta, huiusmodi sunt somniata, &c. duplicãdo dicit, quòd aut deducta in illa fuerunt & sunt somnia, quæ benè, & optimè bibentibus in sero quasi continuè euenerunt, & tales vt plurimum somniant dormiendo, &c. aut fuerint et sint vera, et veritate subsistant ex probationibus desuper habendis apparebit, et videtur quis in somnijs locutus fuit.

Item contra eamdem duplicando dicit, ꝙ M. ex aduerso deductus fuit, et est vilis pauper, abiecta persona, et qui in tabernis conuersatur, et vino inebriatur, corruptibilis, et aliàs talis, quòd eius dictis nullatenus est credendum, ac quòd non fuit neque est verum, quòd fuerit et sit rector ecclesiæ, de qua in dicta prætensa replicatione dicitur, neq; etiam notarius publicus, ac quòd inquantum probar..tur, quòd ipse esset notarius ab aliquo creatus, et factus, prout non creditur, quòd illis prætensis instrumẽtis non fuit neque est aliqua fides adhibenda, vt supra et alias dictum est.

Item contra secundam, etc.

Interrogatoria.

Interlocutoria infrascripta, ac contenta, et descripta in eisdem tàm coniunctim, quàm diuisim dat, facit, et exhibet procurator, et eo nomine domini Io. principalis partis suæ, secundùm quæ petit prætensos testes ex aduerso productos, et producendos diligenter examinari, alioquin protestatur de nullitate depositionum eorumdem.

In primis auisentur de pœna periurij, et testis falsidicis, et qualiter falsidicus testis tribus est obnoxius.

Item interrogentur de eorum nominibus et cognominibus, ætate, gente, et de qua patria sint oriundi, et an sint clerici vel laici, et an vxorati vel soluti.

Item

Item interrogentur si cognoscunt partes in huiusmodi causa litigantes, & à quo tempore citra, & quam partem vellent in huiusmodi causa obtinere.

Item interrogentur an in huiusmodi causa dederint consilium vel fauorem alicui ex aduersarijs contra dominum Ioan. prioris, vel si solicitauerint in huiusmodi causa contra ipsum dominum Io.

Item interrogentur quis eos inducit, vel solicitauit, vt in huiusmodi causa deponerent, & essent testes.

Item interrogentur an sint diuites, vel pauperes, & quantum haueant in bonis suis mobilibus, & immobilibus, & cuius artis, & an compatres, vel commatres, aut aliqua alia consanguinitate, vel affinitate coniuncti existant.

Item interrogentur an eis aliquid sit datum vel promissum, vt deponere debeant in causa.

Item interrogentur si sciunt quibus anno, die, vel mense vacarunt canonicatus, & præbenda, de quibus agitur, & per obitum cuius, & quis fuit primus possessor cum vacarunt, & quis hodie possidet.

Item interrogentur si sciunt quantum valent fructus annuatim canonicatus, & prębendæ, de quibus agitur.

Item interrogentur an vmquam cognouerunt parentes, hoc est patrem, & matrem Ste. Simonis, quibus nominibus, & cognominibus vocabantur, & vnde erant oriundi, & an viuunt hodie, vel sint mortui.

Item interrogentur cuius conditione erant, & an pater erat clericus, vel laicus, & an mater erant coniugata, vel non coniugata, vel monialis, vel parochiana, vel alia filia spiritualis patris Simonis.

Item interrogentur nonne sciant, vel dici audierunt, quòd Ste. aduersarius fecit diligentias suas super quadam perpetua cappellania sancti H. in ecclesia N. quam de præsenti tenet Petrus P.

Item interrogentur numquid sciant, ꝙ dicta cappellania vacauit ante præbendam, de qua agitur.

Item interrogentur si sciunt, vel dici audierunt, quis fuit rogatus de diligentijs dicti Ste. super dicta capellania.

Item interrogentur nonne sciant, ꝙ dictus Ste. non est honestus, nec idoneus, vt intersit aliquo capitulo.

Item interrogentur nonne cum esset in domo Papę vitabatur tamquam leprosus, & propterea positus fuit extra domum Papę, & iuit ad partes,

Item interrogentur nonne ipse Stephanus est penitus ignarus homò, & litteratū inscius.

Item nonne sciuit, ꝙ est simplex homo, qui nescit loqui Grammaticam nec Gallicum nec Britonicum.

Item interrogentur an vmquam aliquas dispositiones dicti Ste. super defectu natalium viderint, & quis illas fecit, & de quibus anno, & mense erant.

Cætera suppleat discretio examinantis.

Interrogatoria additionalia.

Addendo alijs interrogatorijs, aliàs in hac causa N. pro parte honorabilis viri domini N. principalis datis, & exhibitis procurator, & eo nomine, ac pro parte ipsius domini N. partis suę vltra interrogatoria aliàs data, super quibus, & infrascriptis petit testes ex aduerso productos, & producendos interrogari, alias protestatur de nullitate examinis, dat, & exhibet interrogatoria infrascripta.

Et primò dicitur, &c.

Interrogatoria infrascripta, ac contenta & descripta in eis dat, facit, & exhibet procura- & eo nomine venerabilis viri domini L. ...ro iuxta, & secundùm quę petit testes ex aduerso productos, & producendos diligenter examinari, & sigillatim interrogari, protestans ꝙ nisi secundum ipsa diligenter examinati; & sigillatim interrogati fuerint, ꝙ eorum dictis siue attestationibus in aliquo non stetur, neque eis fides adhibeatur, de quo expressè protestatur.

Et primo reducatur ad memoriam cuilibet testi pena falsi testis, & qualiter falsus testis tribus personis est obnoxius; primò Deo, quem contemnit; secundò iudici, quem decipit, & tertiò animę suæ propriæ, quam ęternaliter damat.

Item petatur à quolibet teste cuius ætatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerit, & an sit pręsbyter vel clericus, & an sit beneficiatus, & quantum habeat in beneficijs, & cuius expensis stat in Cu. Ro. et cum quo et quāto tempore in ea stetit, et quam artem exercet in eadem, et ad quid venit ad Ro. Curiam.

Item petatur à quolibet teste an sit amicus, socius, consanguineus, aut affinis aduersarij, et an habeat eumdem L. et alios litis consortes odio, vel rancore, et an fuerit sibi aliquid datum, promissum, oblatum, vel remissum, vt deponat in huiusmodi causa pro eodem aduersario, et quis sibi promisit, obtulit, aut remisit, aut quid, et quantum.

Item petatur à quolibet teste an viderit articulos siue materias, super quibus examinari debet, et quis ipsis sibi ostendit, et an sit auisatus,

ſtatus, doctus, aut inſtructus ad deponendum in huiuſmodi cauſa, & quam partem mallet in huiuſmodi cauſa victoriam obtinere, & ſi dixerit ius habentem, petatur ab eo quam partem mallet melius ius habere.

De pręmiſſis generalibus interrogatorijs ad ſpecialia deſcendendo, & antequam aliquis ex articulis partis aduerſæ alicui teſti oſtendatur ſiue perlegatur, petatur à quolibet teſte an ipſe ſciat, vbi ſit monaſterium ſanctæ M. de P. & ſi dixerit quod ſic, petatur ab eo, an aliquo vnquam tempore fuerit in dicto monaſterio, & de quo tempore, quibus die, menſe, & anno, & quid ibi faciebat, & in quo loco eſt ſignatum, & an ſciat quot canonicos habeat, & quomodo vocantur, & cuius ordinis ſint profeſſi.

Item petatur à quolibet teſte, vbi fuerit, aut ſteterit de menſe A. anni Domini N. & per totum illum menſem, & ſi deſignauerit locum, vbi fuerit, petatur ab eo, quid ibi faciebat, & qui cum eo ibi erant.

Item petatur à quolibet teſte, an ipſe cognoſcat L. de C. R. de R. P. R. T. P. de D. et Ioan. de V. R. et Io. de C. necnon dominum Iaco. C. dominum Iu. C. dominum S. et dominum A. ſeniores, et ſi dixerit quod ſic, petatur ab eo à quo tempore citra ipſorum notitiam habuerit, et quę fuerit cauſa notitiæ inter eos, et vnde ſunt oriundi, et cuius conditionis fuerint.

Item petatur à quolibet teſte, an de dicto menſe A. eiuſdem anni Domini N. et per totum illum menſem fuerit, aut ſteterit in dicto monaſterio beatæ M. de P. et ſi dixerit quod ſic, petatur ab eo, qua die iuit ad dictum monaſterium, et quot diebus ibi fuit, et quid ibi faciebat, et qui cum eo ibi erant, et reddat cauſam ſcientiæ in omnibus.

Item petatur à quolibet teſte, an de dictis menſe, et anno ipſe viderit in dicto monaſterio aut infra ipſius limites pręnominatos L. de C. R. de R. P. S. P. et Ioan. D. Io. de C. I. Iu. S. et A. pręd ictis, et ſi dixerit quòd ſic, petatur ab eo an erant equeſtres, vel pedeſtres, et an erant ſoli, vel cum comitiua, et qui cum eis erant, et an erant armati, vel ſine armis, et quot erant, et nominet illos qui cum ipſis erant, et ad omnia particulariter reſpondeat, et de omnibus cauſam ſcientiæ reddat.

Item petatur à quolibet teſte, an ipſe viderit pręd ictos in præcedenti interrogatorio nominatos intrare dictum monaſterium, aut occupare ipſum monaſteriũ, ſiue capere aliquos fructus, ſiue aliqua victualia et bona ipſius monaſterij. Si verò dixerit quòd non, non interrogetur ab eo ſiue non petetur ab eo vlterius. Si verò dixerit, quòd ſic, petatur ab eo quot, quæ et quanta bona ex huiuſmodi monaſterio acceperint, et quòd exprimat res et bona prędicta, et quibus die, menſe, et anno huiuſmodi res et bona receperunt aut abſtulerunt, et quibus præſentibus, de quo mandato, aut qua auctoritate, et quantum valebant, aut valere poterant huiuſmodi res, et bona, et quomodo ſcit, et quod deſignet res, et bona ablata, et ipſorum extimationem, et dicat cauſam ſcientiæ in omnibus.

Item petatur à quolibet teſte, an ipſe de dictis menſe, et anno viderit eoſdem ſupra nominatos capere aut recipere aliquas mulas, ſeu aliquos mulos cum ſuis curribus, et ſi dixerit non, non interrogetur vlterius; ſi verò dixerit quòd ſic, petatur ab eo, quot mulas, aut mulos receperunt aut abſtulerunt, et quantum quælibet mula ſiue quilibet mulus poterat valere aut valebat, et quomodo ſcit.

Item petatur à quolibet teſte, an ipſe viderit eoſdem ſuperius nominatos capere aliquos caſtrones ad dictum P. F. ſpectantes, et ſi dixerit quòd ſic, petatur ab eo, ex quo loco huiuſmodi caſtrones receperunt, aut abſtulerunt, et quot erant numero, et quantum valebant, et quomodo ſcit.

Item petatur à quolibet teſte, an ipſe viderit eoſdem ſupranominatos capere, aut auferre aliquas oues, ſeu aliquos agnelos, aut matalitia lintheamina, et paramenta, cooperaturas, lectos, bancalia, aut alia maceritia domus, porcos, gallinas, columbos, pichones, aut aliquam ſummam pecuniarum ad ipſum P. aduerſarium ſpectantes, et pertinentes, et ſi dixerit quòd ſic, petatur ab eo, quot oues, agnellos, porcos, gallinas, pichones, matalitia, lectos, bancalia, et alia maceritia domus, ac quãtam ſummam pecuniarum receperunt et abſtulerunt, et de quibus locis, quibus die, menſe, et anno, et quibus pręſentibus, et quòd deſignet res, et bona quæ præfati ſuperius nominati, ac ipſorum quantitates, valores et ſummas, et ad omnia particulariter reſpondeat, et dicat cauſam ſcientiæ in omnibus.

Item petatur à quolibet teſte, an ipſe viderit eoſdem L. de C. R. p. et alios ſupranominatos capere aut afferre ab eodem monaſterio, aut eius diſtrictu aliquas fauecas grani, ordei, ſigalli, aut anforas vini ſeu vellera lanæ, aut aliquos caſeos, aut porcellos, ſiue aliquas oblationes, et ſi dixerit quòd ſic, petatur ab eo, quot et quãtas fauecas grani, ac ſimiliter vini, ordei, ſigalli, ſeu vellera lanæ, caſeos, aut porcellos receperunt aut abſtulerunt, de quibus locis, aut quibus pręſentibus, quibus die, menſe et anno, ac quantum poterat valere totum id, quod ceperunt, et quomodo ſciat, et dicat cauſam ſcientiæ.

Item

Item petatur à quolibet teste, an ipse sciat pro certo, & indubitato, in quo consistunt fructus, redditus, & prouentus abbatię monasterij de P. & si dixerit quod sic, petatur ab eo quod hoc exprimat & causam scientię.

Item petatur à quolibet teste, an ipse sciat pro certo quantum valuerunt, aut valere potuerunt, fructus, redditus abbatiæ prędictæ de anno Domini, &c. & si dixerit quod sic, petatur ab eo de causa scientiæ.

Item petatur à quolibet teste, an ipse sciat vtrum fructus, redditus & prouentus abbatis & conuẽtus monasterij de P. sint communes ipsis abbati & conuentui, aut diuisi, & separati: & si dixerit quod sic, interrogetur de causa scientiæ, & quis habet maiorem partem an abbas vel conuentus: & si dixerit se nescire, petatur ab eo, quomodo ergo deponere poterit quantum valent fructus, redditus, & prouentus spectantes ad abbatem dicti monasterij de P.

Item petatur à quolibet teste, an ipse sciat pro vero, qui sint illi, qui receperunt fructus, redditus, & prouẽtus dicti monasterij spectanties ab abbatem dicti monasterij de annis Domini N. & N. & qua auctoritate: & si dixerit quod sic, petatur ab eo de causa scientiæ, & an de annis prędictis, & per eosdem annos fuit, & stetit in dicto monasterio vel ibi, & qui, & quot fuerunt illi, qui receperunt dictos fructus, redditus, & prouentus, & quòd illorum nomina, & cognomina exprimat, & declaret.

Item petatur à quolibet teste affirmante se scire qui sunt, qui receperunt dictos fructus, &c. an vnusquisque recepit pro se particulariter, vel omnes in simul pro omnibus ipsis, & an ipsi pro æqualibus, vel disparibus portionibus inter se diuiserunt dictos fructus, redditus, & prouentus: & si dixerit quod sic, petatur ab eo de causa scientiæ, & quod ad prædicta omnia particularites respondeat. Cętera suppleat fidelis examinator.

Saluo iure, &c.

Et protestatur, &c.

SEQVVNTVR VARIÆ petitiones.

Petitio in prima instantia.

Petit procurator & eo nomine egregij viri decretorum doctoris dom. Ioan. prioris principalis partis suę per vos R. p. & dominum Ioan. in huiusmodi causa Auditorem spacialiter deputatum, vestramque diffinitiuam sentẽtiam pronunciari, decerni & declarari in causa, & causis coram vobis in prima instantia vertentibus inter prętatum d. Ioan. ex vna, & quosdam Ia. & S. assertos clericos de & super certis canonicatu & prębenda ecclesię N. aliàs vacantibus per obitum quondam P. & eorum occasione partibus ex altera, gratiam expectatiuam per sanctissimum in Christo patrem dominum nostrũ dominum P. diuina prouidentia Papam N. eisdem d. Ioan. factam & concessam, necnon acceptationem & prouisionem de dictis canonicatu & præbenda præfato d. Ioan. & sibi factas cum omnibus inde secutis fuisse & esse canonicas & canonica, suosque debuisse & debere sortiri effectus, necnon dictos canonicatum & præbendam ad præfatum d. Ioann. spectasse & pertinuisse, ac spectare & pertinere de iure, illosq; sibi cum omnibus iuribus & pertinentijs suis adiudicandos fore, & per vos adiudicari debere, necnon dictis Ia. & S. in, seu ad dictos canonicatum & prębendam nullum vmquam ius spectasse vel pertinuisse, siue spectare vel pertinere, dictumque Ia ab intrusione occupationes & detentiones dictorum canonicatus & prębendæ, iuriumque & pertinentiarũ eorumdem tollendum, eijciendum & amouendum, & per vos tolli, eijci & amoueri debere, necnon dictum d. Ioan. in corporalẽ, realem, & actualem possessionem dictorũ canonicatus, & præbendæ, iuriumque & pertinentiarum eorumdem ponendum & inducendum, ac prę vos poni & induci debere, vexationes, molestationes, perturbationes, inquietationes & impedimenta per præfatos Ia. & S. & eorum quemlibet de & super dictis canonicatu & prębenda, & eorum occasione præfato d. Ioan. prioris factas & pręstitas, ac facta & pręstita fuisse & esse temerarias, illicitas, iniquas, indebitas, & iniustas, ac illicita, iniqua, indebita & iniusta, ac de facto pręsumptas & præsumpta, necnon de & super illis, dictisq; canonicatu & præbenda præfatis Ia. & S. & eorum cuilibet silentium perpetuum imponendum fore, & per vos imponi debere, necnon dictum Ia. in fructibus ex dictis canonicatu & prębenda à tempore suæ intrusionis citra perceptis, ac dictum Ia. et S. in expensis propterea coram vobis legitimè factis condemnandos fore et condemnari, et aliàs in, de et super pręmissis et tota causa huiusmodi sibi, partique suæ iustitiæ ministrari complementum, officium vestrum, quatenus opus sit, benigne implorando.

Saluo iure, etc.

Et protestatur, etc.

Petitio in secunda instantia.

Petit procurator et eo nomine venerabilis viri domini Ioann. principalis partis suæ per vos R.

vos R.p.d. Auditorem, vestramq; diffinitiuam sententiam pronunciari, decerni et declarari in causa et causis, quæ aliàs in prima coram R. p.d. Ioan. et nunc coram vobis in secunda versæ sunt, et vertuntur instantiæ inter præfatum d. Ioan. actorem ex vna, et quosdam Ia. et Ste. assertos clericos de et super certis canonicatu et præbenda ecclesiæ N. et eius occasione partibus ex altera, per præfatum R.p.d. Ioan. bene fuisse, et esse processum, sententiatum et diffinitum, necnon pro parte dictarum Ia. et Ste. malè fuisse et esse prouocatum et appellatum, ipsiusq; R.p.d.E. sententiam et processum confirmandos fore et confirmari debere, necnon dictum Ia. in fructibus ex dictis canonicatu et præbenda à tempore latæ dictę sententię citra perceptis, ac prædictos Ia. et Ste. in expensis propterea coram vobis legitimè factis cõdemnandos fore et condemnari debere, et aliàs in, de et super præmissis et tota causa huiusmodi sibi, partique suæ iustitiæ ministrari complementum, officium vestrum, quatenus opus sit, benigne implorando.

Saluo iure, etc.

Et protestatur, etc.

Petitio super nullitate appellationis interiecta ab admißione ad reiterandum terminos.

Petit procurator et eo nomine d. Ioan. principalis partis suæ per vos R.p.d.E auditorem, vestramq; sententiam siue ordinationem pronunciari, decerni et declarari in causa aliàs vertente coram R.p.d. Ioann. in prima instantia inter pręfatum d. Ioan. priorem ex vna, et quemdam Ia. de N. assertum clericum de et super certis canonicatu et præbenda ecclesiæ N. et eorum occasione pro parte dicti Ia. à reiteratione terminorum malè fuisse et esse prouocatum et appellatum, necnon per eumdem R. p.d.I. benè fuisse et esse processum: ipsiusq; R. p.d.C. processum confirmandum fore, et confirmari, inhibitionem quamcumque à vobis propterea forsan emanatam reuocandam fore, et per vos reuocari debere, necnon dictum Io. in expensis propterea coram vobis legitimè factis condemnãdum fore, et condemnari debere, et aliàs in, de et super pręmissis sibi iustitię ministrari complementum, officium vestrum, quatenus opus sit, benignè implorando.

Saluo iure, etc.

Et protestatur, etc.

Petitio in tertia instantia super principali.

Petit procurator et eo nomine honorabilis viri d. Ioan. principalis partis suę per vos R.p. d.N. Auditorem, vestramque diffinitiuam sententiam pronunciari, decerni, et declarari in causa et causis, quæ nuper coram R.p.d. Ioan. coauditore vestro in secunda, et nunc coram vobis inter præfatum dominum Io. ex vna, et quosdam Ia. et Ste. assertos clericos aduersarios de et super certis canonicatu et præbenda ecclesiæ N. et eorũ occasione in tertia vertuntur instantia partibus ex altera per præfatum R.p. d. Ioann. coauditorem vestrum benè fuisse et esse processum, sententiatum, et diffinitum, necnon pro parte prædictorum Ia. et Ste. aduersariorum ab ipso d Ioan. coauditori vestro, eiusq; diffinitiua sententia huiusmodi malè fuisse et esse prouocatum et appellatum, ipsiusque R.p. Ioan. coauditoris vestri processum et sententiã confirmandos fore, et per vos confirmari, necnon dictum Ia. aduersarium in fructibus ex dictis canonicatu et præbenda à tempore dictæ latæ sententiæ per eum citra perceptis, ac prædictos Ia. et Ste. in expensis propterea coram vobis legitimè factis respectiuè condemnandos fore, et condemnari debere, et aliàs in, de et super præmissis, ac tota causa huiusmodi sibi, partiq; suę iustitię ministrari complementum, vestrum benignum officium, quatenus opus sit, humiliter implorãdo.

Saluo iure, etc.

Et protestatur, etc.

Petitio ab impetitione.

Petit procurator et eo nomine honorabilis viri d N. partis suæ per vos R.p.d.A. sacri palatij causarum Apostolici, causæq; et partibus infrascriptis auditorem specialiter deputatũ, vestramque diffinitiuam sententiam pronunciari, decerni, et declarari, molestationes, vexationes, perturbationes, inquietationes, et impedimenta præfato domino H. per quemdam V. assertum clericum in huiusmodi causa aduersarium, de et super prætenso spolio dictorum canonicatus, et præbendæ sanctæ crucis H. et illorum occasione, vt præmittitur, factas et præstitas, factaque et præstita fuisse, et esse temerarias, illicitas, iniquas, indebitas, et iniustas; temerariaque, illicita, indebita, iniqua, iniusta, ac de facto præsumptas, et præsumpta; dictoq; V. aduersario pręmissa fecisse minimè licuisse, neque licere: ipsique V. super ipsis ac spolio prędicto perpetuum silentium imponendum, necnon eumdem dominum N. ab impetitione dicti V. absoluendum, ipsumq; V. in expensis in huiusmodi causa coram vobis legitimè factis, de expensis fiendis, damnis et interesse sustinendis, protestando condemnandum fore, ac per vos imponi, absolui, et condemnari,

demnari, ac aliàs in, de et super premissis omnibus et singulis sibi per vos fieri breue iustitiæ complementum.

Præmissa omnia, etc.
Saluo iure, etc.
Et protestatur, etc.

Petitio super vlteriori processu, & aggrauatione obtinenda.

Petit procurator et eo nomine per vos R.p. d.L.de L.etc. Auditorem, vestramque sententiam pronunciari, decerni, et declarari processus coram R.p. d. N. sacri palatij causarum Apostolici auditore in causa quę coram eo inter discretum virum C. ex vna, et quosdam S. T.Ioan.de N. etc. assertos armigeros, et quosdam dictos de S.ac S.totamq; communitatem villæ S.ipsorum et cuiuslibet ipsorum complices H. diœcesis de et super inuasione, detentione, rerum & bonorum spoliatione; alijsque mandatis & notorijs violentis, damnis, expensis & interesse, & eorum occasione partibus ex altera, in prima instantia habitis, ac factis aggrauandos, reaggrauandos, interdictũ ponendum, & brachium seculare inuocandum fore, ac per vos aggrauari, reaggrauari, interdictum poni, & brachium seculare inuocari, necnon eosdem S.T.de N.&c. tàm coniunctim, quàm diuisim in expensis in huiusmodi causa propterea legitimè factis, de expensis fiendis, damnis & interesse sustinendis, protestando tàm coniunctim, quàm diuisim cõdemnandum fore, ac per vos confirmari, aggrauari, poni, inuocari, & cõdemnari, ac aliàs in, de & super premissis omnibus, & singulis sibi in premissis, & circa ea per vos breue fieri iustitię complementum.

Præmissa omnia, &c.
Saluo iure, &c.
Et protestatur, &c.

Petitio super aggrauatione processus.

Petit procurator & eo nomine honorabilis viri N.partis suæ per vos A.p.d.L.&c. auditorem specialiter deputatum, vestramq; sententiam siue ordinationem pronunciari, decerni, & declarari processus executorialium coram venerabili viro domino N. in partibus in causa huiusmodi, quæ tunc coram eo veluti conseruatore priuilegiorum almę vniuersitati studij E. M. diœcesis, suppositique eiusdem concessis, in prima vertebatur & nunc coram vobis in secunda vertitur instantia inter dictum N. ex vna, & quosdam A.& T. &c. totamque communitatem villæ N. H. diœcesis de & super inuasione, & detentione rerum & bonorum suorum spoliatione; alijsque manifestis, & notorijs violentis, damnis, expensis & interesse, & eorum occasione partibus ex altera, ad dicti N. instantiam contra illos tàm coniunctim, quàm diuisim decreto & concesso aggrauandos, reaggrauãdos, interdictum ecclesiasticum in eorum terras & loca, ad quas & quæ eos declinare contigerit, ponendum, & brachium seculare inuocandum, ipsosq; tàm coniunctim, quàm diuisim, vt & tamquam aggrauatos & reaggrauatos, denunciãdos & publicandos fore, ac per vos aggrauari, reaggrauari, interdictum poni, & brachiũ seculare inuocari, & denunciari, mandari, necnon eosdem S.de N.&c. in expensis in causa huiusmodi coram vobis legitimè factis, de expensis fiendis, damnis & interesse sustinendis, protestando condemnandos fore, ac per vos condemnari, ac aliàs in, de & super præmissis omnibus & singulis sibi in premissis & circa ea per vos fieri breue iustitiæ complementum.

Præmissa, &c.
Saluo iure, &c.
Et protestatur, &c.

Petitio super nullitate sententiæ latæ, & reuocatione eiusdem & litterarum executorialium decretarum.

Petit procurator & eo nomine honorabilis viri domini G.rectoris parochialis ecclesiæ in N. T.diœcesis partis suæ per vos R. p.d.A. sacri, &c. Auditorem specialiter deputatum, vestramque diffinitiuam sententiam pronunciari, decerni, & declarari pretensam sententiam per R.p.d.Ioan. Episcopum N. assertum iudicem in causa, quę tunc coram eo in prima verti pretendebatur instantia inter dictum G. ex vna, & quemdam N. assertum presbyterum de & super pretensis priuatione, destitutione & amotione à dicta parochiali ecclesia, eiusque collatione, prouisione, & assignatione dicti N. rebusque alijs in actis latius designatis, & illarum occasione pro dicto N.& contra prefatum G.vt prætenditur, latam fuisse, & esse nullam, nullitatisque vitio subiacuisse, & subiacere, eamque quatenus de facto processit cum prætensarum litterarum executorialium decreto, & omnibus inde secutis reuocandam, cassandam, irritandam, & annullandam fore, ac per vos reuocari, cassari, & irritari, & annullari eumdem N. in expensis in causa huiusmodi propterea pro parte dicti G.legitimè factis, de expensis fiendis, damnis & interesse sentiendis, solemniter protestando condemnandum fore, ac per vos condemnari, ac aliàs in, de &

super

per præmissis omnibus & singulis sibi per vos fieri breue iustitię complementum.

Præmissa, &c.

Saluo iure,&c.

Et protestatur, &c.

Petitio declarationis contra intrusum qui non paruit monitorio.

Petit procurator & eo nomine honorabilis viri d. B.canonici ecclesiæ beatę Marię ad gradus M.partis suæ per vos R.p.d.N. sacri palatij causarum Apostolici, causæque ac partibus infrascriptis auditorem specialiter deputatũ, vestramq; sententiam siue ordinationem pronunciari, decerni,& declarari quemdam V.de D. in dictis canonicatu & prębenda intrusum, & illorum occupatione pro,& ex eo, quia monitorio per vos ad dicti B.instantiam contra & aduersus Decanum & capitulum , singulosque canonicos dictis V.de N.super dimittendę ipsi B. dictorum canonicatus, & præbendæ possessione vacua , libera & expedita decreto, & in ipsius personam, ac contra eosdem Decanum, & capitulum , singulosque canonicos debitè executo, ac iudicialiter reproducto parere cõtumaciter distulit,& neglexit maioris excommunicationis , aliásque in eodem monitorio contentas pœnas , sententias & censuras damnabiliter incidisse, & incurrisse declarandum, ipsumq; tamquam publicè excommunicatum denunciandum , publicandum , & vt talem ab omnibus Christi fidelibus artius euitari mandandũ , ac in expensis in causa huiusmodi propterea legitimè factis,de expẽsis fiendis, damnis & interesse sustinendis , protestando condemnandum fore, ac per vos declarari,denunciari,publicari,& euitari mandari, & condemnari,ac aliàs in,de & super pręmissis omnibus & singulis,&c.

Præmissa omnia,etc.

Saluo iure,etc.

Et protestatur,etc.

Petitio super nullitate processus post iuramenti delationem habiti.

Petit procurator & eo nomine venerabilis viri domini T.de N.perpetui Vicarij in ecclesia sancti H.P.diœcesis partis suæ per vos R.p. d.A.&c.causarum auditorem,vestramque sententiam siue ordinationem pronũciari, decerni & declarari per R.p. dominum Ioannem Didaci de C. coauditorem vestrum in causa, quæ coram eo inter præfatum d T. ex vna , & quemdam H.N.assertum clericum de & super dicta perpetua Vicaria ad altare sancti A.sitas in seculari ecclesia sancti N. H. dictæ P. diœcesis in prima verti prætendebatur instantia, ex & pro eo quòd nonnullas prætensas positiones siue articulos , aut materias articulatas post iuramenti delationem per eumdem dominum Ioannem auditorem eidem T. in supplementum probationis factas pro parte eiusdem Ioan. aduersarij datas recipit , & ad probandum admisit, testesque desuper recepit, & examinari fecit & mandauit malè fuisse & esse processum ordinatum,receptum, admissum,& mandatum , ipsiusq; domini Ioan.d. coauditoris vestri prætensas ordinationem , admissionem, & mandatum huiusmodi cum inde secutis , quatenus de facto processerunt , reuocandas, cassandas,irritandas, & annullandas fore, & per vos reuocari,cassari,irritari,& annullari,necnon pro parte dicti T.de N.ab ipso auditore, eiusque prętensis ordinatione, admissione , & mandatis huiusmodi benè fuisse & esse prouocatum & appellatum: ipsumq; H.aduersarium in expensis in causa huiusmodi propterea tàm coram præfato domino N. quàm coram vobis legitimè factis , de expensis fiendis,damnis & interesse sustinendis,solemniter protestando condemnandum fore , & per vos condemnari, ac aliàs in, de & super præmissis omnibus & singulis sibi per vos fieri breue iustitiæ complementum.

Præmissa omnia,etc.

Saluo iure, &c.

Et protestatur, &c.

Petitio super canonizatione prouisionis factæ super canonicatu.

Petit procurator & eo nomine honorabilis viri domini B.de N.partis suæ per vos R.p.de Ant.de N.&c. causarum,causæque ac partibus infrascriptis auditorẽ specialiter deputatum, vestramque diffinitiuam sententiam pronunciari, decerni, & declarari, gratiam Apostolicam, ac collationem & prouisionem ipsi B per S.d.N.d. Papam N. de canonicatu & præbenda beatæ Mariæ ad gradus M. vt præmittitur, facta, & omnia inde secuta fuisse, & esse canonicas & canonica: suumq; debitum debuisse & debere sortiri effectum,dictosq; canonicatum, & prębendam, super quibus ad pręsens agitur, ad ipsum B.spectasse, & pertinuisse, spectareq; & pertinere de iure , ipsosque eidem B. cum omnibus , & singulis iuribus , & pertinentijs suis adiudicandum fore,& per vos adiudicari, præfatoque domino V. de D. in , seu ad huiusmodi canonicatum , & præbendam nullum vmquam ius competijsse neque competere : ipsumq; V. ab occupatione, detentione, canonicatus,

nicatus, & præbendæ, iuriumque & pertinentiarum tollendum,& amouendum; pręfatumq; B.de H.in & ad corporalem, realem, & actualem possessionem ipsorũ canonicatus, et præbendæ, iuriumque et pertinentiarum omnium eorumdem ponendum, et inducendum fore,et per vos tolli,amoueri,poni,et induci,intrusionemque, occupationem, detentionem, et fructuum vsurpationem, necnon oppositionem, molestationem, vexationem, perturbationem, inquiétationem,et impedimenta per eumdem V.de D. ipsi B. vt præmittitur, desuper factas et præstitas, factaque, et pręstita fuisse, et esse temerarias, illicitas, iniquas, indebitas, et iniustas; temerariaque,illicita,iniqua, indebita, et iniusta, ac de facto præsumptas, et præsumpta, sibique super ipsis, ac canonicatu, et præbenda pręcictis perpetuum silentium imponendum; pręfatumque V.de D. in fructibus ex canonicatu,et prębenda huiusmodi à tempore motæ litis citra perceptis, necnon in expensis in causa huiusmodi propterea legitimè factis, dę fructibus percipiendis, expensis fiendis, damnis, et interesse sustinendis, solemniter protestando condemnandum fore, ac per vos imponi,et condemnari,ac aliàs in, de et super præmissis omnibus, et singulis, etc.

Præmissa, etc.

Saluo iure,etc.

Et protestatur, etc.

Petitio super extinctione litis, & silentio imponendo.

Petit procurator,et eo nomine honorabilis viri domini P. rectoris parochialis ecclesiæ capellæ sancti P. sitæ in curia ducali oppidi Viennensis Pa. diœcesis partis suæ per vos R. p.d. B.Episcopum O. et vnius ex palatij Apostolici causarum auditoribus locumtenentem, vestramq; sententiam siue ordinationem pronunciari, decerni, et declarari, omnes, et singulas lites tàm coram vobis,quàm domino A. C.vtriusque iuris doctore, et palatij Apostolici causarum auditore, tàm inter F.quàm H.B. ac præfatum P. molitoris occasione et prætextu dictæ capellæ sancti P. quomodolibet pendente prorsus extinguẽdas,et tàm F.quàm H. prędictis super eadem capella perpetuum silentium imponendum; ipsisque F.et H. tàm coniunctim, quàm diuisim, ne per se, vel per alios quoscumq; dictum P. super capella prædicta amplius molestent iuxta vim,formam,et tenorem litterarum Apostolicarum vobis desuper pręsentatarum interdicendum et inhibendum, ac eosdem F. et H. tàm coniunctim, quàm diuisim in expensis tàm coram vobis, quàm coram R. p.d. Malatesta Episcopo C. ac domino A. prædictis propterea in huiusmodi causa legitimè factis,de expensis fiendis,damnis et interesse sustinendis, solemniter protestando condemnandum fore, et per vos extingui,imponi,interdici, inhiberi, ac condemnari, ac aliàs in, de et super præmissis omnibus et singulis, et circa ea sibi fieri breue iustitiæ complementum, vestrum nihilominus benignum officium humiliter implorando.

Præmissa omnia, etc.

Saluo iure,etc.

Et protestatur, etc.

Petitio super primæ interlocutoriæ sententiæ confirmatione.

Petit procurator,&c. pronunciari,decerni, et declarari per R.p.d.N. de tunc palatij, etc. auditorem;nunc verò Episcopum O.et locum vnius ex eiusdem palatij auditoribus tenentem in causa, et causis huiusmodi, quæ tunc coram eo in prima vertebantur,et nunc coram vobis in secunda vertitur instantia inter præfatum dominũ N. Decanum ex vna, et quemdam P.N. assertos clericos de et super prętensæ declaratoriæ sententiæ prętensi incursus prętensarum excommunicationis, et aliarum prętensarum pœnarum, sententiarum et censurarum in quibusdam prætensis litteris siue processibus executorialibus pro quodam R. et contra A. occasione certę capellaniæ in dicta ecclesia H. per dominum A. C. coauditorem vestrum,vt prętenditur,decretis cõtentis nullitate, rebusque alijs in actis latius expressis, et earum occasione partibus ex altera benè fuisse et esse processum sententiatum et ordinatum; ipsiusq; domini G. sententiam siue ordinationem huiusmodi cum omnibus et singulis inde secutis confirmandam fore, et per vos confirmari, necnon pro parte pręfati P. N. à dicto domino G. eiusq; sententia siue ordinatione huiusmodi malè fuisse et esse appellatũ et prouocatum; ipsumque P.N.in expensis in causa huiusmodi legitimè factis, de expensis fiendis, damnis et interesse sustinendis,solemniter protestando condemnandum fore,ac per vos condemnari, ac aliàs in, de et super præmissis omnibus et singulis sibi per vos, etc.

Præmissa,etc.

Saluo iure, etc.

Et protestatur, etc.

Petitio vbi Papa aduocauit causam & litem extruxit, & declarauit beneficium N. de iure impertinere.

Petit

Petit procurator,&c. pronunciari, decerni, & declarari lites coram vobis inter honorabiles viros dominum H. de N. reum ex vna, & quosdam Ioannem de N. & B. de N. assertos clericos de & super certis canonicatu & præbenda ecclesiæ sancti L. de T. diœcesis per obitum quondam A. communiter inibi vacantibus, rebusque alijs in actis latius designatis, & illorum occasione partibus ex altera, & alios litis consortes quomodolibet in prima instantia mota & pendente per Sanct. in Christo patrem & d. N. dominum N. diuina prouidentia Papam N. motu proprio fuisse & esse à vobis aduocatas & extinctas, dictisque canonicatum & prębendam ad dictum H. dumtaxat de iure spectare per eumdem dominum nostrum fuisse & esse declaratum, molestationesque, vexationes, perturbationes, inquietationes, impetitiones, & impedimenta ipsi domino H. per eumdem P. super dictis canonicatu & prębenda, & eorum occasione quomodolibet factas, & præstitas fuisse & esse temerarias, iniustas, illicitas, iniquas, indebitas; temerariaque, illicita, iniusta, ac de facto præsumptas & præsumpta; sibique super illis, ac canonicatu & præbenda prædictis perpetuum silentium imponendum; ipsumq; H. ab ipsius P. impetitione absoluendum, ac pręfatum B. aduersarium in expensis in causa huiusmodi coram vobis legitimè factis, de expensis fiendis, damnis & interesse sustinendis solemniter protestando condemnandum fore, ac per vos imponi & condemnari, ac aliàs in, de & super pręmissis omnibus & singulis sibi per vos fieri breue iustitiæ complementum.

Præmissa,&c.
Saluo iure,&c.
Et protestatur,&c.

Petitio vt reijciatur libellus tamquam confusus & generalis.

Petit procurator, &c. per vos venerabilem virum dominum A. C. iuris vtriusque doctorem, ac palatij Apostolici causarum, causæque ac partibus infrascriptis auditorem specialiter deputatum, vestramq; sententiam siue ordinationem pronunciari, decerni, & declarari prętensum libellum pro parte cuiusdam Vlrici de N. contra magistros, & supposita ac collegium facultatis artium dictę vniuersitatis Viennensis oblatum fuisse & esse incertum, confusum, & nimis generalem; ipsique non fore, nec esse respondendum, nec lis desuper contestandum, sed reijciendũ & repellendũ, & lacerari mandandũ fore, ac per vos reijci, repelli, & lacerari mandari, eumdemq; V. in expensis in causa huiusmodi pro parte decani magistrorũ suppositorum & collegij prędictorũ propterea factas condemnandum fore, & per vos condemnari, ac aliàs in, de & super pręmissis omnibus, &c.

Pręmissa omnia,&c.
Saluo iure,&c.
Et protestatur, &c.

Petitio super reuocatione sententiæ per viam nullitatis.

Petit procurator, &c. decerni & declarari prætensam excommunicationis sentẽtiam per venerabilem virum d. A. coauditorem vestrum in & contra præfatum N. ob prętensorum iurium siue munimentorum prætensorum non productione taliter qualiter ad cuiusdam O. asserti præpositi instantiam latam cum inde secutis fuisse & esse nullam, nulliusque roboris vel momenti, nullitatisque vitio subiacuisse & subiacere, ac per illam seu eius prętextu dictum priorem minimè fuisse & esse ligatum: eumque & omnia inde secuta, quatenus de facto processerunt, reuocandum, cassandum, irritandum, & annullandum; reuocãdaque, cassanda, irritanda, & annullanda fore, ac per vos reuocari, cassari, irritari, & annullari; eumdemque aduersarium in expensis tàm coram vobis quàm dicto domino A. legitimè factis, de expensis fiendis, &c.

Pręmissa,&c.
Saluo iure,&c.
Et protestatur, &c.

Petitio super diuortio.

Petit procurator, &c. honestę mulieris G. filiæ Petri de N. incolę ciuitatis Coloniensis partis suæ per vos Reuerendum p. d. B. de R. decretorum doctorem, & sacri palatij Apostolici causarum auditorem præfatum, vestramque sententiam pronunciari, decerni, & declarari per venerabiles viros dominos officiales Colonienses, & V. de N. assertum decanum T. in huiusmodi causa, quæ coram eis successiuè verti prætendebatur inter dictam G. ex vna, & quemdam H.N. assertum laicum de & super prętensa mutua cohabitatione & asserti iuris coniugalis prętenso spolio, necnon eiusdem G. quò ad thorum, mutuamque cohabitationem separationem siue diuortio, rebusque alijs in actis causę huiusmodi latius expressis, & eorum occasione partibus ex altera, malè fuisse & esse excommunicatum, mandatum, processum, sententiatum, & ordinatum, prætensas monitiones, compulsiones, excommunicationes, & aliarum censurarum sententias,

per dictum officialem ac decanum in dictam G. & contra ipsam præmissorum occasionem quomodolibet latas,ac eorũ & cuiuslibet ipsorum pretensam sententiam, siue ordinationem cum omnibus inde secutis, quatenus de facto processerunt,reuocandum, cassandum,irritandum,& annullandum fore,& per vos reuocari, cassari,irritari, & annullari, pariq; vestra sententia siue ordinatione pronunciari,decerni,& declarari dictam G prefato H,quò ad thorum, habitationemq; & mutuam seruitutem, qua & quomodolibet tenetur separandum & diuortiandum, ipsamq; in aliquo loco tuto & honesto, vbi nec H. vel parentes eius eidem G. nocere possint, ponendam & locandam: poniqúe & locari mandandum fore,ac per vos separari, diuortiari; poniq; locari mandari,molestationesque, vexationes, perturbationes, inquietationes, & impedimenta dictæ G.per prefatum H. aduersarium occasione qualibet factas & prestitas,factaq; & prestita fuisse,& esse temerarias, illicitas,iniquas, indebitas, et iniustas; temerariaque,illicita,iniqua,indebita,et iniusta, ac de facto presumptas et presumpta;sibiq; super illis ac cohabitatione et mutua seruitute predictis perpetuum silentium imponendum fore, ac ipsum H. in expensis in huiusmodi causa propterea legitimè factis ; de expensis fiendis,damnis et interesse, etc.

Præmissa omnia, etc.

Saluo iure,etc.

Et protestatur, etc.

Petitio mandati super canonizatione de prouidendo,& reuocatione primæ sententiæ cum adiudicatione rei , super qua agitur.

Petit procurator,etc. pronunciari, decerni, et declarari per Reuerendum pa. d. G. de N. tunc coauditorem vestrum, nunc verò Episcopum N. et locum vnius ex sacri palatij causarum Apostolici tenentem in causa, quę coram eo in prima verti prętendebatur , et nunc coram vobis in secunda vertitur instantia inter dictum Io.ex vna,et quemdam Io.H. assertum clericum de et super C.ecclesiæ sancti V.B.rebusque alijs in actis latius expressis, et eius occasione partibus ex altera,malè fuisse et esse processum, sententiatum diffinitum, ipsiusque domini G. prętensam sententiam cum omnibus inde secutis; quatenus de facto processerunt,saltem ex nouiter coram vobis productis, reuocandam,cassandã,irritandam,et annullandam fore, et per vos reuocari, cassari, irritari, et annullari,necnon pro parte dicti Io.N.à dicto domino B, auditore, eiusque prętensa sententia huiusmodi benè fuisse et esse prouocatum et appellatum , parique vestra diffinitiua sententia pronũciari,decerni,et declarari gratiam Apostolicam et mandatum de prouidendo ipsi domino Io.de O.de officio C. prędicto et de conferendo , et assignando sibi eamdem cellariã siue officium C.sic vt præmittitur, auctoritate Apostolica gratiosè cõcessam, et concessum , et omnia inde secuta fuisse et esse canonicas,et canonica,suumq; debitum debuisse et sortiri debere effectum,præfatamq; cancellariam siue C. officium eidem Io. O. fuisse, et esse debitam seu debitum siue illud , et de illo siue illa sibi prouidendum , dictosq; canonicatum et præbendam ad præfatum dominum N. spectasse, et pertinuisse , spectareque et pertinere de iure, eamq; siue ipsum sibi in vim mãdati de prouidendo huiusmodi cum omnibus, et singulis suis iuribus , et pertinentijs conferendum,et assignãdum fore , et per vos de eisdem prouideri,conferri,et assignari,prefatoq; Io.H. aduersario in,seu ad illam cellariam,siue illud nullum vmquam ius competijsse,neq; competere, eumdemq; Io. H. aduersarium ab occupatione , et detentione dictæ ecclesiæ, iuriumque et pertinentiarum omnium eiusdem tollendum et amouendum dictum dominũ N. in et ad corporalem, realem, et actualem possessionem ponendum, et inducendum fore, et per vos tolli,amoueri, poni,et induci, oppositionesque, molestationes, vexationes, perturbationes,intrusiones, occupationes, detentiones,et impedimenta per dictũ Io. H. aduersarium ipsi domino Io.O. sic vt pręmittitur, factas,et pręstitas, facta,et præstita fuisse,et esse temerarias,illicitas,iniquas,iniustas ; temerariaq; , illicita,indebita,iniqua,et iniusta, ac de facto pręsumptas,et pręsũpta, pręfatoq; Io.G. pręmissa fecisse minimè licuisse neq; licere de iure,sibiq; super ipsis,necnõ canonicatu et prębenda prædictis, ac cellaria huiusmodi perpetuum silentium imponendum fore, necnon dictum Ioan. H. in fructibus ex dicta cellaria à tempore motæ litis huiusmodi citra perceptis, et in expensis huiusmodi causa tàm coram domino B. prędicto, quàm vobis propterea legitimè factis , de expensis, etc. sustinendis, et fructibus percipiendis , solemniter protestando condemnandum fore, ac per vos imponi,et condemnari,ac aliàs in,de et super,etc.

Præmissa omnia, etc.

Saluo iure,etc.

Et protestatur, etc.

Petitio nullitatis processus primæ instantiæ, & reuocatione sententiæ cum condemnatione expensarum.

Petit

Petit procurator, &c. pronunciari, decerni quamdam prętensam sententiã siue ordinationem per honorabilem virum dñm R, talem assertum iudicem in partibus, vt prętẽditur, deputatũ in causa, & causis huiusmodi, quę tunc coram eo in prima verti prętẽdebatur, & nunc coram vobis in secunda vertitur instantia inter dictũ R. ex vna, & quosdam G. de N. assertum priorẽ prioratus de N. ordinis sancti Benedicti, & Io. de N. prætensum vicarium parochialis ecclesiæ dicti loci de N. prætensam vnionem, annexionem, siue incorporationem, & illarum approbationẽ, per ipsum R. prætextu bonę memoriæ Amedei Episcopi S. sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis antea F. quinti in sua obedientia nuncupati, vt prętenditur, factam, rebusque alijs in actis latius expressis, & eorum occasione partibus ex altera fuisse, & esse nullam, nullitatisque vitio subiacuisse, & subiacere, eamque quatenus de facto processit cum omnibus inde secutis, ac processum coram eo pręmissorum occasione quomodolibet habitum, reuocandum, cassandum, irritandum, & annullandum fore, & per vos reuocari, cassari, irritari, & annullari, necnon præfatum G. de N. & Ioan. de N. tàm coniunctim, quàm diuisim in expensis in causa huiusmodi tàm corã dicto R. quàm vobis propterea legitimè factis, de expẽsis fiendis, &c. ac aliàs, &c.

Præmissa, &c.

Saluo iure, &c.

Et protestatur, &c.

Petitio super restitutione pignorum.

Petit procurator, &c. pronunciari, decerni, & declarari præfatum N. aduersarium ad tradendum, deliberandum, & restituendum dicto domino G. supradicto tres tasseas argẽteas, necnon crusibulum argenteum ipsi N. loco pignorum, vt præmittitur, datas, ac datum siue traditum si extant; alioquin eorum verum valorem, videlicet xxx. florenorum Renẽsium extimat, cogendum, & compellendum, recusationesque & denegationes per dictum N. ipsi G. in præmissis, & circa ea factas, & pręstitas fuisse, & esse temerarias, illicitas, & iniquas, indebitas, & iniustas, ac de facto pręsumptas; ac eumdem N. in expensis tàm corã venerabili ac circumspecto viro domino Ia. S. de B. officiali Coloniensi, quàm vobis propterea legitimè factis, &c. sustinendis, solemniter protestando condemnandum fore, condemnatumque ad hoc modo, via, & iure per vos compelli, & condemnari, ac aliàs in, de & super, &c.

Præmissa, &c.

Saluo iure, &c.

Et protestatur, &c.

Petitio super petitorio vbi legatus contulit beneficium per resignationem.

Petit procurator, &c. declarari resignationem parochialis ecclesię A. per B. in manibus Reuerendissimi in Christo patris, & domini domini B. sacrosanctæ Romanę Ecclesię tituli, &c. presbyteri Cardinalis, & de latere legati specialiter deputati, sic vt præmittitur, factam, & per ipsum receptam & admissam, collationes, & prouisiones ipsi domino R. per eumdem Cardinalem gratiosè factas, & cõcessas, ac omnia inde secuta fuisse, & esse canonicas, & canonica, suumque debitum debuisse, & debere sortiri effectũ, præfatamq; ecclesiam ad ipsum R. spectasse, & pertinuisse, &c. illamque sibi adiudicandam fore, &c. aduersario nullum ius competijsse, eumdemq; aduersarium ab occupatione, &c. ac dictum R. in corporalem, &c. inducendum fore; oppositionesque, molestationes, &c. ac eumdem aduersarium in expensis in causa huiusmodi propterea legitimè factis, condemnandum, &c.

Præmissa, etc.

Saluo iure, etc.

Et protestatur, etc.

Petitio canonizationis cessionis beneficij per procuratorem in manibus Papæ, & collationis per Papam ad eamdẽ factis.

Petit procurator, &c. declarari cessionem de dictis canonicatu, & prębenda ecclesiæ sancti C. quorum occasione ad præsens agitur, per H. B. canonicum ecclesiæ H. procuratorio nomine honorabilis viri d. H. R. & ab eodem H. R. ad hoc specialiter constitutum in manibus fe. re. N. Papæ M. factam, & per ipsum receptãm, & admissam; collationesque, & prouisiones de eisdem canonicatu & præbenba prędicto d. H. detenti per eumdem d. N. sic vt præmittitur, factas, & omnia inde secuta, &c.

Petitio bipartita super admißione articulorum à qua appellatum fuit, & eos non debere admitti.

Petit syndicus, &c. declarari per venerabilem virum dominum N. officialem curiæ H. in & ex eo quòd in causa huiusmodi, quæ tunc coram eo in prima verti prætendebatur, & nunc coram vobis in secunda vertitur instantijs inter dictos magistros ciuium, &c. ex vna, & R. p. d. Ioann. assertum abbatem monasterij sancti N. &c. & eius cõuentum de & super iure siue prętensa legitima fructus agrorum, & vi-

nearum colligendi, et ex ipsis decimas soluendi, rebusque alijs in actis latius expressis: et illorum occasione partibus ex altera, prætensos positiones, et articulos desuper pro parte abbatis, et conuentus antedictorum, vt prætenditur, datos ad probandum admisit, testesque et alia probationum genera desuper recipi mandauit malè fuisse, et esse processum ordinatum, admissum et mandatum: ipsiusq; domini officialis processum, sententiam, ordinationem, et admissionem huiusmodi cum inde secutis, quatenus de facto processerunt, reuocandum, cassandum, etc. et annullari, necnon pro parte prędictorum magistrorum ciuium, etc. à præfato domino officiali, eiusq; prætensa sententia, ordinatione, et admissione huiusmodi benè fuisse, et esse prouocatum et appellatum; parique vestra sententia siue ordinatione pronunciari, decerni et declarari eosdem prętensos positiones et articulos, siue materias articulatas, sicut præmittitur, pro parte dictorum abbatis et conuentus datas siue datos, vt, et tamquā impertinentes, inadmissibiles, reijciendos, et repellendos, ac per vos nullatenus ad probandum admittendos fore: ipsosque per vos reijci, et repelli, et ad probandum non admitti, necnon abbatem, et conuentum prædictos in expensis tàm coram dicto domino officiali, quàm coram vobis legitimè factis, de expensis fiendis, etc.

Præmissa omnia, etc.

Saluo iure, etc.

Et protestatur, etc.

Petitio absolutionis ad cautelam.

Petit procurator et eo nomine honorabilis viri domini, etc. vestramque sententiam siue ordinationem, etc. declarari præfatos dominos N. et N à quibuscumque prætensis excommunicationis sententijs et censuris ecclesiasticis per assertum officialem G. in eosdem de et super iure patronatus ecclesiæ de N. seu non paritione assertorum mandatorum dicti officialis, rebusque alijs in actis latius expressis, et eorum occasione in fauorem cuiusdam N. aduersarij, vt prætenditur, latis et promulgatis ad cautelam, et quatenus indigeant absoluendum; ipsosq; et eorum quemlibet communione fidelium participationis sacramētorum ecclesiasticorum, ac sanctæ matris Ecclesiæ vnitati, similiter ad cautelam, et quatenus indigeant, restituendos fore, ac per vos absolui et restitui; ipsosq; et eorū quemlibet, sic vt præmittitur, ad cautelam absolutos et restitutos publicè denunciandos fore, et per vos denunciari, mandari, dictumque N. in expensis.

Petitio declarationis incursus pœnarum contentis in litteris ob non solutionem pensionis.

Petit procurator, etc. declarari quemdam G. de R. præpositum O. ex et pro eo, quia pręfato domino Ioan. R. pensionem cc. florenorum auri Renensium sibi in et super dicta præpositura O. Apostolica auctoritate reseruatis, soluere contumaciter recusauit, et neglexit maioris excommuoicatinnis, aliasque pœnas in litteris Apostolicis desuper confectis contentas censuras ecclesiasticas et pœnas damnabiliter incidisse et incurrisse declarandum fore, et per vos declarari, ipsumq; tamquam publicum excommunicatum denunciandum et publicandum, ac vt talem ab omnibus Christi fidelibus artius euitari mandandum fore, et per vos denunciari, publicari, et euitari mandari, ac in expensis in causa huiusmodi propterea legitimè factis, de expensis fiendis, etc.

Petitio restitutionis ad appellandum à diffinitiua sententia.

Petit procurator, etc. declarari præfatum dominum H. R. seu præfatum suum procuratorem pro eo ad appellādum à quadam prætensa diffinitiua sentētia per venerabilem virum dominum L. de N. Decanum in N. in iudicem et commissarium de consensu partium deputatum in causa huiusmodi, quæ tunc coram eo in prima, et nunc coram vobis in secunda vertitur instantia inter dictum dominum H. R. et quemdam A. assertum clericum aduersariū de et super certis canonicatu et præbenda ecclesiæ C. et illorum occasione pro dicto A. et contra pręfatum H. R. vt prætenditur, lata siue promulgata et appellationem huiusmodi prosequendum, iuxta de et super R. p. d. A. de G. coauditore vestro, in cuius locum paternitas vestra surrogata est factam et præsentatā commissionem restituendum fore, et per vos restitui, dictumque A. in expensis, etc.

Petitio ab instantia iudicij & est interlocutoria.

Petit procurator, etc. et declarari pręfatum dominum N. ab instātia iudicij per quemdam P. et ad eius instantiam contra eumdē dominum N. et eorum occasione instituti, terminorumque obseruationem absoluendum fore, et per vos absolui, dictumque P. in expensis.

Petitio canonizatoria callationis ordinariæ pro possessore.

Petit

Petit procurator, &c. declarari collationes & prouisiones ipsi domino N. per R.p.d. N. Episcopum, &c. seu eius in spiritualibus Vicarium de canonicatu & prębenda, super quibus hic agitur, necnon possessionis assecutionem, sic vt præmittitur, factas, & omnia inde secuta fuisse & esse canonicas & canonica, &c. dictosque canonicatum & præbendam ad præfatum d.N. spectasse, &c. de iure, illosq; sibi cum omnibus iuribus, &c. & per vos adiudicari, pręfatoque A. & B. aduersario in, seu ad dictos canonicatum & prębendam nullum vmquam ius competijsse neque competere molestationes, &c. ac de facto pręsumptas, & pręsumpta, ipsisque N. & N. aduersarijs super ipsis, ac canonicatu & præbenda prædictis perpetuum silentium imponendum fore, & per vos imponi, necnon eumdem dominum N. ab impetitione dictorum N. & N. &c. absolui, ipsosq; N. & N. aduersarios in expensis, &c.

Petitio nullitatis litterarum Apostolicarum contra rem iudicatam concessarum, & processus earumdem prætextu habiti.

Petit procurator, &c. domini P. &c. partis suæ per vos R.p. &c. vestramq; sententiam siue ordinationem pronunciari, decerni, & declarari prętensas litteras Apostolicas à fel. re. domino N. Papa N. in fauorem cuiusdã N. de C. de & super reuocatione, & cassatione, triũ sententiarum diffinitiuarũ pro parte dicti d. P. de & super ecclesia prędicta contra dictum N. obtentarum extortas ex defectu intẽtionis ipsius concedentis, prætensumque processum ipsarum prætensarum litterarũ commissione pro picto N. aduersario extortarum prętextu habitum atque factum fuisse, & esse nullas & inualidas, nullius roboris vel momenti, ac nullitatis vitio subiacuisse & subiacere; ipsosq; prætensos processum & litteras, quatenus de facto processerunt, cum omnibus & singulis inde secutis reuocandum, cassandum, irritandum, & annullandum fore, & per vos reuocari, cassari, irritari, & annullari earumdemque prætensarum litterarum prętextu tres diffinitiuas sententias pro parte præfati domini P. vt pręmittitur, obtentas minimè reuocandas, nec eorum executionem impediendam fore, nec reuocari, & impediri debuisse vel debere, necnon pręfatum N. aduersarium in expensis, &c.

Petitio super surreptione commissionis.

Petit procurator, &c. declarari quamdã prętensam commissionem cuiusdam prętensę appellationis pro parte cuiusdam N. à quadam diffinitiua sententia per venerabiles viros dominos iudices sedis M. in quadam causa, quæ coram eisdem inter honorabilem virum dominum P.F. actorẽ ex vna, & dictum N. assertum clericum aduersarium de & super quadam perpetua, &c. N. diœcesis, rebusque alijs, &c. in fauorem dicti domini P. & cõtra dictum N. illatis, vt prętenditur, interpositis ad ipsius Ioan aduersarij instantiã vobis factam & præsentatam fuisse & esse surredtitiam, nullamq; vobis illius prætextu fuisse & esse tributam, iurisdictionem, inhibitionemque vigore dictæ prætensæ commissionis per vos decretam & quęcumque inde secuta reuocanda, cassanda, & annullanda fore, ac per vos cassari, &c. immo verius cassa nulla & irrita fuisse & esse, &c. dictumque N. in expensis, &c.

Petitio super nullitate sententiæ.

Petit, &c. declarari per R.p. &c. in quadam causa quę coram eo inter quemdam N. ex vna, & venerabilem virum dominum A. de & super N. & illi annexis canonicatu, & prębenda, rebusque, &c. partibus ex altera, in prima verti prætendebatur instantia, malè & nulliter fuisse & esse processum, sententiatum, & diffinitum, ipsiusq; domini N. coauditoris vestri prætensos processus, ac prætensam sententiam in fauorem dicti N. aduersarij, & contra pręfatum dominum A. vt prætenditur, latam cum omnibus inde secutis fuisse, & esse nullos, nulliusque roboris, vel momenti, nullitatisque vitio subiacuisse, & subiacere, eamque & eum, ac omnia inde secuta, quatenus de facto processerunt, reuocandum, cassandum, &c. reuocandaque, &c. fore, & per vos reuocari, &c. dictumque N. in expensis, &c.

Petitio super desertione.

Petit procurator, &c. declarari appellationem pro parte cuiusdam N. in huiusmodi causa aduersarij, ac diffinitiua sententia per R.p. d. Ioann. de N. Episcopum V. R.p.d. Archiepiscopi Coloniensis suffraganeum siue Vicarium in pontificalibus generalem in causa, & causis, quæ coram eo vertebantur inter pręfatum Io. ex vna, & dictam G. de & super prætenso fœdere matrimoniali, rebusque, &c. ex altero, pro dicto Ioan. & contra dictam G. lata, vt prętenditur, interpositam fuisse & esse desertam, ac desertionis vitio subiacuisse & subiacere, dictamq; diffinitiuam sententiam in rem transiuisse iudicatã, eamq; iuxta desuper vobis præsentatę commissionis vim, formã, & tenorem exequendã, et executione demandandã, litte-

rasq; executoriales et processus in forma solita desuper decernendas et concedendas, præfatum G aduersarium in expensis in huiusmodi causa legitimè factis, de expensis, fiendis, dãnis et interesse sustinendis, solemniter protestãdo condemnandum fore, et per vos exequi executioni debitę demãdari, decerni, cõcedi, et condemnari, ac aliàs in, de et super pręmissis, etc.

Præmissa, etc.

Saluo iure, &c.

Et protestatur, &c.

Petitio quòd si qua reperiatur sententia lata pro parte aduersa, nullas vires habeat ex eo, quia pars eam edere noluit, neque fateri eam pro se esse latam.

Petit procurator, etc. partis suæ vestro implorato benigno officio per vos R. p. etc. vestramq; sententiam siue ordinationem, etc declarari, quòd si qua prætensa sententia declaratoria prætensi incursus pętensæ excommunicationis sententiæ per R. p. etc. occasione certarum hostiarum transformatarum contra ipsum dominum N. etc. prædictum lata, quomodolibet apparuerit, nullas vires habeant, nec aliquod ipsi N. afferat nocumentum.

Præmissa omnia, etc.

Saluo iure, etc.

Et protestatur, etc.

Petitio super attentatis.

Petit procurator, etc. declarari per quemdam T. aduersarium prętextu cuiusdam prætensæ institutionis per Reuerendissimum in Christo patrem et dominum dominum Ioan. Archiepiscopum G. vt prætenditur, sibi factæ, ecclesiam parochialem de N. eiusq; possessionem apprehendendo, intrando, et detinendo, ac fructus vsurpando, temerè et de facto attentasse et innouasse, dictamque possessionis apprehensionem et fructuum vsurpationem, sic vt præmittitur, per dictum T. pręsumptas, quatenus de facto processerunt, cassandas, irritandas, et annullandas fore, et per vos cassari, irritari, et annullari; ipsumque T. ab ipsa ecclesia, eiusque detentione et occupatione tollendum et amouendum fore, et per vos tolli et amoueri, dictamque ecclesiam, et eius possessionem in, et ad pristinum statum, in quo ante huiusmodi attentata et innouata fuerat, restituendũ et reducendum fore, ac per vos restitui et reduci, eumdemq; T. in fructibus ex dicta parochiali ecclesia à tẽpore occupationis per eum attentatæ, necnon in expensis propterea coram vobis pro parte dicti domini S. legitimè factis, de fructibus percipiendis, et expensis faciendis, damnis et interesse passis, et sustinendis, solemniter protestando condemnandum fore, et per vos condemnari; aliàsque in, de et super omnibus et singulis, etc.

Præmissa omnia et singula, etc.

Saluo iure, etc.

Et protestatur, etc.

Petitio surreptionis & obreptionis commissionis, ac nullitatis processuum desuper habitorum tàm per primum auditorem, quàm per secundam.

Petit procurator, etc. declarari prætensam commissionem bon. me. domino S. de R. tunc auditori, in cuius locum p. v. surrogata existit pro parte cuiusdam I. H. in quadam causa, quę tunc eidem quondam domino S. auditori inter præfatum dominum Ioannem R. ex vna, et dictum Ioan. H. de et super perpetua capellania ad altare sanctæ Trinitatis, etc. N. diœcesis committi prætenditur partibus ex altera præsentatam fuisse et esse nullam, surreptitiam, et obreptitiam, eiusque prætensæ commissionis prætextu nullam dicto quondam domino S. de et super dicta capellania iurisdictionem vmquam fuisse, et esse attributam, dictamque prętensam commissionẽ, et eius prætensum processum coram dicto quondam d. S. et coram P. V. ad instantiam dicti Io. H. vt prætenditur, factam fuisse, et esse nullum, nulliusque roboris vel momenti, ipsumque prætensum processum per vos, quatenus de facto processit, cassandum, irritandum, et annullandum fore, ac per vos cassari, irritari, et annullari; dictumque Io. H. in expensis propterea, etc.

Petitio super attentatis post appellationem interpositam.

Petit procurator, etc. declarari R. P. coauditorem vestrum ad dicti M. N. importunam instantiam decernẽdo, prętensas litteras executoriales, expensas taxando, dictumque dñm S. prætensas pœnas, et sentẽtias maioris excommunicationis incidisse et incurrisse declarãdo post appellationẽ ab eodẽ d. A. coauditore vestro, eiusq; prætensa sententia in quadam causa, quæ coram eo inter dictum d. S. ex vna, et dictum dominum M. N. assertum clericum de et super capella in V. rebusque alijs, etc. et eorum occasione in prima verti prætẽdebatur, et nunc coram vobis in secunda vertitur instantijs, in fauorem dicti M. vt prætenditur, lata ritè et legitimè interpositam temerè et de facto atten-

attentasse, dictamq; prætensarum expensam taxationem litterarum executorialium decretum, & declaratoriam sententiam, sic vt præmittitur, per dictum d. A. attentatum, quatenus de facto processerunt, cassandum, &c. & annullari, dictumq; d S. prætensis sententijs & censuris, in quas prætenditur incidisse & incurrisse, declaratum minimè fuisse & esse ligatum & irretitum; ipsasq; prætensas sententias censuras & pœnas huiusmodi, ac prætensam declaratoriam sententiam & inde secuta fuisse & esse nullas & irritas, nulliusq; roboris vel momenti, vitioq; nullitatis subiacuisse, & subiacere, dictumq; M N. in expensis tempore attentatorum huiusmodi, &c.

Saluo iure, &c.

Petitio in possessorio cum petitione secundi fatalis, ac canonizatoria gratiæ.

Petit procurator, &c. declarari gratiam expectatiuam apostolicam acceptationis, & prouisionis, necnon possessionis assecutionem per ipsum dominum N. sic vt præmittitur, factas fuisse, & esse canonicas & canonica, suumq; debitum de buisse & sortiri debere effectum, spoliationesque, eiectiones, occupationes, & impedimenta per quemdam N. aduersarium, vt præmittitur, factas fuisse & esse temerarias, illicitas, indebitas, iniquas, & iniustas; temerariaque, &c. ac de facto presumptas & presumpta, sibiq; R. aduersario illas & illa fecisse & capere minimè licuisse; præfatumq; R. aduersarium ab occupatione & detentione dictæ ecclesię tollendum & amouendum fore, ac per vos restitui, reintegrari & reponi, necnon dictum R. in fructibus ex dicta ecclesia à tempore spoliationis huiusmodi citra perceptis, & qui percipi potuerunt in expensis in huiusmodi causa tam corã dictis iudicibus & commissarijs quam coram vobis pro parte dicti d. N. legitimè factis, de expensis fiendis, damnis & interesse sustinendis, solemniter protestando condemnandum fore, & per vos condemnari, ac aliàs in, de & super præmissis, &c.

Et quia R.p. iuris statuit sanctio nemini in negligentiam esse imputandum, cum per eum non stat, quominus id quod expediri debeat, expediatur: requirit igitur dictus procurator quo supra nomine omnibus melioribus modo, &c. & debet primò, secundò, tertiò, ac instanter, instantius, & instantissimè huiusmodi causam in iustitia expedire, nè sibi fatalia decurrant, cum per eum nõ steterit, neque stet, quominus ipsa expediatur, nec impedimentum dedit, neque dat, de quibus protestatur expresè, & in euentum non expeditionis eiusdem petit sibi partiq; siue prędictæ per v. p. dari & concedi secundum fatale, & de & super fieri publica instrumenta.

Saluo iure, &c.

Petitur prima sententia reuocari, ac præsentatio & institutio cum adiudicatione ecclesiæ canonizari pro possessore.

Petit procurator, &c. vt supra in reuocatoria sententiæ, &c. pariq; vestra diffinitiua sententia, &c. declarari præsentationem de persona dicti d M. ad dictam ecclesiam per N. Reuerẽdum in Christo patrem, & dominum, dominum Episcopum C. seu eius vicarium, institutionemq; per ipsum d. Episcopum, seu eius vicarium, vt præmittitur, de persona ipsius domini M. factas, necnon possessionis assecutionem, & omnia inde secuta fuisse, & esse canonicas & canonica, suumq; debitum, &c. dictãq; ecclesiam ad præfatum dominum N. spectasse, &c. de iure, illamq; sibi cum omnibus & singulis iuribus & pertinentijs suis adiudicãdam fore, &c. adiudicari, præfatoq; N. in, seu ad dictam parochialem ecclesiam nullum vmquam ius competijsse neque competere, molestationesque, vexationes, &c. impedimenta pręfato domino M. p. dictum N. aduersarium de & super dicta ecclesia & illius occasione, vt præmittitur, factas & pręstitas; factaq; & præstita fuisse & esse temerarias, illicitas, &c. ac de facto pręsumptas, & pręsumpta, ipsiq; N. aduersario super ipsis, ac ecclesia parochiali prędicta perpetuum silentium imponendũ fore, & per vos imponi: necnon eumdem dominum M. ab impetitione dicti N. aduersarij absoluendum fore, & absolui, ipsumq; N. aduersarium in expensis in huiusmodi causa tam coram dicto domino B. auditore, quàm vobis legitimè factis, de expensis fiendis, &c.

Petitur canonizari gratia & alter possessor a detentione amoueri.

Petit procurator & eo nomine, &c. declarari gratiam, &c. factam, ac omnia inde secuta, &c. canonica, suumq; debitũ, etc. effectum, dictãq; vicariam ad eumdem dominũ N. spectasse, etc. de iure, eãque, etc. adiudicandã fore, et per vos adiudicari pręfatis A. et B. aduersarij, et eorum cuilibet in, seu ad dictam, etc. neque competere, dictumque A. alterum aduersariorum intrusum ab occupatione et detentione dictæ vicariæ, iuriumque, etc. eiusdem tollendum et amouen-

amouendum fore, ac per vos tolli & amoueri, pręfatumq; dominum N. in & ad corporalem, realem, & actualem possessionem dictę vicarię, iuriumq; &c. eiusdem ponendum & inducendum fore, & per vos poni & induci, molestationesque, &c. & singula impedimenta præfato domino N. per dictos A. & B. de & super dicta vicaria & ipsius occasione, sic vt pręmittitur, coniunctim & diuisim factas & pręstitas, &c. præstita fuisse & esse temerarias, &c. præsumpta, sibiq; super ipsius vicaria huiusmodi perpetuum silentium imponendum fore, &c. imponi, necnon dictum A. intrusum in fructibus ex dicta vicaria à tempore motæ litis huiusmodi citra perceptis, ac eumdem A. & supradictum B. & eorum quemlibet in expensis in huiusmodi causa coram nobis legitimè propterea factis, de fiendis, &c.

Præmissa omnia, &c.

Saluo iure, &c.

SEQVVNTVR SENTENTIÆ.

Sententia diffinitiua in prima instantia.

CHRISTI nomine inuocato pro tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram diffinitiuā sententiam, quam de dominorum coauditorum nostrorum consilio & assensu ferimus in his scriptis pronunciamus, decernimus & declaramus mandatum apostolicum per Sanct. in Christo patrem, & dominum nostrum D. N. diuina prouidentia Papa N. honorabili viro d. B. clerico N. diœcesis de cōferendo dicto B. parochialem ecclesiam A. N. diœcesis gratiosè factum, & collationem inde secutam fuisse & esse canonicum, & canonicam, suumq; debitum debuisse & deberi sortiri effectum, ac dictam parochialem ecclesiam A. præfato d. B. fuisse debitam, illamq; sibi cum omnibus iuribus & pertinentijs suis vigore dicti mandati apostolici de conferendo eidem d. B. adiudicandam fore, & adiudicamus, necnon eidem N. in hac causa aduersario, in & ad eamdem ecclesiam nullum vmquam ius competijsse neq; competere, ac eumdem N. ab huiusmodi parochiali ecclesia, iuriumq; pertinentiarum eiusdem occupatione & detentione tollendum & amouendum fore, ac tollimus & amouemus, ipsumq; dominum B. in & ad corporalem, realem, & actualē possessionem dictæ parochialis ecclesiæ, iuriumq; & pertinentiarum omnium eiusdem ponendū, & inducendum fore, ac ponimus & inducimus, occupationesque, detentiones, molestationes, contradictiones, intrusiones, & impedimenta ipsi domino B. per præfatum N. de & super dicta parochiali ecclesia, & illius occasione quomodolibet factas & præstitas, factaq; & præstita fuisse & esse temerarias, illicitas, indebitas, iniquas, & iniustas, temerariaque, illicita, indebita, & iniusta, ac de facto pręsūptas & pręsumpta, illasq; & illa dicto domino minime licuisse neque licere, ac propterea ipsi N. in, de & super illis, ac parochiali ecclesia huiusmodi perpetuum silentium imponendum fore, & imponimus, necnon eumdem N. in fructibus ex dicta parochiali ecclesia à tempore motæ litis huiusmodi citra perceptis, ac in expensis in huiusmodi causa pro parte dicti domini B. coram nobis legitimè factis, condemnandum fore, & condemnamus, quarum taxationem nobis in posterum reseruamus.

Sententia diffinitiua in prima instantia super spolio.

Christi nomine inuocato pro tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habētes, per hanc nostram diffinitiuam sententiam, quam de dominorum coauditorum nostrorum consilio & assensu ferimus in his scriptis, pronunciamus, decernimus, & declaramus in causa & causis coram nobis in prima instantia vertentibus, inter præfatum dominum H. actorem ex vna, & quemdam P. de, &c. assertum clericum de & super certis canonicatu & præbenda, ac spolio eorumdem partibus ex altera, spoliationes, occupationes, intrusiones, fructuumque vsurpationes per præfatum P. factas fuisse & esse temerarias, & indebitas, necnon dictum P. ab intrusione & occupatione dictorum canonicatus & præbendæ, iuriumq; & pertinentiarum omnium eorumdem tollendum & amouēdum fore, & tollimus & amouemus, necnon præfatum dominum H. in & ad corporalem, realē, & actualem possessionem dictorum canonicatus & præbendæ, iuriumque, &c. reponendum, reintegrandum, & restituendum fore, ac reponimus, reintegramus, & restituimus, oppositiones, perturbationes, molestationes, vexationes, inquietationes, & impedimenta per præfatum P. de & super dicto spolio & eius occasione præfatis d. H. factas & illatas, ac facta & illata fuisse & esse temerarias, illicitas, & iniquas, indebitas, & iniustas, temerariaque, illicita, iniqua, indebita, & iniusta, necnon de & super illis ac spolio prędictis pręfatis P. perpetuum silentium imponendum fore, & imponimus, necnon dictum P. in fructibus ex dictis canonicatu & præbenda à tempore intrusionis & spolij prædicto-

prædictorum perceptis, ac in expensis propterea legitimè factis condemnādum fore, & condemnamus, quarum expensarum taxationem nobis in posterum reseruamus.

Sententia secunda confirmatoria primæ.

Christi nomine inuocato pro tribunali sedentes & solum Deum præ oculis habentes, de dominorum coauditorum nostrorum consilio pariter, & assensu, per hanc nostram diffinitiuam sententiam, quam in his scriptis ferimus, pronunciamus, decernimus, & declaramus in causa & causis, quę aliàs coram R.p.d.Io.de C. coauditore nostro in prima, & nunc coram nobis in secunda vertuntur instantia, inter pręfatum H actorem ex vna, & quemdam P. de & super canonicatu & præbēda, &c. rebusq; alijs in actis causę deductis, & eorum occasione partibus ex altera, per præfatum R. P. coauditorem nostrum bene fuisse & esse processum, sententiatum, & diffinitum, necnon pro parte dicti P. ab eius ordinatione, sententia, & processum malè fuisse et esse prouocatum et appellatum, dictiq; R.P. coauditoris nostri ordinationem, sententiam, ac processum confirmandum fore, et confirmari debere, prout et confirmamus, necnon dictum P. in fructibus ex dictis canonicatu et præbenda à tempore dictæ latæ sententię citra perceptis, ac in expensis propterea coram nobis legitimè factis, condemnandum fore, et condemnamus, quarum quidem expensarum taxationem nobis in posterum reseruamus.

Sententia arbitralis siue laudum.

Christi nomine inuocato, nos N. et N. arbitri, arbitratores, siue amicabiles compositores per honorabiles dominos A. et B. in causa, et causis, quàm ipsæ partes in sacro palatio causarum apostolico coram certo illius auditore occasione parochialis ecclesię de N. talis diœcesis hinc inde mouent et intentant, ac mouere, intentare, et prosequi volunt, et intendunt, per dictas partes de communi consensu assumpti volentes litem et controuersiam huiusmodi inter eosdem A. et B. dictæ ecclesiæ possessorem et reum, ac B. actorem ad parcendum sumptibus et expensis partium pacificare, concordare, et modo amicabili componere apostolica benignitate, auctoritate, et consensu in pūctis, et articulis infrascriptis semper saluis, et quatenus S. in Christo patri et domino domino N. diuina prouidentia Papæ N. placuerit, et non aliàs in hunc qui sequitur modum siue amicabilem compositionem dicimus, decernimus, et amicabiliter arbitramur prędictum dominum A. possessorem in ipsa ecclesia de N. remanere, illamque, quò ad vixerit, vel quamdiu eidem placuerit retinere, retinebit, et manebit in eisdem, et vt dicto B. qui pauper est, de aliquo subuentionis auxilio prouideretur, et si aliquod ius forsan in dicta ecclesia habuerit, quod infra dicetur, resignare tenetur eidem B. super fructibus, et prouentibus dictę ecclesię ducat. auri, etc. x. boni auri, et iusti ponderis singulis annis soluendos pro festo sancti N. auctoritate apostolica pensionem annuam iuxta stilum cancellarię reseruari constitui consentiat, necnon gratiam expectatiuam in bona forma ad duas collationes, et totidem beneficia similiter expensis dicti domini A. possessoris expedire teneatur, quòdq; ipse B. propterea ius suum, si quod sibi in dicta ecclesia competijt, aut competere poterit in fauorē dicti domini A. in cancellaria apostolica cedere, et resignare teneatur, et postquam dicta gratia expectatiua per dictum dominum A. expedita fuerit, quamprimum ipse B. vigore gratiæ expectatiuæ huiusmodi aliquod beneficium pacificè assecutus fuerit, ipsaq; gratia suum sortiatur effectum per assecutionē beneficij huiusmodi, aut aliunde, dictus d. A. sibi tanti valoris beneficium ordinauerit, ex tunc præfatus d. A. ad pensionis pręfatę solutionem minimè teneatur, nec aliquo modo sit astrictus. Quę omnia, et singula volumus, arbitramur, et amicabiliter laudamus, et pronunciamus per dictas partes firmiter teneri et obseruari sub pęna ccc. ducat. cameræ apostolicæ pro medietate, et pro altera medietate parti arbitramentum nostrum huiusmodi tenenti per partem contrauenientem soluendorum. Cuius sententię nobis, immo verius sedi apostolicæ interpretationem ad vnius anni spatium reseruamus.

Sententia declaratoria.

De dominorum coauditorum nostrorum consilio, et assensu per hanc nostram sententiam siue ordinationem quam pro tribunali sedentes, et solum Deum præ oculis habentes, ferimus in his scriptis, pronunciamus, decernimus, et declaramus quemdam N. assertum clericum aduersarium ob non paritionem litterarum executorialium cōtra eum ad instantiam venerabilis viri domini Ioan. de et super certis canonicatu et præbenda ecclesiæ N. et illorum occasione decretarum excommunicationis, ac alias sententias, censuras, et pœnas in ipsis litteris executorialibus contentas incurrisse, illumq; excommunicatum publicè denunciandum,

ciandum, et ab omnibus Christi fidelibus euitandum fore, ac denunciamus, et euitari mandamus, litterasq; declaratorias desuper opportunas decernẽdas fore, et decernimus, dictum N. in expensis in huiusmodi causa pro parte dicti domini Ioan. propterea legitimè factis condemnandum fore, et condemnamus. Quarum expensarum taxationem nobis in posterum reseruamus.

Simili modo formantur omnes sententiæ secundum tenores earum petitionum.

SEQVVNTVR CEDVLÆ designationis expensarum.

Cedula taxationis expensarum.

EXpensæ tam coram vobis R. p. d. N. &c. sacri palatij apostolici causarum auditore in causa quę coram venerabilibus, & circunspectis viris d. A. in prima, & B. dicti palatij causarum auditoribus in secunda, & nunc coram vobis inter honorabilem virum dominum H. canonicum, &c. ex vna, & quemdam R. assertum clericum aduersarium de & super canonicatu, & præbenda dictæ ecclesię sancti N rebusque alijs in actis latius designatis, & illorum occasione partibus ex altera, in tertia vertebatur instantia, quam etiam A. & B. auditoribus prędictis respectiuè factę per vos taxandę sunt hæ infrascriptæ.

In prima instantia.
In secunda instantia.
In tertia instantia.

Pro processu	x	viij.	vj.
Pro aduocato	xx.	xv.	x.

Pro procuratore xv. xij. du. de cam.
Pro nota, & instrumento sententiæ.
viij. viij. viij.
Pro cursoribus & commissionibus.
iij. iij. ij.
Pro executoribus. iiij.

Alia cedula expensarum.

Expensę in huiusmodi causa H. parochialis ecclesiæ in N. tam in partibus coram commissario, & officiali H. quàm R. p. d. N. pro parte honorabilis viri Io. &c. respectiuè factæ, & per vos taxandę sunt hæ.

In prima instantia in partibus coram commissario.
In secunda instantia coram officiali.
In tertia instantia coram p. v.

Pro processu	viij.
Pro processu	vij.
Pro registro	viij.
Pro aduocato	viij.
Pro aduocato	vj.
Pro copijs	ij.
Pro procuratore	xij.
Pro procuratore	viij.
Pro procuratore	viij.

Pro nota, & instrumento sententię vj.
Pro nota, sententiæ ij.

SEQVVNTVR APPELlationes variæ.

Appellatio à non admissione in possessionem.

CVm appellationis remediũ in subsidium oppressorum à canonum conditoribus sit adinuentum, & non solum ab illatis, verum etiam inrefendis, & inferri comminatis grauaminibus, & iniurijs iura appellare permittant; hinc est, quòd ego N. principalis, principaliter, &c. coram vobis notario publico tamquam publica, & authentica persona, ac testibus hic pręsentibus animo & intentione prouocandi, & appellandi, apostolosq; petendi & recipiendi dico, & propono, licèt aliàs Sanctissimus in Christo pater, & dominus noster, &c. mihi gratiam apostolicam ad collationem, prouisionẽ, &c. gratiosè cõcesserit, & gratiam fecerit specialem, volens in eadem quòd omnibus ad dictam collationem exspectantibus in assecutione canonicatus, & prębendæ dictę ecclesiæ N. per mortem deberem anteferri. Et quamquam nuper canonicatum, & prębendam ecclesię N. per mortem quondam B. eiusdẽ ecclesię dum viueret canonici præbendati extra Rom. Curiam, & in partibus defuncti vacantem vigore dictę gratiæ apostolicæ expectatiuæ cum protestatione solita acceptauerim, necnon venerabiles & circumspectos viros N. & N. debita cũ instantia requisierim; quatenus me ad possessionem dictorum canonicatus & præbendę, sic vt pręmittitur, vacantem, auctoritate apostolica reciperent, & admitterent; ipsi tamen domini N. & N. tamquam inobedientes filij me ad possessionem dictorum canonicatus, & prębendæ recipere, & admittere recusarunt, & denegarunt in animarum suarum periculum, sedisque apostolicæ contemptum, ac meum, ac iuris mei prejudicium, & grauamen: immo quod deterius est, grauamen grauamini adijcientes, quemdam C. cui in dictis canonicatu, & præbenda

benda penitus nullum competijt, neque competit ius in dictis canonicatu, & præbenda intruserunt, fructus, redditus, & prouentus sibi ministrari mandando, ipseque N. intrusionem huiusmodi, sic vt premittitur, sibi factam, ratã, & gratam habuit, prout habet de presenti, prefatiq; domini N. & N. ac N. intrusus se gratiæ acceptationi, & prouisioni apostolicis indebitè opposueruñt, & opponunt, feceruntq; & faciũt, quominus gratia, acceptatio, & prouisio huiusmodi, ac inde secuta debitum consequantur effectum, neque ego possessionem pacificam dictorum canonicatus, & præbendæ apprehendere possum, neque valeo. Sentiens igitur me ex premissis omnibus, & singulis in iure meo multipliciter læsum, & grauatum, timensq; in posterum occasione præmissorum fortius lædi, & grauari posse à non admissione, necnon intrusione, & oppositione, omnibusque alijs, & singulis, &c.

Appellatio à monitione de dimittenda possessionem.

Cum appellationis remedium, &c. dico, & propono, quòd licèt virtute gratię expectatiuæ mihi per Sanctissimum, &c. factę, & processuum inde secutorum parochialem ecclesiam N. per obitum quondam B. vltimi ipsius ecclesię N. dum vixit rectoris & possessoris extra Rom. Cur. & in partibus defuncti vacantem infra tempus debitum acceptauerim, & mihi de eadem prouideri obtinuerim, ac corporalem, realem, & actualem possessionem eiusdem canonicè adeptus fuerit palam ac publicè, ac ad me & nullum alium huiusmodi parochialis ecclesia pertinuerit atque pertinet; quidam tamen S. assertus clericus vigore quorumdam pretensorum processuum per Reuerendum patrem, &c. vt dicitur, decretorum, & emanatorum, quatenus infra sex dierum spatium possessionem dictæ parochialis ecclesiæ vacuam, liberam, & expeditam dimitterem & euacuarem sub poenis & censuris, ac sententijs in dictis pretensis processibus contentis moneri, & requiri me fecit, licèt nec dictus R. P. nec ad eius instant, qui hoc fecit, aliquam validam & efficacem habuerit facultatem, & potestatem præmissa faciendi in graue præiudicium, & damnum, iniuriam atque opprobrium, necnon sentiens igitur, &c.

Appellatio à spoliatione beneficij.

Cum appellationis remedium, &c. animo & intentione prouocandi & appellandi, &c. dico quòd quamquam ego quamdam meam vicariam ad altare N. sitam in ecclesia N. realem, & corporalem eiusdem vicariæ, iuriumque & pertinentiarum ipsius possessionem vel quasi ex causa permutationis, & per actualem honorabilium dominorum decani & capituli ecclesiæ prædictæ admissionem & iustificationem premissas, per plures dies & menses pacificè preter id & absque eo, ꝙ vmquam à quoquam super eadem vicaria in iudicio tractus, seu desuper impetitus, aut conuictus fuerim, possiderim & possideam de presenti infra dicendis semper saluis: nihilominus tamen quidam domini N. & N. &c. eiusdem ecclesiæ canonici capitulares decem diebus, prout ad meam deuenit notitiam, nondum elapsis, quemdam N. clericum ex eorum talibus qualibus affectionis, & practica sinistra mihi mea vicaria predicta nulliter & de facto, ac quantum in ipsis erat intrusum, dederunt ipsum certo modo & forma atque de facto admittendo non attendentes, vel forsitan se ignorare simulantes pro eo quòd duo eamdem rem eodem modo insolidum possidere non possunt, &c. me N. vicarium prenominatum per premissa cõtra Deum & omnẽ iustitiam de facto grauando, iniuriasque non modicas mihi arrogando; à quibus quidem grauaminibus & iniurijs mihi, sic vt præmittitur, illatis, & quolibet eorumdẽ, necnon à quolibet futuro grauamine quod mihi inde euenerit aut euenire poterit ad Sanctissimum, &c.

Appellatio à repositione.

Petit Reueren. p. friuolis appellationibus non sit deferendum, prout nec etiam iura deferunt: nihilominus ad importunam instantiam partis aduersę, prout à tribus diebus citra ad meam peruenit notitiam, Ia. aduersarium siue eius pretensum procuratorem de, & super quadam pretensa appellatione friuola pro eius parte, vt pretendebatur, interposita, vt dicitur, reposuistis, siue detulistis, licèt indebitè & iniustè & aliàs nulliter. Sentiens igitur me per dictam pretensam repositionem grauatum, timensque in futurum plus grauarĩ posse ab eadem parte sua, à repositione & toto vestro prætenso processu ad Sanctissimum dominum nostrum dominũ P. diuina prouidentia Papam N. eiusq; sedem apostolicam in his scriptis prouoco, & appello, et apostolos primò, secundò, et tertiò, ac instanter, instantius, et instantissimè mihi dari peto.

Saluo iure, &c.

Et protestatur, &c.

Appella-

Appellatio à diffinitiua, reuocata dilatione.

Licet Reuerende pater in hac causa N præbenda datæ & ad probandum admissæ fuissent nonnullę materiæ articulatæ, & testes desuper producti, recepti, & iurati pro parte venerabilis viri domini A. canonici ecclesiæ N. dilatioq; ad probandum huiusmodi materias data adhuc pendet, & terminus ad examinandum ipsos testes duraret, & propterea dilatione huiusmodi pendente nihil debuisset neque potuisset de iure per paternitatem vestram reuerendam innouari, & pręsertim in præiudicium ipsius dilationis pendentis, & partis cui ipsa dilatio assignata erat; nihilominus asserit, quòd ipsa dilatione pendente termino prædicto durante, præfata reuerenda paternitas vestra potius de facto, quàm de iure procedens ad instantiam prouidi viri magistri Io. ex aduerso principalis dictam dilationem reuocauit, & testes saltem tacitè examinari prohibuit, ac in causa huiusmodi in fauorem ipsius Io. & contra præfatum dominum A. & Ia. respectiuè diffinitiuam sententiam promulgauit, licèt nulliter, vel saltem indebitè & iniustè: quapropter procurator, & eo nomine pro parte præfati domini A. prædicti partis suæ sentiens se & partem suam præfatam ex reuocatione, atque repulsione examinationis testium, prętensaq; sententia prædicta enormiter grauatos, & lęsos, timeatq; in futurum posse enormis grauari, & lædi; ideo vestra reuerentia, iureq; dicendi de nullitate tam dictæ prætensæ sententiæ, quàm reuocationis, & repulsionis prætensi processus prędictorum semper saluis à vobis, totiusq; dictæ prætensę reuocationis non admissione, & sententia diffinitiua, alijsq; grauaminibus ex actis causæ huiusmodi colligibilibus tamquam indebita, & iniusta, indebitèq; & iniustè lata & facta ad Sanctissimum in Christo patrem & dominum nostrum dominum P. diuina prouidentia Papam N. eiusq; sanctam sedem apostolicam in his scriptis prouocat, & appellat, apostolos primò, secundò, sæpe, sæpius, sepissimè, ac instanter, instantius, & instantissimè sibi nomine quo supra dari, & concedi petit.

Saluo iure, &c.

Et protestatur, &c.

Appellatio ab vlteriori processu.

Licet R. p. quædam prętensa commissio vobis super certis canonicatu, & pręben da ecclesiæ beatæ Mariæ N. & eorum occasione ad instantiam cuiusdam Io. & contra honorabilem virum dominum Io. vt dicitur, facta & præsentata fuerit, sit nulla, surreptitia, & obreptitia, ac contra eam pro huiusmodi nullitatis, surreptionis, & obreptionis declaratione nonnullæ pertinentes, releuantes, & admissibiles exceptiones fuerint oblatæ, quibus non admissis, aut etiam non discussis in causa ipsa vigore prætensæ commissionis minimè procedi potuerit, seu debuerit, prout nec potest, nec debet: nihilominus paternitas vestra præmissis minimè cōsideratis, dictisq; exceptionibus minimè admissis, sed penitus spretis ad vlteriores actus dictæ prætensæ commissionis prætextu processisse, & procedi mandasse, & decreuisse inuenitur se iudicem competentem tacitè pronunciando, & ad vlteriora procedendo, licèt nulliter, & de facto, ac in dicti Io. fauorē inordinatum, præfatiq; domini Ia. grauamen non modicum, & iacturam: idcirco procurator præfati domini Ia. & eo nomine sentiens eumdem dominum Ia. ex præmissis, & propterea multipliciter fore grauatum, & lęsum; timeatque in futurum fortius lędi posse: ideo vestra reuerentia, iureq; dicendi de nullitate omnium & singulorum per vos in huiusmodi causa post dictarum exceptionem, oblationem factorum & habitorum semper saluis à vobis domino B. R. palatij apostolici causarum auditore, dictisque non admisione exceptionum & earum repulsione, competentisq; iudicis tacita pronunciatione, ac toto vestro prętenso processu, tamquam iniquis, iniustis inique, & iniustè factis ad Sanctissimum dominum nostrum dominum N. Papam secundum, sanctamq; sedem apostolicam in his scriptis prouocat & appellat, appellationi nuper interpositæ non renunciando; sed eidem potius adhærendo, apostolos primò, secundò, tertiò, sæpe, sæpius, instanter, instantius, instantissimè, tam super præsenti, quàm nuper interposita prædicta appellatione sibi nomine quo supra dari, & concedi petit.

Saluo iure, &c.

Et protestatur, &c.

Appellatio à repositione.

Licet R. p. friuolis appellationibus non sit deferendum, prout nec iura deferunt: nihilominus vos R. p. ad importunam instātiam partis aduersę partem ipsam friuolè appellantem, vt asseritur, reposuistis, licèt nulliter & de facto, ac indebitè & iniustè. Sentiens igitur procurator & eo nomine præfati domini Ia. partis suæ propterea se grauatam, timensq; in futurū plus grauari posse à dicta præsentia, repositione, & toto vestro prętenso processu ad Sanctissimum dominum nostrum dominum P. diuina prouidentia Papam N. eiusq; sedem apostolicam

cam

cam in his scriptis prouocat, & appellat, & apostolos primò, secundò, tertiò, & instanter, instantius, & instantissimè sibi dari petit.

Saluo iure, &c.

Et protestatur, &c.

Appellatio diffinitiua lata in prima instantia.

A quadam diffinitiua sententia per vos R. p. & dominum N. auditorem in causa, vt prætendebatur, coram vobis in prima instantia vertente inter venerabilem virum dominum P. defensorem ex vna, & quemdam B. assertum clericum actorem de & super parochiali prioratus vulgariter nuncupata sancti Iu. N. diœcesis & eius occasione partibus ex altera, in fauorem dicti B. & contra dictum d. P. vt prętenditur, lata tamquam iniqua & iniusta, vestris honore & reuerentia saluis, ac à toto vestro prætenso processu eius nullitate salua; procurator, & eo nomine pręfati domini P. sentiens se, & partem suam propterea grauatum, timensq; plus in futurum grauari posse, ad Sanctissimum dominum nostrum dominum P. diuina prouidentia Papam N. eiusq; sedem apostolicam in his scriptis prouocat, & appellat; ac apostolos primò, secundò, tertiò, ac instanter, instantius, & instantissimè sibi dari petit.

Saluo iure, &c.

Et protestatur, &c.

Appellatio ab obseruatione terminorum facta, appellatione pendente.

Reuerende pater, licèt pendente appellatione officium iudicis conquiescat, fueritq; aliàs pro parte N. à vestro prætenso processu in hac causa habito, alijsque grauaminibus tunc expressis, ritè & legitimè prouocatum, & appellatum, vosq; parti appellanti, terminum iuris, ad recipiẽdum apostolos super huiusmodi sua appellatione assignaueritis, quo termino per vos statuto & de apostolis non responso pendente partem in hac causa aduersam ad termini ad libellandum obseruationem minimè admisisse, neque ad eius importunam instantiam procuratorem siue syndicum eorumdem dominorum ad respondendum eidem prætenso libello, litemq; desuper contestandum nullatenus citari mandasse, nec ad aliquos actus iudiciales processisse, sed ab omni vlteriori processu meritò abstinuisse debuissetis, prout id de iure fuisset, & esset faciendum: nihilominus vos R. p. appellatione prędicta pẽdente, ac grauaminibus in eadem expressis minimè discussis, neque apostolis desuper datis ad vlteriora processisse, procuratoremq; siue syndicum dictorum dominorum N. ad libellandum, & prętenso libello respondendum citari mandasse, & partem aduersam ad terminorum huiusmodi obseruationem admisisse, ac aliàs ipsos dominos N. multipliciter lęsisse, & grauasse dicemini, licèt nulliter, vt speratur, & defacto, vestris honore & reuerẽtia, ac præmissorum omnium nullitate semper saluis. Sentiens procurator siue syndicus dictorum dominorum N. & eo nomine se & partes suas propter prędicta grauatos, timensq; in posterum plus grauari posse; idcirco non recedendo ab appellatione interposita, sed illi inhærendo, istamque per illam, & illam per istam fortificando, à vobis, vestroq; auditorio, dictisq; prætensis citatione & admissione, terminorumq; obseruatione ad obseruandum admissionem, totoque vestro prætenso processu desuper per vos quomodolibet habito atque facto, alijsq; grauaminibus ex actis quomodolibet colligibilibus cõiunctim & diuisim ad Sanctissimum in Christo patrem, &c. in his scriptis prouocat & appellat, apostolos, &c. dari petit, nec tamen à priori appellatione per hoc recedendo, sed & firmiter inhærendo, de quo protestatur, & desuper fieri petit instrumenta, &c.

Appellatio à denegatione dictorum testium publicatione, conclusione, & sententia.

Licèt R. p. petitum in causa huiusmodi postulatis pro parte domini M. prætensarum ex aduerso, vt prætenditur, factarum attestationũ, prętensorumq; testium publicatione, prout iuris ordo, stiliq; ęquitas persuadeat, & dicta fecisse, terminumq; ad dicendum contra prętensam attestationem, testesq; prętensos, & eorũ prętensa dicta procuratoris eiusdem domini M. prout instanter petijt, ei statuisse debuissetis, & ipsum in suis iuribus, rationibus, & defensionibus audiuisse, & ipsum ad defendendum partem suam ædmisisse, & à prætensa commissione, & in prętenso principali negocio pronunciationis meritò abstinuisse, & supersedisse; vos nihilominus secus agendo petitam prætensarum attestationum publicationem denegasse, terminumq; ad dicendum contra, prout petitum extitit, & postulatum, statuere, pręfigere, & assignare etiam denegasse, & quod est amplius, præmissis non obstantibus in causa conclusisse, ac prætensam diffinitiuam sententiam super canonicatu, et præbenda

benda N.ecclesię pro quodam N.et contra ipsum M. adiudicatoriam cum fructuum, et expensarum condemnatione promulgasse dicemini,licèt nulliter, vt speratur, & de facto vestris honore,& reuerẽtia, et pręmissorum omnium nullitate semper saluis. Sentiens igitur procurator, et eo nomine pręfati domini M. partis suæ se, dictamq; partem suam per pręmissam multipliciter læsos, et grauatos, timensq; plus lædi posse, et grauari: idcirco à vobis dictisq; pręensis publicatione, terminique ad dicendum contra, pręfixione, denegatione, prætensaq; commissione, & diffinitiua sententia huiusmodi cum inde secutis,totoque vestro pręenso processu desuper quomodolibet habito,atque facto,omnibus alijs, & singulis grauaminibus ex præmissis, & actis causæ quomodolibet colligibilibus tam coniunctim, quàm diuisim ad Sanctissimum in Christo patrem, &c. Apostolos tales quales,&c.

Appellatio à denegatione resolutionis monitorij, & non admißione materiarum pertinentium datarum.

Licèt R.p. pro parte honorabilis viri domini A.datæ sint causæ,& rationes quare prætensum monitorium in causa huiusmodi per p. v. ad importunam partis aduersæ instantiam, vt dicitur, decretum, in vim simplicis veniat citationis resoluendum, & via regia procedendum,& pręenso huiusmodi monitorio per A. non parendum; debuissetisq; propterea ipsum pręensum monitorium, prout id petitum extitit,in vim citationis resoluisse, & ipsum dominum A. seu eius legitimum procuratorem in suis iuribus,rationibus,exceptione & defensione audiuisse, viaq; regia procedi mandasse, prout id de iure faciendum fuisset: vos nihilominus causis & rationibus & alijs de iure attendendis minimè pensatis, resolutionem huiusmodi facere dedignasse,saltem tacitè, & recusasse, & causas, & rationes similiter tacitè reiecisse,& repulisse;& quod est amplius, grauamen addendo grauamini eumdem A. causis & rationibus prædictis indiscussis ad docendum se paruisse prætenso huiusmodi monitorio primò,& pro prima dilatione,dicendumq; contra prætensos articulos ex aduerso, vt pręenditur, datos huiusmodi non resoluto monitorio,& ipsi A. contra stimulum prætensę excommunicationis in prætenso monitorio, vt dicitur,contentæ,non prouiso citasse seu citari mandasse,eiq; defensionem,quæ est iuris naturalis per indirectum denegasse,aliasq; ipsum multipliciter lęsisse,& grauasse dicemini, licèt nulliter,vt speratur, & de facto vestris honore & reuerentia ac præmissorum omnium nullitate semper saluis. Sentiens igitur procurator, & eo nomine dicti domini A. se, partemque suam prędictam per præmissa multipliciter lęsos & grauatos,timensq; in posterum plus lędi posse & grauari; idcirco à vobis dictarumque causarum ratione,reiectione resolutionis prætensi monitorij denegatione,citationis, & mãdati defensionis denegatione totoq; prætenso vestro processu, eius nullitate salua, desuper quomodolibet habito & facto,omnibusq; alijs & singulis grauaminibus ex pręmissis & actis causæ quomodolibet colligibilibus tàm coniunctim, quàm diuisim ad Samctissimum in Christo,&c. Apostolosque, &c.

Appellatio ab admißione materiarum obiectiuarum, & receptione testium.

Licet R.pater,prætensæ,& ex aduerso somniatę materię articulatę vltimò in hac causa, vt prætenditur,datę,& productę sint inadmissibiles, improbabiles, & ad probandum minimè admittendæ, ex & pro eo, quia cum ipsa materia sit merè obiectiuà post terminum ad articulandum, & extra terminum peremptorium data,nequaquam venit admittenda, nec pręensi testes desuper recipiendi,& potissimè super materia consuetudinis dispensandi cum illegitimis,in quo T.principali in supplementum probationis iuramentum per vos iudicialiter delatum est parte non reclamante, sed consentiente; & ideo super materia contraria, nè ipse T. redarguatur de periurio, nullatenus venit pars aduersa audienda,debuissetisq; propterea tempus ad probandum minimè admisisse,nec prætensos testes desuper recepisse, & examinari mandasse:vos nihilominus secus agendo, dictas prætensas materias obiectiuas,& positiones contrarias ad probandum admisisse, prætensosq; testes desuper recepisse,& examinari mãdasse,aliàsq; ipsum T.principalẽ multipliciter læsisse, & grauasse dicemini,licèt nulliter,vt speratur,& de facto vestris honore, & reuerentia, ac pręmissorum omnium nullitate semper saluis. Sentiens igitur procurator, & eo nomine dicti d. T.partis suæ se, dictamque partem suam per pręmissa multipliciter lęsum & grauatum,timensq; plus lædi posse, & grauari;idcirco à vobis, dictarumq; pręensarum materiarum prætensa admissione,ac pręensorum testium receptione,citatione,& mandato totoq; vestro prætenso processu desuper quomodolibet

modolibet habito atque facto, omnibusq; alijs & singulis grauaminibus ex actis causæ huiusmodi quomodolibet colligibilibus tàm coniunctim, quàm diuisim ad Sanctissimum, &c.

Appellatio à reiectione exceptionis & processu iudicis super prætensa iurisdictione eiusdem.

Licèt R. p. pro parte honestæ mulieris B. nonnullæ exceptiones,& pertinentes admissibiles & probatæ releuantes, & per quas clarè ostenditur nullam vobis in causa huiusmodi iurisdictionem competere, debuissetisq; propterea easdem exceptiones veluti releuantes, prout petitum extitit, ad probandum admisisse, & eis obstantibus in causa huiusmodi nullatenus processisse, sed ab omni vlteriori processu penitus abstinuisse, prout id de iure fuisset faciẽdum; vos nihilominus exceptione ista saltem tacitè repulisse, vosq; iudicem competentem pariformiter pronunciasse, & quod est amplius, B. aut eius procuratorem in quam seu quem nullam penitus iurisdictionem ordinariam vel delegatam habuistis,aut habetis ad docendum se paruisse quibusdam prætẽsis litteris executorialibus primò, secundò, tertiò, vt prętenditur, per D. Ioan. de Coca taliter qualiter decretis, & concessis, & partem aduersam ad illorum terminorum obseruationẽ admisisse,aliàsq; ipsam dominum B. multipliciter grauasse,& læsisse dicemini, licèt nulliter, vt speratur, et de facto vestris honore, et reuerentia semper saluis. Sentiens igitur procurator, & eo nomine dictæ dominę B.&c.idcirco à dictis prætensis repulsione, pronunciatione,citatione, terminorum obseruatione, & ad obseruandum admissione,totoq; vestro prętenso processu desuper quomodolibet ad partis aduersæ instantiam habito atque facto, omnibusq; alijs,& singulis grauaminibus ex præmissis, & actis causæ quomodolibet colligibilibus tàm coniunctim, &c.

Appellatio à decreto remissionis.

Licèt R. p. remissio nequaquam sit danda pro articulis nisi pertinentes fuerint & probati releuantes, nec etiam articulis iam datis per iuramentum contrarij recipiendi sint, & ad probandum admittendi, sed potius repellendi, debuissetisq; propterea prætensos positiones,& articulos in causa huiusmodi nouissimè datos tamquam in prima instantia datis positionibus,& articulis per iuramentum contrarios,& repugnantes,& super quibus prętensi testes exaduerso sunt examinati, & quibus iuris communis resistit dispositio nequaquam extra curiam ad probandum admisisse, nec remissionem desuper decreuisse,prout nec de iure fuerat faciendum; vos nihilominus secus agendo,eosdem prætensos positiones, & articulos pertinentes & releuantes saltẽ tacitè pronunciando, eosdem extra Ro. Cur. ad probandum admisisse,prętensamq; remissionem desuper ad partis aduersæ importunam instantiam decreuisse dicemini,licèt nulliter, vt speratur, & de facto vestris honore, & reuerentia, ac præmissorum omnium nullitate semper saluis. Sentiens igitur procurator, &c. lædi, grauari idcirco à vobis, dictisq; prætensis admissione, pronunciatione,& decreto,totoq; prętenso vestro processu desuper, &c.

Appellatio à reiectione exceptionum contra libellum datarum, & compulsione ad respondendum eidem, & contestatione litis, ac præfixione termini ad articulandum ad xv.

Licèt R. p. sine actione experiri volens, & nullam penitus actionem, seu ius agendi habens nequaquam veniat in iudicio audiendus, licèt etiam iuris sit explorati, quòd iniuriarum actio in tribus casibus ex. l. Cor. descendentibus,& alia quælibet iniuriarum actio, siue petitoria sit, siue ciuilis, si actor per annum continuum tacuerit, nec iniuriarum egerit, prætensam iniuriam, & ius suum indulsisse, & remisisse censeatur,atque contumeliam;& perconsequens anno continuo elapso, omnis actio huiusmodi, & ius exinde agendi, omnisq; ciuilis obligatio perimatur,& ipso iure tollatur, & aboleatur,& infra annum non agens, neque petens pactum de non petendo, vel non agendo censeatur fecisse,nec possit in vim pacti extincta iniuriarum actio, & perempta anno cõtinuò resuscitari, nec renasci; neque super sic extincta iniuriarum actione agens etiam in vim pacti expressi etiam de voluntate, & consensu aduersarij aliquis posset seu deberet audiri, cum non ex pacto, sed ex contumelia iniuriarum actio nascatur, & capiat exordium; & idcirco quemdam G. de R in causa huiusmodi aduersarium super prætensis iniurijs, super quibus infra annum continuum à tempore quo sibi easdem illatas,& irrogatas prætendit, non egit,&c.expertus est, neque desuper lis est contestata infra annum, nunc post annum continuum lapsum agere,& extunc tam ipsoq; iure peremptam resuscitare contra iuris & communem

munem doctorum sententiam conantem non debuissetis de iure super eisdem prætensis iniurijs cum his quæ inde secuta prętendit aduersarius prætensis damnis aliquatenus audiuisse, neque exceptiones reorũ super hoc verbo, & in scriptis propositas repulisse, nec procuratorem siue syndicum reorum ad cõtestandum litem super prætenso libello prætensarum iniuriarum, siue confictorum damnorum metu excommunicationis compulisse, nec aliquam excommunicationis pœnam comminatus fuisse, sed ipsi aduersario super prætensis iniurijs, & damnis huiusmodi nullam penitus audientiam habuisse, sed ab agendo repulisse, actionemq; extinctam, abolitã, & peremptam pronunciasse, & desuper in principali ad vlteriora nullatenus processisse seu procedi mandasse, & pro parte reorum datas exceptiones verbo, & in scriptis veluti legitimas, & in iure fundatas, pertinentesque, & releuantes, saltem tacitè repulisse, & ad importunam ipsius G. instantiam procuratorem siue syndicum dominorum decani & capituli T. reorum ad respondendum prætenso libello super prætensis iniurijs, & dãnis contra ipsos & pro parte G. oblato, litemq; desuper contestandum, metu excõmunicationis compulisse, exceptiones tàm verbo quàm in scriptis propositas, datas, & oblatas repulisse, & partem aduersam ad litis contestationem admisisse, & ad eius importunam instantiam eidem syndico siue procuratori terminum ad articulandum ad xv. diem statuisse, & præfixisse, & ipsi G. super prętensa actione mortua, abolita, extincta, & perempta, & penitus de medio sublata, actionem, siue ius agendi competere saltẽ tacitè pronunciasse, & in causa ad vlteriora procedendum fore decreuisse, & mandasse; aliàsvè ipsum syndicum, siue procuratorem reorum, & ipsos reos multipliciter in præmissis, & circa ea grauasse dicemini, licèt nulliter, &c. saluis. Sentiens igitur procurator siue syndicus dictorum N. &c. lædi posse, & grauari: idcirco à vobis, dictisq; prætensis comminatione, compulsione, responsione, ad agendum admissione, audientia, concessione, litis contestatione, exceptionum repulsione, præfixione, resuscitatione, pronunciatione, & mandatis, totoque vestro prætenso processu desuper, &c.

Appellatio ab obseruatione terminorum, dilatione pendente.

Licèt R. p. appellatione, & dilatione ad dandũ, & recipiẽdum Apostolos pendente officium iudicis cõquiescat, & appellationibus friuolis, nec ius deferat, nec sit à iudice deferendum: & propterea cum interiecta pro parte dominorũ decani & capituli ecclesiæ T. vltimo appellatio, terminiq; ad recipiendum apostolos adhuc pendeat, non debuisset R. p. d. A. in locum vestrum tempore absentię vestræ auditor surrogatus ad vlteriora in causa huiusmodi ad partis aduersę importunam instãtiam processisse, nec procedi mandasse, cum sua dormitasset iurisdictio, & conquiesceret officium, ipse nihilominus præmissis & alijs de iure attendendis minimè consideratis huiusmodi pendente dilatione & termino ad dandum & recipiendum apostolos procurator, siue syndicus dictorum dominorum decani & capituli ad declarandum in causa huiusmodi ad partis aduersę importunam instantiam citari mandasse dicitur, & fecisse, licèt nulliter, vt speratur, & de facto ipsius, ac vestris honore & reuerẽtia semper saluis. Sentiens igitur procurator, &c. posse lædi & grauari: idcirco non recludendo ab appellationibus aliàs pro parte sua interiectis, sed eas quatenus pro parte sua, & contra partem aduersam faciant, siue facere videantur, & non aliàs, aliter, neque alio modo repetendo, & eis inhęrendo, ac illam per istas, & istas per illam fortificando à vobis, dictaq; prętensa citatione, ac mãdato, ac toto vestro prętẽso processu, &c.

Appellatio ab admißione illius, de cuius mandato seu interesse non constat.

Licèt Reuerende pater, iure sit exploratum, quòd nemo in iudicio procuratorio & alieno nomine ad agendum & defendendum, & ad terminorum obseruationem, aut aliàs agendũ, & defendendum, nisi prius & ante omnia de sui principalis mandato legitimo & sufficienti aut eius interesse constiterit, aliquo modo veniat admittendus: & propterea cum de interesse aut syndicatu, seu sufficienti mandato cuiusdam domini A. in causa huiusmodi nullatenus constet, ipsum non debuissetis aliquo nomine interueniente ad agendum, vel defendendum in eadem admisisse, ac eius instantiam dominum Ia. decanum, &c. in causa huiusmodi principalem, seu eius legitimum procuratorem ad procedendum in causa & causis huiusmodi primò, secundò, tertiò citari mandasse, nec aliquatenus contumacem reputasse, prout nec de iure id fuisset faciendum; vos nihilominus secus agendo eumdem dominum Iac. seu eius legitimum procuratorem ad procedendum, procedique videndum in causa & causis huiusmodi, prout de iure primò, & secundò ad

cuiusdam

cuiusdam A. importunā instantiam citari mandasse, & fecisse, & ipsum dominum Ia. in primò, ac etiam secundò, vt dicitur, prætensis terminis huiusmodi contumacem reputasse, & ad idem tertiò citari mandasse dicemini, licèt nulliter, vt speratur, & de facto, vestris, &c. sentiens, &c. lædi posse, & grauari; idcirco à dicta prætensa citatione & mandato, admissione, & reputatione, totoq; vestro prętenso processu desuper quomodolibet habitis, &c.

Appellatio à reiectione articulorum pertinentium, & denegatione apostolorum à diffinitiua sententia.

Licèt R. p. pro parte Reuerendi patris, &c. necnon ecclesiæ & capituli N. tam coniunctim quàm diuisim dati sint & fuerint coram vobis nonnulli positiones & articuli, aliæq; materiæ articulatæ pertinentes, ac probati seu probatæ releuantes, & super eorum, earumq; admissione debita coram vobis facta instantia, & diligentia, debuissetis propterea eosdem, easdemque, prout petitum extitit, & postulatum, ad probandum admisisse, & seu saltem eorum procuratorem siue syndicum à denegatione admissione in scriptis appellanti super appellatione sua huiusmodi respondisse, & apostolos de iure debitos tradidisse & assignasse; vos nihilominus secus agendo, articulos & materias articulatas huiusmodi saltem tacitè repulisse, & super appellatione huiusmodi respondere, & apostolos tradere, denegasse, recusasse, & quod est grauius, in causa huiusmodi conclusisse, & in ea post appellationem huiusmodi vlterius processisse, vestramq; prętensam diffinitiuam sententiam in eadem pro ipso domino G. asserto presbytero, & in eius seu assertę suæ prępositur æ fauorem, & contra dictum dominum Episcopum, decanum, etc. coniunctim seu diuisim protulisse et promulgasse in causa huiusmodi dicemini, licèt nulliter, vt speratur, et de facto, vestris honore et reuerentia, et præmissorum omnium nullitate semper saluis. Sentiens igitur procurator siue syndicus, et eorum nomine dictorum, etc. partes suas super præmissis multipliciter læsos et grauatos, timensq; plus lędi posse et grauari; idcirco dictę prætensę sententiæ quam ex causis prædictis nullam dicit nullitate salua, et si sit aliqua iniustam et iniquam à vobis, dictisq; articulorum et materiarum articulatarum non admissione, denegatione, tacitaq; repulsione prætensa conclusione à dicta vestra prætensa sententia huiusmodi, alijsq; omnibus et singulis grauaminibus ex pręmissis et actis causæ quomodolibet colligibilibus tam coniunctim quàm diuisim, totoq; vestro prætenso processu desuper per vos aut alium quempiam quomodolibet habito atque facto ad Sanctissimum, etc.

Appellatio quando auditor cameræ nititur procedere in actione reali extimata vltra valorem vx. florenorum summariè sine terminorum substantialium obseruatione ac strepitu, & figura iudicij.

Licèt Reuerende pater, tam de iure quàm de vsu, more, et obseruantia, et consuetudine legitimè perscriptis, ac à tāto tempore et per tantum tempus, cuius initij siue contrarij hominum memoria non exiltit, inuiolabiliter et inconcusse obseruatum, vsitatum, tentum, et practicatum in causis profanis, siue actionibus realibus vel personalibus vltra valorē xv. florenorum auri de camera extimatis, et illorum valorem excedentibus processum fuerit, ac solitum erat et sit cum ipsarum causarum ad longum cognitione, ac cum strepitu et figura iudicij, ac terminorum substantialium in talibus seruari solitorū obseruatione procedi, et propterea cum equus, cuius occasione siue super quo in præsenti causa contenditur, fuerit et sit longè per partem aduersam vltra valorem xv. florenorum prędictorum: immo ad centum florenorum auri de camera extimatus, et ipse equum ad eius extimationem, videlicet centum ducatorum boni auri et iusti ponderis petere et desuper expediri videatur, et propterea in causa huiusmodi licèt in forma et figura iudicij procedi, libellusque, prout id petitum extitit, offerri in causa ipsa debuisset, nec aliquis desuper summarius processus seruari, neque testes lite non cōtestata recipi potuisse, et examinari mandasse; hoc tamen non obstante vos R. p. domine auditor nonnullas positiones et articulos ad partis aduersę importunam instantiam recepisse et ad probandum admisisse, testesq; desuper recepisse et examinari mandasse, necnon iuri communi, stilo et curiæ vestræ obseruantiæ consonam domini V. de V. petitionem et requisitionem reiecisse et repulisse, et in causa huiusmodi summariè, ac sine libelli oblatione, litisque contestatione et alijs iuris substantialibus procedi, saltem tacitè pronunciasse et mandasse, et ipsum reum multipliciter læsisse et grauasse dicemini, licèt nulliter, vt speratur, et de facto, vestris honore et reuerentia, et præmissorum mo-

nium nullitate semper saluis: vnde procurator & eo nomine præfati domini V. partis suæ, sentiens se, partemq; suam prędictam in pręmissis multipliciter læsum & grauatũ; timensque in futurum per vos plus lædi posse & grauari à vobis domino auditore, dictorumq; pręrensorum articulorum receptione, citatione, testiumque admissione, terminorum substantialium & litis contestatione, ac aliàs de modo, stilo, & consuetudine seruari solitis, omissione, petitioneque, & protestatione, reiectione, pronunciatione, totoque vestro prætenso processu, coram vobis quomodolibet præmissorum occasione habito atque facto, alijsque grauaminibus ex præmissis & actis causæ huiusmodi quomodolibet colligibilibus tàm coniunctim, quàm diuisim, partique suæ illatis seu inferri comminatis ad sanctissimum in Christo patrem dominum nostrum dominum N. diuina prouidentia Papam N. eiusque sanctam Sedem Apostolicam in his scriptis prouocat & appellat, apostolosque primò, secundò, tertiò, ac instanter, instantius, & instantissimè sibi dari petit atq; concedi, & desuper fieri publica instrumenta, &c.

Saluo iure, &c.

Appellatio ab excommunicatione vbi auditor excommunicauit procuratorem, & monitus non potuit docere de mandato.

Licèt Reuerende pater honorabilis vir dominus N. de H. cuiusdam domini N. in prætensa causa seu ad ipsam, quæ coram vobis inter dictum N. ex vna, & quemdam B. de N. assertum clericum de & super certo canonicatu & præbenda ecclesiæ N. rebusque alijs in actis causæ latius deductis & expressis, eorumque occasione in prima verti prætenditur instantia, nullum vnquam mandatum procurationis habuerit, receperit seu viderit, prout per ipsũ N. coram vobis legitimè dictum & allegatum fuerit; quodque propterea idem N. ad huiusmodi prætensum mandatum exhibendum & producendum minimè per vos fuerit astringendus aut compellendus, & si ipsum comparuisse constiterit, hoc factum est more aliorum substitutorum procuratorum in curia, vel quia ad instantiam aduersarij ad id est requisitus, dare etiam ipse sicut nec alius quispiam non potest quod non habet, in cuius potestate etiam non est magistrum suum, vt per eum facta ratificet compellere, cum id sit voluntatis & ad id compelli non possit, nec etiam ipse potest factum tacitè promittere, ad obligationem etiam facti succedit interesse, nec ipse hoc malitiosè fecit neque facit: quæ omnia iurare est paratus, sitque etiam pœnam illius qui falsus procurator pretenditur in iure expressam, vt præter illam iudex vel alius non potest infligere, nec ad illum sit actum per partem, nec tali per ius excommunicationis pœna infligitur: vos tamen R. p. auditor præfatus præmissis & alijs de iure attendendis minimè attentis secus agendo quoddam prætensum monitorium pœnale sub certis prætensis sententijs & censuris contra dictum N. ad huiusmodi prætensum mandatum exhibnndum & producendum ad dicti G. seu ipsius verius asserti procuratoris instãtiam decreuisse, ipsumque N. moneri fecisse, ac præmissorum occasione in scriptis excommunicasse, prætensasque litteras excommunicatorias contra eumdem etiam decreuisse, ac ipsum publicasse seu publicari mandasse dicemini, licèt nulliter, vt speratur, & de facto, vnde procurator & eo nomine dicti domini N. sentiens se, partemque suam prędictam per prędicta multipliciter læsum & grauatum, timensque plus lędi posse & grauari à vobis domino auditore, dictisq; pręrensis monitione, requisitione, excommunicatione, litterarumq; decreto & eorumdem publicatione, omnibusq; alijs & singulis grauaminibus ex pręmissis colligi possibilibus, etc.

Appellatio ab omissione condemnationis expensarum & fructuum perceptorum.

Licèt Reuerende pater regulariter victus victori sit in expensis condemnandus et propterea in causa huiusmodi N. A. victum, et cui in huiusmodi causa N. vt ex titulo ordinario domini H. de N. iam per vos sententialiter canonizato liquide apparet in eadem causa victum ipsi H. victori debuissetis causam probabilem litigandi non habentem in expensis tàm coram dominis Ioann. D. P. M. quàm vobis pro parte ipsius H. factis, ac etiam fructibus ex ipso beneficio perceptis, cum ad beneficium sint accessorij, condemnasse: vos nihilominus præmissis et alijs de iure attendendis minimè attentis condemnationem expensarum huiusmodi tàm coram præfato Io. P. et vobis pro parte ipsius H. factarum, quàm etiam fructuum ex dicto prioratu perceptorum condemnationem omisisse dicemini, licèt nulliter, et de facto: vnde procurator et eo nomine dicti domini H. sentiens se, partemq; suam prædictam per præmissa multipliciter, etc.

Appella-

Appellatio à non admissione articulorum & conclusione.

Licèt R. p. in huiusmodi causa pro parte honorabilis viri N. dati sint nonnulli positiones & articuli ex nonnullis iuribus, & munimentis in huiusmodi causa productis descendentes, boni, pertinentes, & admissibiles, ac veri in facto existentes, quibus probatis plenè constaret, constareque posset de iure dicti domini N. et non iure partis aduersæ in parochiali H. seu etiam ad eam, de qua hic agitur, propterea videlicet q pluralitas sub collectorum in ciuitate et diœcesi B. tempore illo, prout pars aduersa prætēdit, fuit, propter quod neutri ipsorum beneficia potuerunt fore reseruata, prout in ipsis articulis plenius est deductum; debuissetisq; propterea vos p. R. ipsos positiones & articulos sufficientes releuantes ad probandum admisisse, prout hoc sæpe, & sępius petitum fuit: vos tamen p. R. cum omni semper debita reuerentia loquendo, præmissis non attentis neque consideratis ad importunam partis aduersę instantiam concludendo, & secum concludi petendo, vt dicitur, conclusistis, & pro concluso habere voluistis, dictos positiones, & articulos saltem tacitè repellendo, licèt de facto. Sentiens igitur procurator & eo nomine, &c.

Appellatio à non admissione exceptionum contra commissionem.

Licèt R. p. pro parte honorabilis viri domini N. in hac causa principalis suis loco & tempore congruis sint & fuerint nonnulli positiones & articuli per modum exceptionum, quarum consideratione, & quibus obstantijs dicta prætensa commissio vltimo vobis ex aduerso, vt dicitur, facta fuit & est surreptitia & obreptitia, nullaq; propterea vobis iudicandi potestas specialis attributa, prout nec attribuibilis est, debuissetisq; positiones & articulos siue exceptiones prędictas pertinentes. bonos, & admissibiles, & veros in facto consistentes, & quibus probatis clarè constaret, constareq; potuisset de supradictis ad probandum admisisse, prout hoc petitum fuit: vos tamen p. R. cum omni debita loquendo reuerentia; præmissis non attentis siue consideratis, &c.

Appellatio à diffinitiua.

A quadam pretensa diffinitiua sententia per vos R. p. d. T. &c. in quadam causa, quæ coram vobis inter honorabilem virum dominum N. de N. canonicum ecclesiæ B. reum & possessorem ex vna, & quosdam L. & P. assertos clericos actores aduersarios de & super canonicatu, & præbenda eiusdem ecclesiæ B. rebusq; alijs, &c. partibus ex altera, in prima verti prætendebatur instantia pro dicto L. & contra præfatum dominum N. vt prætenditur, lata, tamquam iniqua & iniusta, totoq; vestro processu desuper quomodolibet habito & facto, alijsque grauaminibus in & ex actis causæ huiusmodi colligibilibus præmissorum omnium nullitate, vestrisq; reuerentia, gratia & honore semper saluis, procurator & eo nomine pręfati domini N. partis suæ tam coniunctim quàm diuisim ad Sanctissimum in Christo patrem & dominum nostrum dominum N. diuina prouidentia Papam N. eiusq; sanctam sedem apostolicam in his scriptis, &c.

Quando sententia est nulla.

Quatenus dicta vestra prætensa sententia aliqua dici mereatur, cum à sententia nulla appellare necesse non fuerit, neque eamdem vestram prętensam sententiam per præsentem appellantem approbare intelligit, nisi ad id de iure astringantur, de quo protestatur, prouocat & appellat, & apostolos tales quales de iure habere debere, primò, secundò, tertiò, ac istanter, instantius, & instantissimè sibi dari petit, atque concedi, & desuper fieri publica documenta.

Saluo iure, &c.

Et protestatur, &c.

Appellatio à non admissione exceptionum & contra libellum, & executione desuper subsecutis.

Licèt R. p. pro parte honorabilis viri domini N. &c. in hac causa N. &c. contra quemdam prætensum libellum ex aduerso, vt dicitur, datum, &c. datę fuerint nonnullæ exceptiones ipsum prætensum libellum esse generalem, confusum, vacuum, obscurum, negatiuū, in materia & forma peccantem, in iure minimè concludentem, notoriè ostendentem, & penitus nullam actionem ipsi H. aduersario actori in huiusmodi causa comprehendens super his, de quibus in pretenso libello fit mentio contra prefatum N. notoriè ostēdēdo, & prout hæc etiam ex prætensi libelli tenore colliguntur, & ad oculum apparent; debuissetisque propterea dictas exceptiones, prout id petitum fuerat & postulatum, ad probandum admisisse, & eas nullatenus saltem tacitè repulisse, necnon ipsum d. N. etiam cessantibus præmissis non contumacem, sed qui procuratorem

apud acta constituit, & qui onus acceptauit, nequaquam contumacem reputasse, neque ad respondendum dicto prætenso libello compulisse, & nisi responderit eo non citato in scriptis minimè excommunicasse, nisi ad primam responderit prætensam excommunicationis sententiam incidisse nullatenus declarasse, nec litteras prętẽsas desuper decreuisse, prout nec de iure fuerat faciendum; vos nihilominus secus agendo prẹmissis & alijs de iure attendendis minimè consideratis, exceptiones huiusmodi saltem tacitè repulisse, & dictum N. non contumacem ad respondendum ipsi prætenso libello litem contestandum, & iurandum de calumnia compulisse, & nisi ad idem responderit & litem contestatus fuerit, in scriptis excommunicasse, & seu prætensam excommunicationis sententiam incidisse, declarasse, & prætensas litteras decem diebus nondũm elapsis, prout ad sui deuenit notitiam, decreuisse; aliasq; ipsum in prẹmissis læsisse, & grauasse dicemini, licèt nulliter, vt speratur, & de facto. Sentiens igitur procurator, &c. grauari; idcirco à vobis, dictisque exceptionum repulsione, compulsione prętensæ excommunicationis declaratione & decreto, totoq; vestro prætenso processu desuper per vos coram vobis habito, atque facto, omnibusq; alijs, &c.

Appellatio ab obseruatione terminorum pendente dilatione.

Quamquam R. p. appellationibus in huiusmodi causa à grauaminibus in eisdem expensis interpositis, & pendente dilatione vestra, si quam habuissetis, prætensa iurisdictio fuisset, & esset suspensa, cum appellatione pendente nihil sit innouandum; vos nihilominus præmissis non obstantibus, ac apostolis minimè datis, sed terminis ad dandum & recipiendum apostolos adhuc pendentibus innouasse, & ad vlteriora processisse, & vos saltem tacitè iudicem pronunciasse, partemq; aduersam seu eius procuratorem ad obseruationem termini ad dicendum contra articulos admisisse, & ad huiusmodi instantiam procuratorem partis aduersę ad dicendum contra prætensa producta citari mandasse fecisse, & ipsum etiam ad prætensam obseruationem termini admisisse, aliasque eum multipliciter læsisse, & grauasse dicemini, licèt nulliter, vt speratur, & de facto, vestris honore, &c. saluis. Sentiens igitur procurator, &c. grauari; idcirco à vobis, prętensaque, si prætendi posset, repositione, necnon prętensa citatione, mandato, terminorum obseruatione, admissione, totoque vestro prætenso processu, &c. facto, non tamen recedendo ab alijs appellationibus interpositis, sed illas per istã, & istam per illas fortificando, eisq; simul inhærendo ad Sanctissimum, &c.

Appellatio à comminatione excommunicationis appellationis ob non responsionem libelli.

Quamquam R. p. pro parte honorabilis viri domini A. &c. fuerint, & sint nonnullæ exceptiones, & in iure releuantes contra quemdam prætensum libellum in huiusmodi causa pro parte cuiusdam P. vt prętenditur, oblatum, datæ, quibus obstantibus, & veris existentibus, prout veræ sunt, eisque, prout petitum extitit, ad probandum admissis, & prompta oblatio, probatione recepta, lis super prætenso huiusmodi libello non veniebat, prout venit contestanda, neque dictus dominus A. seu eius procurator ad huiusmodi litem contestandum huiusmodi exceptionibus indiscussis, & saltem tacitè repulsis, minimè fuit compellendus: nihilominus tamen vos R. p. B. iudex & commissarius præfatus huiusmodi exceptionibus, immo eisdem in discussis, & tacitè repulsis, & alijs de iure attendendis minimè attentis non consideratis procuratorem dicti domini A. ad litem super huiusmodi prætenso libello contestandum, eisq; respondendum sub certis prætensis pœnis, sententẽtijs, & censuris compulisse, immo quod amplius est, nisi eidem hinc ad primam diem responderit, & litem desuper contestatus fuerit, in scriptis excommunicasse, literasq; prętensas desuper decreuisse, seu prætensę excommunicationis sententiam comminatus fuisse, ac aliàs præfatum P. in personam, seu procuratorem multipliciter læsisse, & grauasse dicemini, nulliter, &c. saluis, &c. vnde procurator, & eo nomine præfati domini A. sentiens, &c grauari à vobis, dictarum exceptionum ad probandum admissione, denegatione, tacitaq; repulsione, necnon compulsione, ac prætensis excommunicatione, & censurarum comminatione, conditionaliq; excommunicatione, totoq; vestro prætenso processu coram vobis prẹmissorum occasione quomodolibet habitis, &c.

Appellatio à repositione, & terminorum obseruatione communis & bona.

Licèt R. p. prætensa appellatio pro parte aduersa aliàs corã vobis in huiusmodi causa vertente interposita fuisset, & esset friuola, & frustratoria,

ftratoria, ac eidem parti aduersæ propterea fuissent dandi apostoli refutatorij: nihilominus p. v. præmissis & alijs de iure meritò attendendis minimè per vos, vt creditur, attentatis, dictam partem aduersam super eadem prætensa appellatione sua, vt dicitur, reposuit, & ad obseruationem termini ad articulandum admisisse, & honorabilem virum dominum A. procuratorem ad dicendum contra articulos prętensos ad certum peremptorium terminum citasse, aut citari mandasse dicemini, quamuis indebitè, & minus iustè, ac de facto in prędiudicium & grauamen partis suæ: vnde procurator & eo nomine prędicti domini A. sentiens se per pręmissa læsum & grauatum, timensque plus lędi posse & grauari, ab appellatione prius interposita non recedendo, à vobis domino auditore, vestroq; auditorio dictæ prætensæ repositione partis aduersę termini obseruatione, alijsq; grauaminibus ex actis causę huiusmodi quomodolibet colligibilibus in his scriptis ad S. &c.

Appellatio à processu in principali quando est grauaminis articulis, qui prius erat discutiendus.

Licèt R. p. iuris sit explorati, q̃ antequàm in principali negocio procedatur grauaminis articulus, primò & ante omnia sit discutiẽdus, fueritq; aliàs pro parte excellentis principis, & domini domini L. comitis N. conthoralis quoque & domicellæ N. filiæ suæ naturalis & legitimæ, ac aliàs tam protestatum quàm appellatum nè indiscusso grauaminis articulo in principali procederetur, & huiusmodi protestatio, prout iuri consona per vestram reuerentiam extitit, admissa, ac parti aduersæ intimata, & super interiectis appellationibus per vos apostoli repositorij procuratori antedicto dati, & assignati, debuissetisq; propterea in admissione huiusmodi perstitisse, & permansisse, nec partem aduersam à repositione huiusmodi friuolè appellantem reposuisse, nec etiam ipsam eamdem partem aduersam ante articuli grauaminis discussionem ad procedẽdum in prętenso principali negocio admisisse, protestationes, admissiones, & repositiones huiusmodi saltem tacitè repulisse, prout id de iure fuerat faciendum: vos nihilominus secus agendo admissionem huiusmodi saltem tacitè reuocasse, partemq; aduersam ad producendum in prætenso principali negocio ante discussionem articuli grauaminis admisisse, & à repositione huiusmodi appellantem etiam reposuisse, ipsamque ad obseruationem terminorum ad libellandum, iurandum de calumnia, articulandum, dicendum contra articulos, necnon ad producendum omnia etiam postquam in processum articuli grauaminis, & illius discussionem iudicialiter consenserit, & in articulo grauaminis terminos solitos per se obseruari admisisse, partemq; dicti comitis N. &c. ad hæc successiuè citari mandasse & fecisse, ipsumq; multipliciter dicemini grauasse, licèt nulliter, &c. saluis. Sentiens igitur procurator, & eo nomine dicti domini comitis partis suæ, &c. grauari; idcirco non recedendo ab appellationibus prius interpositis, sed illis inhærendo, istamq; per illas, & illas per istam fortificando, à vobis domino auditore, vestroq; auditorio dictis prętensis citatione, admissione, protestatione, reuocatione, repositione, terminorumq; obseruatione, & ad obseruandum admissione, citatione, & mandato, totoq; vestro, &c.

Appellatio à processu super nullitate sententiæ, quæ transiuit in rem iudicatam.

Licèt nuper lite, & causa coram R. p. d. N. inter honorabilem virum d. g. de N. rectorem parochialis, &c. ex vna; & quosdam, & Ioan. assertos clericos de & super dicta parochiali ecclesia, rebusq; alijs, &c. occasione partibus ex altera, in prima pendente instantia, idem G. pro se & contra dictum aduersarium diffinitiuam cum expensarum condemnatione reportauit sententiam, quæ nulla prouocatione suspensa in rem transiuit iudicatam; & propterea huiusmodi re iudicata dictis aduersarijs obstante, & de qua in prætensa commissione vobis ex aduerso, vt prętenditur, præsentata, nulla facta est mentio; & propterea ipsa prętensa commissio fuerit, & sit subreptitia & obreptitia, illiusque prętextu nulla vobis super principali saltem procedendi siue cognoscendi iurisdictio attributa fuerit etiam de rei iudicatæ taciturnitate, surreptionisque obiectum, & subreptione: & idcirco de illa exceptione prętiudiciali, cum non debeant litibus oriri lites, neque finis vnius litis alrerius debeat esse initium, debuissetisque primò, & ante omnia cognouisse, neque ea saltem tacitè repulsa in principali ad terminorum substantialium obseruationem procesisse seu procedi mandasse, neque partem aduersam obstante sibi re iudicata in causa huiusmodi in principali negocio admisisse: vos tamen R. p. prędictis, & alijs de iure attendendis minimè attentis secus agendo dictum d. G. ad nonnullos actus iudiciales, pręsertim ad libellandum, iurandum de

calumnia,ac articulandum citari fecisse, partemq; aduersam ad eorum obseruationem admisisse, certaq; prætensa iura partis aduersæ recepisse, prætensosq; testes ad iurandum admisisse, aliasq; ipsum G. ac partem suam læsisse, & ad vlteriora in causa huiusmodi processisse diceminini,licèt nulliter,vt speratur,&c. saluis, procurator, & eo nomine dicti G. partis suæ sentiens se,partemq; suam, &c. grauari à vobis domino auditore, dictisq; exceptionis repulsione,citatione, terminorum obseruatione,testium receptione, admissione, totoque vestro prętenso processu etiam in præmissis,& eorum occasione coram vobis quomodolibet habito atque facto ad Sanctissimum,&c.

Appellatio à collatione prælati successoris, & à non confirmatione collationis prælati prædecessoris.

Quoniam in oppressorum,opprimiq;& grauari timentium subsidium illatorum grauaminum reparatione appellationis remedium ab vtriusque iuris conditoribus subtiliter est adinuentum, & iuris vtriusque auctoritas decens fore iudicat, concessum à principe beneficium permansuetis, & nemini suam debere auferri possessionem sine causę cognitione, nec illa turbari debere vel inquietari per non habentem interesse; quòdq; quæ ritè acta sunt, in irritum non debeant reuocare: & idcirco ego frater Io. L. ordinis & hospitalis sancti Io. Ie. religiosus & vrbis R. castellanus animo & intentione prouocandi, recurrendi, & ad sedem apostolicam appellandi, apostolos petendo, omnibus melioribus modo,via,iure, causa,stilo & forma,quibus possum & valeo, dico, & in his scriptis propono, ꝙ licèt ex collatione & prouisione mihi nuper de præceptoria B. vulgariter nuncupata hospitalis & ordinis prędictorum tunc certo modo vacante per religiosum virum dominum T. B. prioratus Angliæ eiusdem òrdinis priorem plena & sufficienti ad id potestate, auctoritate,& facultate suffultum, fuerim, & sim iuxta ipsius ordinis stabilimenta, & regularem obseruantiam, ac aliàs ritè & canonicè factis pacificè & quietè assecutus,& ipsius pręceptorię, iuriumq; & pertinentiarum omnium eiusdem possessione vel quasi pacifica & quieta constitutus, & propterea huiusmodi mea collatio, prouisio, & assecutio cum inde secutis per venerabilem dominum N. sacrę domus hospitalis ordinis sancti Io. G. magistrum modernũ,pauperumq; Christi custodem conuentum eiusdem sacrę domus,iuxta ipsius ordinis stabilimenta, statuta, consuetudines, & obseruantiam confirmari, roborari, & approbari, & nullatenus me non vocato,non confesso,non conuicto cassari, reuocari,seu annullari, neque alicui alteri de ipsa potuit vel debuit veluti non vacante,sed per me recta, tenta, & possessa prouideri: nihilominus pręmissis non obstantibus à decem diebus citra, & nondum elapsis, quòd iurare sum paratus quorumdam relatione ad meum deuenit auditum,quòd pręfati magister modernus & conuentus coniunctim vel diuisim me non confesso, non conuicto, factas mihi collationem,prouisionem,assecutionem huiusmodi cum inde secutis confirmare, approbare,& ratificare dicerentur denegasse, & recusasse,& quod est deterius, eamdem reuocasse,cassasseque, & annullasse, & de eadem mea præceptoria cuidam N. asserto fratri & religioso eiusdem ordinis similiter coniunctim vel diuisim contulisse asseruntur,& prouidisse, ipse N. huiusmodi prætensę collationis siue prouisionis quantum in eo fuit,suum præbuisse dicitur consensum & assensum, & se exinde iactitasse, & iactitare, quod ius in & ad eamdem meam pręceptoriam, sic vt pręmittitur, mihi ritè collatam,& possessam, & prout eam de præsenti possideo,sibi competat non formidauit in ipsius animæ periculum, meumque præiudicium non modicum, damnum & grauamen. Sentiens igitur ego antedictus Ioan. pręceptor me per præmissa multipliciter læsum & grauatum, timensq; plus lædi posse, & grauari: idcirco coram vobis venerabili, & circunspecto viro domino N. tamquam persona egregia, vobisq; notorio & testibus astantibus,& præsentibus ab huiusmodi confirmatione,ratificatione,& approbatione,denegatione, atque recusatione,collatione,prouisione,& assecutione, mearum huiusmodi assertis cassatione,reuocatione,& annullatione,ipsiq; fratri N. factis prętensis collatione, atque prouisione,necnon iactatione antedictis omnibus alijs & singulis grauaminibus ex præmissis, & eorum quolibet quomodolibet colligibilibus ad Sanctissimum in Christo patrem & dominum nostrum dominum N. diuina prouidentia Papam N. eiusq; sanctam sedem Apostolicam in his scriptis recurro, reclamo, prouoco, & appello, apostolosq; tales quales de iure habere debeo primò,secundò,tertiò, ac instanter, instantius, & instantissimè,si sit qui eos iure dare possit & valeat; alioquin à vobis domino notario antedicto testimoniales mihi dari peto & concedi, & desuper peto fieri documenta, subijciens me & singula mea bona, omniumq; mihi adhęrentium, adhærereque volentium,

lentium,& debentium tam mobilia quàm immobilia, seu se mouentia vbicumque existentia tuitioni, protectioni, defensioni præfati domini nostri P. eiusq; sedi Apostolicę inhibens nihilominus pręfatis dominis magistro & cōuentui, ac ipsi fatri N. omnibusq; alijs & singulis sua quomodolibet interesse putantibus, nè huiusmodi appellatione pendente quicquid contra me, dictamq; meam præceptoriam, & illius possessionem, meaq; & mihi adhęrentium bona, vel aliàs quomodolibet innouare præsumant vel attentare; alioquin de attentatis huiusmodi, damnisque, expensis interesse propterea patiendis, & sustinendis solemniter, protestor, & expressè.

Saluo iure, &c.

Et protestatur, &c.

Appellatio pulchra à mandato Aud. Cam. & excommunicatione.

Licèt R. p. T. de C. defensorio nomine in causa huiusmodi cum satisdatione opportuna, vt speratur, admissum ex infrascriptis causis & rationibus non potueritis, neque valueritis de iure & de stilo palatij Apostolici ad aliam satisdationem compellere vel astringere, tum quia satisdatio per secundum mandatum non habentem voluntatis est, & merę facultatis: tum quia factum tertij promitti non potest, sed est in facultate tertij interesse in causa non habentis, an velit satisdare, vel non: tum quia aut est sufficiens, & canonica per me facta satisdatio aut insufficiens. Si primò admittat, vt eatenus admissus sum: si secundò, viam ordinariam habet vestra R. P. quatenus in & cum talibus sit procedendum, & agendum, tum quia citra iniurijs, de quo protestatur expressè dudum ante somniatis iniurijs, extorsione, & damna per eum conficta, ac post, & earum, eorumq; tempore fuit, & erat, prout est de illarum personarum numero, quas vitę vilitas legum facit obseruatione indignas: tum quia tēpore prædicto admisit, admittereq; consueuit prout admittit sine delatu, & cunctis patuit, prout patet eius libido, & ꝙ vitę fuit, & est inhonestæ, & tenuis: tum quia post litis contestationē non videtur opponi posse exceptio procuratoris: tum quia ipsa nec satisdedit, & suspecta est: tum quia post satisdationem T. se in causa huiusmodi non intromisit, nisi per auditorem ad instantiam partis aduersæ euocatus: tum multis alijs causis, & rationibus ex actis colligibilibus, & suis loco, & tempore proponendis, & quas hic repetit & inserit pro appellatione sine pręsentis prouocatione, iustificatione, & pretensi habiti processus impugnatione faciunt, & quatenus pro se, & contra partem aduersam faciant, siue quouis modo facere videantur, & non aliàs, aliter, nec alio modo, de quo protestatur; vos nihilominus R. p. ad importunam partis aduersę instantiam dictum T. ad vidēdum se in scriptis excommunicari, litterasq; decerni licèt non monitum, ex & pro eo ꝙ aliam det cautionem seu sufficientius satisdet citari mandasse, & nisi ad primam diem iuridicam hoc fecerit in scriptis excommunicasse decemini, licèt aliam à data post factam debitam diligentiam dare requiret in facto quamquam nulliter, & vt speratur de facto, &c. saluis. Sentiens igitur ipse T. seu eius procurator, & eo nomine se per pręmissa multipliciter læsum, &c. grauari; idcirco à vobis, dictisque prætensis mandatis citatione, excōmunicatione, siue illius comminatione, compulsione, totoq; prętenso processu per vos desuper habitis quomodolibet colligibilibus tam coniunctim, quàm diuisim ad S. in Christo patrem, & D. nostrum dominum N. diuina prouidentia Papam modernum, eiusq; sedem apostolicam in his scriptis prouocat, & appellat, apostolosque tales quales de iure habere debeat, primò, secundò, tertiò, instanter, instantius, instantissimè sibi per vos dari petit & concedi, & desuper fieri publica documenta.

Saluo iure, etc.

Et protestatur, etc.

Appellatio à sententia super prætensis attentis in prima instantia lata.

Licèt R. p. religiosus vir dominus Io. de N. præceptoriam domus M. ordinis sancti Io. G. L. diœcesis, membrorumque, ac iurium, ac pertinentiarum omnium eiusdem ritè, & canonicè, ac ex iusto, et canonico titulo fuerit et sit assecutus, nec in eius assecutione aliquid attētauerit, et innouauerit, et propterea eius possessio per viam attentati nequaquam venit attentanda, fueritq; etiam vobis expressè datum in mandatis, vt attento ꝙ non de iure Amedei aduersarij, et bono iure d. Io. vobis constaret, prout ex actis constat, reiectis prætensis attentatis in principali procederetis; debuissetisq; propterea eo ꝙ huiusmodi verificata fuit commissio prætensa attentata reiecisse, et in principali et petitorio processisse; vos nihilominus R. p. auditor præmissis, et alijs de iure meritò attendendis minimè attentis assecutionem possessionis huiusmodi per viam attentati cassasse, litterasque executoriales pro eodem d. Io. concessas cum inde secutis post prætensā appellationē à sententia huiusmodi pro parte dicti

dicti Amedei, vt prætenditur, interpositam simili attentatorum via cassasse, irritasse & annullasse, ac ipsum Ioan. à possessione dictæ preceptoriæ, iuriumque, & pertinentiarum omnium eiusdem perceptione amouisse, necnon præfatum Amedeū in & ad assertam corporalem, realem, & actualem possessionem preceptoriæ huiusmodi membrorum, iuriumque, & pertinentiarum omnium eiusdem induxisse, immisisse, ac in assertis terminis, & statu, in quibus tempore latæ sententiæ diffinitiuæ ac assertę interpositionis prętensæ appellationis huiusmodi erat, restituisse, & reposuisse, ac ipsum Ioan. in expensis, fructibus perceptis, vestra prętensa sententia siue ordinatione condemnasse, & silentium super præmissis imposuisse, licèt nulliter, vt speratur, et de facto, vnde procurator, et eo nomine dicti domini Ioann. partis suæ sentiens se, etc. grauari à vobis d. auditore, vestroque auditorio dictorum prętensorum attentatorum repulsione, et in principali seu petitorio processus denegatione, prętensaq; vestra sententia huiusmodi, omnibusque alijs, et singulis grauaminibus ex prę missis et actis causæ huiusmodi quomodolibet colligibilibus tàm coniunctim, quàm diuisim ipsorum omnium nullitate, vestrisq; honore et reuerentia semper saluis, ad sanctissimum, etc.

Appellatio à mandato & taxatione expensarum auditoris cameræ.

Licet Reu.p. hac in causa prætensæ inquisitionis pendente termino ad dandum Apostolos cum à prætensa sententia per v. p. vt dicitur, contra d. A. lata fuisset infra tempus debitum, prouocatum, et appellatum, et propterea per vestrum officium de iure conquiescere debuit, cùm huiusmodi negocium etiam per delationem appellationis ad superiorem fuisset deuolutum; vos autem Reuer.p. præmissis, et alijs de iure attendendis per vos, vt creditur, minimè attentis dictum d. A. ad videndum et audiendum prætensas expensas in hac causa pro parte cuiusdam A. de E. asserentis se procuratorē fiscalem factas per p.v. taxari et moderari, citari mandasse, aliasque dictum d. A. multipliciter grauasse, et læsisse dicemini, licèt nulliter, etc. Sentiens igitur dictus dominus A. se, etc. grauari; idcirco à vobis d. auditore præfato priori appellatione semper inhærendo prętensis citatione mandato, expensarumq; taxatione, alijsq; grauaminibus in, et ex actis causæ quomodolibet colligibilibus, prę missorum tamen omnium nullitate, vestrisque gratia et honore saluis, procurator et eo nomine procuratorio dicti d. A. seu ipsemet d. A. ad sanctissimum, etc.

Saluo iure, etc.

Et protestatur, etc.

Appellatio à non admißione exceptionis contra prætensam commißionem executorialem, & à decreto earumdem.

Licèt Reuerende pa. in hac causa Cameracensi matrimoniali contra prętensam cōmissionem per p.v. factam fuissent datæ nonnullæ exceptiones pertinentes et releuantes, illisque probatis et causa huiusmodi prætensę sententiæ pro quadam Odilia, vt prætenditur, contra strenuum militem V. de L. latæ contra matrimonium prius inter ipsam O. et quemdam Io. prout apud acta constat, latæ numquam executioni de iure sunt demandandæ, non debuissetis propterea in vim prætēsæ huiusmodi commissionis surreptitiæ et obreptitiæ extortæ prætensas sententias exequi, et executioni demandasse, et prætensas expensas taxasse; vos autem Reu p. vestris gratia et honore semper saluis prę missis minimè, vt creditur, attentis spretis huiusmodi exceptionibus, et minimè, quamquam petitum extitit, ad probandum admissis, sed reiectis, et alijs causis à iure resultantibus prętēnsas sententias huiusmodi executioni demandasse, et expensas, litterasque executoriales desuper decreuisse dicemini, licèt nulliter, vt speratur, et de facto. Sentiens igitur, etc. grauari; idcirco à vobis, dictisque exceptionum reiectione et non admissione, necnon expensarū taxatione, executione prętensarum sententiarum, litterarumque decreto, et alijs grauaminibus, de quibus in actis constat, ad sanctissimum, etc.

Appellatio à pronunciatione super desertione appellationis.

Licèt Reuerende pater, in hac causa A. infra terminum statutum et præfixum ad prosequendum appellationem fuerit et sit debita diligentia prosecutionis pro parte A. etc. factis; propterea vos R.p. non debuissetis appellatione pro parte dicti domini A. à quadam prætensa diffinitiua sententia, si sic dici mereatur, per Reue.p. dominum G. etc. coauditorem vestrum contra dictum dominum A. et pro quodam intruso, vt prętenditur, lata interpositam fuisse desertā, seu desertionis vitio subiacuisse, et dictam prætensam sententiam in rem iudicatam transiuisse pronunciasse: nihilominus vos di-

vos dictam appellationem fuisse desertam, ac desertionis vitio, &c. transiuisse pronunciasse, aliàsque ipsum dominum A. multipliciter læsisse & grauasse dicemini, licèt nulliter, &c. grauari: idcirco à vobis domino N. auditore pręfato, vestraq; pretensa sententia huiusmodi, etiam si diffinitiua fuerit, seu dici possit tamquam iniqua & iniusta eius nullitate vestrisque gratia & honore semper saluis, alijsq; grauaminibus,&c. tàm coniunctim, quàm diuisim ad sanctissimum,&c.

Appellatio alia super desertione.

Licèt Reuerende pater, prætensa sententia per N. coauditorem vestrum in hac causa N. in fauorem partis aduersæ, & contra honorabilem virum dominum G. de & super, &c. vt prætenditur, lata fuerit & sit nulla, nulliusque roboris vel momenti, fueritq; & sit ab eodem ex suprabundanti cautela infra tempus debitum ritè & legitimè prouocatum & appellatum, & debita diligentia prosecutionis appellationis facta, sæpeque & sæpius pro parte pręfati domini H. protestatum, allegatum, atque petitum per vos super nullitate ipsius pretensæ sententiæ causam ipsius expediri,& non super desertione procedi debere, ex eo maximè quòd non per procuratorem domini H. nec per ipsum dominum H. stetit quominus huiusmodi causa in euentum, in quem pretensa sententia ipsius domini N aliqua dici mereretur, expedita fuit, cum etiam vos R. p. huiusmodi causam tàm infra fatale, quàm etiam vltima die fatalis inter coauditores vestros posuistis, & rationem fecistis: ac petita paternitate vestra huiusmodi causę expeditio, quod licèt factum non sit, imputari non potuit neq; debuit appellanti, ex eo quòd nullum impedimentum ipse dedit, prout de hoc solemniter protestatū fuit, de quo apud acta constat, & propterea vos R. p. non debuissetis appellationem pro parte dicti domini H. à dicta prę[illegible]nsa sentētia ipsius domini N. coauditoris ve[illegible] vt præmittitur, interpositam fuisse & esse d[illegible]n, seu desertionis vitio subiacuisse,& dictam & pretensam & nullam sententiam in rem iudicatam transiuisse pronunciasse: nihilominus vos S. dictam appellationem fuisse desertam, &c. transiuisse pronunciasse, aliàsq; ipsum dominum H. multipliciter læsisse, &c. Sentiens igitur,&c. grauari: idcirco non tamen per hoc ab appellatione aliàs pro parte sua interiecta recedendo, sed eam quatenus pro dicta parte sua faciat repetendo, ac eidē inhęrendo, ac illam per istam, & istam per illam fortificando & roborando, de quo protestatur à vobis Reu. p. d. Io. F. auditore præfato, vestraque prætensa sententia siue ordinatione huiusmodi, etiam si diffinitiua fuerit seu dici possit tamquam iniqua & iniusta eius nullitate, vestrisque, &c. ad sanctissimum,&c. Apostolosque, &c.

Appellatio ab admissione ad obseruationem terminorum.

Licèt R. p. in hac causa, &c. pro parte d. Ia. fuissent datę contra prætensam ex aduerso extortam commissionem nonnullæ acceptiones pertinentes,& releuantes, ac ipsam prætensam commissionem penitus elidentes & eneruantes, ac in eisdem protestatum quòd illis non discussis nequaquam ad vlteriora procederetur, debuissetisque propterea ab vlteriori processu præsertim in principali negocio prætextu dictæ prætensæ surreptitiæ & obreptiuæ commissionis abstinuisse, & nequaquā ad importunam partis aduersæ instantiā ex eo quòd ante omnia de iurisdictione iudicis disceptandum sit, ne processus ruant,& partes inutilibus expensis inuoluantur ad vlteriora processisse: vos autem R. p. pręmissis & alijs de iure attendendis minimè, vt creditur, attentis, dictis exceptionibus non discussis, & protestationibus non obstantibus ad vlteriora prætextu dictæ surreptitiæ & obreptitiæ commissionis etiam in principali negocio ad importunam partis aduersę instantiam processisse, procuratoremque ex aduerso ad obseruantiam terminorum admisisse, ac saltem tacitè dictas exceptiones & protestationes reiecisse, aliàsque dictum d. Ia. multipliciter læsisse, & grauasse, &c. Sentiens,&c. grauari; idcirco à dictis procuratoris & ad obseruationem terminorum admissione, processusque in principali negocio continuatione & ipso facto processu, dictisque exceptione & protestatione tacita repulsione, alijsque grauaminibus,&c.

Appellatio à sententia & repulsione protestationum.

Reuerende p. quamuis à sententia nulla non sit opus appellare, tamen in casum & euentum, in quem seu quos constaret seu constare posset aliquo modo quamdam pretensam sententiam prætensæ absolutionis ad cautelam, necnon deputatorum ad inquirendum de expeditione quarumdam litterarum Apostolicarum, necnon obligatione in Camera in fauorem cuiusdam E. H. & contra honorabilem virum d. G. A. vt prætenditur, latam fuisse, seu dici mereri aliquam extunc, ipsius tamen nullitate semper salua, tum quia, &c. ex actis constat E. fuisse

& esse ligatum maioris excommunicationis sententia, & ideo prætensa absolutio ad cautelam de iure petenti fuit & erat deneganda;tum etiam quia fuerunt huiusmodi sententiæ ob non paritionem rei iudicatæ latis; tum etiam quia ordine iuris,ac forma tàm à iure, quàm à pręrensa commisione p. v. data prætermissa; tum etiam protestatione de non procedendo prætextu huiusmodi pręrensæ commisionis ad quamcumq; prætensam absolutionem, nec deputationem eius vigore nisi primitus & ante omnia plenarie fuisset rei iudicatę paritum, cui paritum non fuit nec est, quòd extunc & non antea terminus ad impugnandum pręrensam commisionem quæ fuit & erat,& est nulla,subreptitia, obreptitia, sutreptitiæq; & obreptitię tacita veritate,& exprassa falsitate per inhabilem, irregularem, & infamem notoriè in his canonicatu & prębenda,prout apud acta constat, ius non habente,citra tamen iniuriam alicuius omninò procuratori protestanti curretur, totaliterque spreta & non admissa, sed repulsa saltem tacitè; tum etiam alijs causis & rationibus à iure & ex actis notoriè resultantibus non potuissetis neque debuissetis pręrensam sententiam, absolutionem & deputationem sub illa prætensorum verborum forma tulisse neque promulgasse: vos tamen R.P.præmissis & alijs minimè per vos, vt creditur,attentis, taliter qualiter, immo nulliter, vt speratur, & de facto procedendo prætensam sententiam huiusmodi, per quam ipsum E. minimè rei iudicatę parito ad cautelam absoluisse, & nonnullos pro inquisitione dictarum litterarum & obligatione deputasse, aliàsq; ipsum d.G. multipliciter læsisse & grauasse dicemini, quamquam de facto. Sentiens igitur, etc. grauari: idcirco à vobis domino N.auditore prędicto,huiusmodique prætensa sententia,ac protestationis repulsione eiusdem prætensæ sententiæ, omniumque aliorum inde secutorum, et per vos actorum et agendorum nullitate, vestrisque gratia et honore saluis, ad sanctissimum, etc.

Appellatio à declaratione Auditoris Cameræ.

Reuerende pater,licet aliàs p.v.ad honorabilis viri N.instantiam quidam P.vt infra certum tunc expressum terminum sub excommunicationis pœna eidem L. quas tasseas argenteas ad eumdem A.tunc pertinentes,quas ipse P. tunc occupabat et occupat de præsenti exhiberet, monuerit, et mandauerit; fueritque idem P. propter non paritionem monitionis et mandati huiusmodi excommunicatus, declaratus, et vt talis publicè denunciatus; eamdemque p. v. eumdem P. tasseas ipsas sibi per quondam E. tunc cuiusdam Ioan.de H. pistoris vxorem cum rebus alijs pro certa pecunia impignoratas fuisse,ac ipsam E.in illarum decennali possessione extitisse, minus veraciter allegantem absq; eo,quòd allegata huiusmodi probaret ab eadem excommunicationis sententia cum reincidentia quamprimum dictus N. dominium tassearum ad se spectare dicitur absoluisse: et quamuis pro parte eiusdem N. nonnulli testes fide digni ad probandum huiusmodi tasseas ad se spectare producti,admissi et iurati fuerint, ac pro parte dicti domini N. petitum tasseas antedictas pro eorumdem testium clariori probatione, quæ ex dictarum tassearũ inspectione elucescerent notario causæ fore exhibēdum, tamen decem diebus nondum elapsis p. v. quasi sibi viam probandi dominium huiusmodi pręcludendo tasseis ipsis ad manus notarij causæ pro testium huiusmodi examine minimè exhibitis testibus huiusmodi non examinatis taliter qualiter, immo nulliter, et de facto, vt speratur, procedendo, nullam ipsi domino N. actionē occasione tassearum earumdem contra ipsum C.declarasse, et prætensam vestram absolutoriam sentētiam desuper tulisse et pronũciasse,seu promulgasse, aliàsque ipsum dominum N. multipliciter læsisse,et grauasse dicemini, quamuis nulliter,vt speratur, et de facto; vnde idem dominus N. sentiens ex his et alijs grauaminibus ex præmissis colligibilibus indebitè se grauatum, timensq; in posterum plus lędi et grauari posse; ideo à vobis R.p.d. I.Auditore Camerę pręfato, vestrisq; tacita probatione, repulsione, iustitiæq; denegatione,pręrensis declaratione et sententia,alijsque grauaminibus in et ex actibus quomodolibet colligibilibus pręmissorum omnium nullitatē, vestrisque, etc.

Appellatio à cassatione declarationis ob non paritionem executorialium facta.

Licèt R.p.quidàm N.de N.assertus clericus aduersarius fuerit dudum ex et pro eo, quòd litteris executorialibus siue procesibus subrogatorijs contra eum siue intrusum et intrudendum ad instantiam venerabilis viri domini H.B. custodis N. decretis et executoris parere contumaciter recusauit,canonicè et legitimè excommunicationis sentētiam incurrisse declaratus, et vt talis publicè denunciatus, et propterea vos R. p. debuissetis huiusmodi denunciationem recusasse et annullasse, nec pro dicto N. aliquam sententiam tulisse, et in expensis condemnasse: vos tamen R.p.pręmissis

minimè

minimè per vos, vt creditur, attentis, quamdam pro dicto N. prætensam vestram sententiam tulisse, dictumq; dominum H. in expensis condemnasse, ac aliàs multipliciter grauasse & læsisse dicemini, licet nulliter, vt speratur, & de facto. Sentiens igitur, &c. atque grauatis idcirco à vobis R.p. vestroque auditorio, ac à dictis prætensis cassatione, reuocatione, expensarum condemnatione, necnon prætensa sententia huiusmodi, totoque vestro prætenso processu, &c.

Appellatio à reuocatione & resolutione monitorij pœnalis.

Quamuis R. p. vestra reuerenda paternitas dudum pro honorabili viro domino G. de N. perpetuo Vicario ad altare, &c. eadem vicaria, & illius possessione, ac fructibus per quemdam Ioan. assertum clericum aduersarium temerè, & de facto ex practica & subordinatione venerabilium virorum dominorum Ioann. de S. Decani, canonicorum, & capituli ecclesiæ S. spoliato vigore commissionis specialis desuper e. p. v. factæ & præsentatæ monitorium pœnale iuxta tenorem eiusdem commissionis in euentum citatorium ex legitimis causis, maximè quia ijdem decanus, canonici, & capitulum præfatum G. plures dictæ vicariæ possessione & fructibus per plures intrusos successiuè contra Deum & iustitiam spoliari procurarunt, quorum quos pœnas sententias & censuras in processu executoriali & monitorio contentas incidisse declarastis, prout de hoc quòd tàm capitulum vnum, quàm decanus alios intruserunt, & illis de fructibus respondere mandarunt, pœnas in litteris executorialibus monitorio & inhibitione contentas incurrendo, ritè & legitimè decreuit, nec illud etiam stantibus causis in eadem commissione expressis ante eiusdem monitorij paritionem contra voluntatem, & consensum dicti G. spoliati reuocare debuerit, aut in vim simplicis citationis resolui, nisi de facto; nihilominus nondum decem diebus elapsis ad dicti G. spoliati deuenit notitiam, quatenus coram R. p. præfato in partibus pro debita dicti monitorij executione existente & laborante ipso non vocato neque defenso, neque victo, sed in partibus legitimè impedito, nec dictis causis in dicta commissione contentis cessantibus processum per audientiam contradictarum ad dictorum Decani, & capituli, & canonicorum importunam instantiam instituisse, & eisdem decreuisse, necnon præfatum monitorium saltem tacitè reuocasse, cum de narratis in commissione ex actis constet, & amplius eum grauando quo ad eosdem Decanum, & capitulum absque eorumdem aliquali paritione reuocasse, & tamdem eosdem ab instantia iudicij in singulis causis v.r.p. contra eosdem ad dicti d. G. spoliati instantiam commissis per vestram in scriptis latam sententiã absoluisse dicemini, licet de facto eorumdem omnium, & singulorũ nullitatibus saluis. Sentiens igitur procurator, &c. necnon prædictis prætensis reuocatione, resolutione, processu, absolutione, & sententia, omnibusq; alijs, &c.

FINIS.

FESTA
OBSERVANDA DE PRAECEPTO S·R·E.
Festa ex Deuotione, & consuetudine Almæ Vrbis Romæ.
FESTA SACRI APOST. PALATII, ET EIVS CVRIARVM·
FESTA CVRIAE CAPITOLINAE.

I A N V A R I V S
Habet dies 31.

P. 1 *Circũcisionis Domini*, In qua die intrant etiã Officiales inclyti Po. Rõ.
P. 6 *Epiphania Domini*.
D. 17 S. *Antonij Abbatis*.
A.C. 18 Cathedræ Rom. S. Petri Apost.
D. 20 SS. *Fabiani*, & *Sebastiani*.
A.C. 21 Agnetis Virginis, & Martyris.
A. 22 SS. Vincentij, & Anastasij, mart.
A.C. 25 Conuersionis S. Pauli Apostoli.
C. 29 Indulgentiarum ad aquam Saluiã.

F E B R V A R I V S
Habet dies 28. & *si erit bissextus* 29.

P. 2 *Purificationis* B. *Mariæ Virginis*.
A.C. 3 S. Blasij Episcopi, & Confess.
A.C. 5 S. Agathę Virginis, & martyris.
A.C. 22 Cathedrę Antioch. S. Petri Apost.
P. 24 S. *Matthia* Ap. Et in an. bissextili 25.

MARTIVS *habet dies* 31.

A.C. 7 S. Thomæ de Aquino.
C. 9 S. Franciscę Ro[redacted] Canonizatę. Pauli V.
A.C. 12 S. Gregorij Papę, & Confess.
C. 19 S. Iosephi Sponsi B. Marię Virg.
C. 20 Dedicationis Cappellæ S. Helenæ nuncupatæ Hierusalem in Ecclesiã S. Crucis, in qua die mulieres possunt intrare d. Cappellam.
A. 21 Benedicti Abbatis.
P. 25 *Annunciationis* B. *Mariæ* Virg.
C. Omnes dies Veneris istius mensis sunt feriati.

APRILIS *habet dies* 30.

C. 1 Introitus Officialium inclyti P. R.
A. 12 S. Iulij Papæ.
C. 21 Natalis Vrbis.
A.C. 23 S. Georgij Martyris.
P. 25 S. *Marci Euangelistæ*.
C. 26 Manifestationis B. Mariæ Virg. in Regione Montium Vrbis.

M A I V S *habet dies* 31.

P. 1 SS. *Philippi*, & *Iacobi Apost.*
P. 3 *Inuentionis* S. *Crucis*.
A.C. 6 S. Ioannis Apost. ante portam Lat.
A.C. 8 Apparitionis S. Michaelis Archãg.
A. 19 S. Iuonis aduocati pauperum.
C. 20 Bernardini Confessoris.

I V N I V S *habet dies* 30.

A.C. 11 S. Barnabæ Apostoli.
C. 12 S. Antonij de Padua Confess.
P. 24 *Natiuitatis* S. *Ioannis Baptistæ*.
P. 29 SS. *Petri*, & *Pauli Apostolorum*.
A.C. 30 Commemorationis S. Pauli Apost.

I V L I V S *habet dies* 31.

C. 1 Introitus Officialium inclyti P.R.
A.C. 2 Visitationis B. Mariæ Virginis.
A. 7 Translationis S. Tho. Cantuarien. Cancell. tamen non seruat.
C. 9 Ab ista die inclusiuè vsque ad diem 14. Augusti, ob æstiuos calores, & messes sunt ferię in causis ordinarijs in prima instantia.
C. 17 S. Alexij Confessoris.
D. 22 S. *Mariæ Magdalenæ*.
P. 25 S. *Iacobi Apostoli*.
D. 26 S. *Annæ Matris* B. *Mariæ Virginis*.

A V G V S T V S *habet dies* 31.

D. 1 S. *Petri ad Vincula*.
A.C. 4 S. Dominici Confessoris.
D. 5 *Ded. Eccl.* S. *Mariæ Maior. ad Niues*.
P. 10 S. *Laurentij martyr.*
C. 14 Ab ista die vsq; ad diẽ 22. inclusiuè sunt ferię in honorẽ B. Marię Virg.
P. 15 *Assumptionis* B. *Mariæ* Virg.
D. 16 S. Rocchi *Confessoris*.
A.C. 19 Ludouici Episcopi, & Confessoris.
P. 25 *Bartholomæi Apostoli*.
A.C. 28 S. Augustini Episcopi, & confess.
D. 29 *Decollationis* S. *Ioannis Baptistæ*.

SEPTEMBER *habet dies* 30.

C. 1 S. AEgydij Abbatis.
P. 8 *Natiuitatis* B. *Mariæ* Virg.
A.C. 14 Exaltationis S. Crucis.
P. 21 S. *Matthæi Apost.* & *Euang.*
C. 27 SS. Cosmi, & Damiani.
P. 29 *Dedic. Eccl.* S. *Michaelis Archang.*
A.C. 30 S. Hieronymi presb. & confess.

OCTOBER *habet dies* 31.

C. 1 Introitus Officialium inclyti P. R.
D. 4 S. *Francisci confessoris*.

A. C. 18

A.C. 18 S. Lucæ Euangelistę.
P. 28 SS. *Simonis, & Iudæ Apost.*
A. 31 Vigilię omnium Sanctorum. Cancellaria tamen non seruat.

NOVEMBER *habet dies 30.*

P. 1 *Omnium Sanctorum.*
A.C. 2 Commemorationis defunctorum.
C. 6 S. Leonardi confessoris.
A.C. 9 Dedicationis Basilicæ Saluatoris, iuxta Basilicam S. Io. Lateran.
P. 11 S. *Martini Episcopi, & confess.*
A.C. 18 Ded. Basil. SS. Petri, & Pauli Apost.
C. 21 Præsentationis B. Marię Virg.
A.C. 22 S. Cęcilię Virginis, & martyris.
A.C. 23 S. Clementis Papæ, & martyr.
C. 24 S. Grisog. martyris.
D. 25 S. *Catherinæ Virg. & martyr.*
P. 30 S. *Andreæ Apostoli.*

DECEMBER *habet dies 31.*

A.C. 6 S. Nicolai Episcopi, & confess.
A.C. 7 S. Ambrosij Episcopi, & confess.
D. 8 *Conceptionis B. Mariæ Virg.*
D. 13 S. *Luciæ Virg. & martyr.*
P. 21 S. *Thomæ Apostoli.*
A.C. 24 Ab ista die inclusiuè, vsq; ad festum Epiphaniæ sunt feriæ. Cancellarię tamen habet ferias per totam diem 29. tantum.
P. 25 NATIVITATIS DOMINI.
P. 26 S. *Stephani Protomartyris.*
P. 27 S. *Ioann. Apost. & Euangelistæ.*
P. 28 SS. *Innocentium martyrum.*
P. 31 S. *Siluestri Papæ, & confess.*

FESTA MOBILIA.

A.C. Cinerum cum die Iouis, Lunę, & Martis immediatè præcedentibus. Cancellaria tamen fit die Lunæ ante Cineres.
C. Stationis ad S. Marcum.
P. *Paschæ Resurrectionis Domini.*
A.C. Sex dierũ prec. & sex dierũ seq. Cãcell. tamẽ fit die Lunę in hebdomadã sãcta, & postea initiatur die Iouis hebdom. seq.
C. Lunæ, & Martis post octau. Paschæ.
C. Rogationum.
A. Vigiliæ Ascensionis Domini. Si erit mutatio Capparum.
P. *Ascensionis Domini.*
A. Vigiliæ Pentec. si erit mutatio Cappar.
P. *Pentecostes.*
P. *Corporis Christi.*
C. Veneris immediatè seq. propter processionem S. M. supra Min.
C. Octauæ Corporis Christi.
P. *Omnium dierum Dominic.*

A. Omnium dierum Iouis in Curia A.C.
A.C. Creationis Pontificis viuentis.
A.C. Coronationis eiusdem.
A. Anniuersarij Exequiarum. Pontificis immediate defuncti. Cancellaria autem non seruat.
A. Anniuersarij exeq. Cardinalium. Cancellaria verò non seruat.
C. Vindemiarũ tẽpore in causis ordinarijs in prima instãtia feriæ petẽtibus conceduntur arbitrio iudicis, si principalis, vel procurator in vindemijs sit impeditus.

FESTA INCERTA.

A. Quãdo Pontifex ab Vrbe proficiscitur vltra 40. milliaria, & secum ducit Officiales. Cancellaria tamen fit semper vbi ipse Pontifex moratur.
A. Quãdo venit publice aliquis orator ad prę standum obedientiam. Cancellaria verò non habet hoc festum, neque infrascripta.
A. Quando publicantur noui Cardinales.
A. Quando nouus Cardinalis Vrbem prima vice publicè intrat.
A. Quando aliquis Legatus de Latere reuertitur publicè ad Vrbem.
A. Quando fit Consistorium publicum.
C. Ingressus Senatoris cum duobus seq.

Omnia Festa supradicta, quæ habent P. in margine, sunt obseruanda de præcepto S.R.E. & quæ habent D, sunt ex deuotione, & consuetudine Almæ Vrbis Romæ, & quæ habent A, sunt Apostolici Palatij, eiusq; Curiarum, & quæ habent C, sunt Curię Capitolinę. Quæ vero insimul habent A, & C, sunt Apostolici Palatij, eiusq; Curiarũ & Cur. Capitolinę. *Cancellaria tamen non seruat quædam festa, prout suis locis annotatum fuit.* *Cãcellaria fit qualibet die Martis, Iouis, & Sabbati non feriata, & quando dies Cancellariæ est feriata, fit die præcedenti non feriata.*

Curia autem Gubernatoris, in qua proceditur semper Manu regia in causis non cõmissarijs, vltra Festa de Præcepto & Deuotione Vrbis, seruat infrascripta dũtaxat.

Creationis Pontificis viuentis.
Coronationis eiusdem.
Ingressus Gubernatoris.
Iouis, Lunę, & Martis immediatè ante Cineres.
Diei Cinerum.
Hebdomadæ Sanctæ.
Commemorationis Defunctorum.
Vigiliæ Natiuitatis Domini.

FINIS.

Regeſtum.

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S.

Omnes ſunt Quaterniones; ſed †, eſt Ternio.

R O M AE,

Apud Hæredes Nicolai Mutij. *M D C I.*

S V P E R I O R V M P E R M I S S V.

71